



HERBARVM

VIVAE EICONES ad naturæ imitationem, sũma cum diligentia & artificio effigiatæ, una cum EFFECTIBVS earundem, in gratiam ueteris illius, & iamiam renascentis Herbariæ Medicinæ,

PER OTH. BRVNF. recens editæ. M. D. XXXII.

¶ Quibus adiecta ad calcem, APPENDIX isagogica de usu & administratione SIMPLICIVM. Item Index Contentorum singulorum.

Argentorati apud Ioannem Schottũ, cum Cæs. Maiest. Priuilegio ad Sexennium.



ἰατρὸς ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. οὐκ ἔστ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.

Inuentũ Medicina meũ est, opiferq; per orbẽ Dicor, & Herbarũ subiecta potentia nobis.



Inclytæ urbis ARGENT. prudentiſſimo Senatui, OTTHO BRVNFELSIVS S. D.

QVI DE MAGISTRATIBVS COLENDIS bene ſenſerunt, non id tantum cenſuerunt, honore primores uiros excipere, caput ſcilicet aperire, flectere genu, & quemadmodum pueri Iunonis auem admirantur, laudibus ſubinde in cœlum ferre, idq; adeo titularibus præſtigijs illis, tragicis & ampulloſis, ſed magis laudem illis tribuere iuſticiæ & prudentiæ, de illis ex animo bene & ſentire & mereri, illorũ iudicia noſtris anteferre, planeq; tanꝙ Deos ſuſpicere, & ſumũ illum huius mundi κοσμήτωρα in eis admirari & colere. Succinunt ad id multis locis diuina oracula, dum Deos faciunt, dum uetant eis maledicendũ, dum Decimas ſubinde decernunt, & rerum primitias, poſtremo & gladij ius tribuunt. Atq; haud ſcio, an huc reſpexerint, qui aut ueteres autores in lucem acturi, aut ingeniorum ſuorum ſpecimen aliquod poſteris edituri, frequenter, aut maximis Principibus, aut ſummis Magiſtratibus lucubrationes inſcripſerunt ſuas: uidelicet, quo non ttm ab inuidia publica, & maledoctorum hominum peſtilentibus linguis eſſent tutiores, ꝙ ut ipſi quoq; de maioribus ſuis bene mererentur: rati, non ultimã, iuxta Poetæ ſetentiam, eſſe laudem, Principibus placuiſſe uiris. Nec alio ſane animo ego Hortos meos, celſitud. ueſtris nuncupaui, clariſſimi atq; ampliſſimi uiri, ꝙ ut beneuolentiam apud celſitud. ueſtras mihi pararem, palamq; facerem, in re non adeo fortaſſe magna, animum erga rempub. ueſtram, quid in arduis ac ſerijs ueſtri cauſſa obiturus ſim, ſi uires & facultates permitterent. Proinde, ne ab conſuetudine illa laudata ueterum ſcriptorum diſcederem: quam ſi contemnerem, profecto aut confidens, aut animi ſuperciliosi iudicari queam. Vt enim SOL diei decor eſt, LVNA inter nocturna aſtra micat, uniones ac gemmę añulos ac precioſas ueſtes exornant: ita clariſſimorum uirorum imagines, & ſplendidiſſima nomina, a librorum ueſtibulis, quaſi lucem quandam & autoritatẽ addunt opuſculis. Merentur hoc primum multis nominibus celſitud. ueſtræ, tum ob ſingularem prudentiam, iuſticiam, æquitatem, magnificentiam, liberalitatem, benignitatem, pietatemq;, qua in omnes homines clementes eſtis, omnibuſq; æquo bene uultis, tum ob optima ſtudia & bonas literas: quas cum in ueſtra urbe munificentiſſime inſtituiſtis, idq; adeo in omni diſciplinarum genere, ut nullis hodie totius Germaniæ gymnaſijs, ſcholaſterium ueſtrũ inferius habeatur: nullis alijs ſane debebantur primitiæ noſtræ, ꝙ talibus, tantiſq; ſyderibus noſtris, columinibus, anchoris. Decuit idem & gratitudinem meã in rempub. ueſtram, ingratus ne eſſem, pro qua etiam mortem mihi oppetendam cẽſeo. Aluit hæc me, tuto atq; honeſte ad hanc ætatem perduxit, muniuit meas rationes bonis legibus, optimis morib. honeſtiſſimis diſciplinis. Quid eſt quod

uiciſſim a me perſolui non deceat, unde hæc accepta mihi ſunt? Et ut de ampliſſ. ordinis ueſtri, etiam priuatis perſonis attingam, merebantur hoc inprimis antiſtites noſtri D. Iacobus Sturmius ille, & ueteribus imaginibus, inſigniq; eloquentia, & multarum literarum eruditione nobilis, D. Nicolaus Knyebſius, & D. Iacobus Meyerus, uiri longe ſpectatiſsimi: q̃s cum conſulari prudentia, cumq; inſigni pietate, et ipſos Camœne ornant ſuæ, quibus ſi penſum operæ noſtræ ſubſecundariæ non reddidiſſemus, ingrati eſſemus: ſi alienis fœneraremur, etiam iniqui. Eam itaq; meam, quantulamcunq; munificentiam, deq; pauperi ſuppellectili λόγιν τὴν ὀλίγην lætis, oro auſpicijs, adſumite, nec rei ſolum quæ datur, uel uſum, uel inopiam, ſed alacrem magis dantis uoluntatem, reſpicite. Memores illius Artarxerxis Imperatoris, cui cum omnis generis munuſcula illi offerrent ex uulgaria plebe, dicere ſolitus fertur. Eſſe animi præcelſi, ac prorſum regij, donaria, uel ab imſimæ fortunæ hominibus collata, non adſpernari, uerum erugata, & renidenti potius fronte excipienda. De inuidia profliganda, quod alij multis a librorum frontiſpicijs agunt, abunde mihi ſatisfactum erit, ſi celſitud. ueſtris bonam operam me collocaſſe intellexero. Dicamq; & illud Horatij. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor. Riſerunt & ſua ſecula Meóniden. Raraq; coronato plauſere theatra Menandro. Cæterum de Herbarij noſtri ratione, hoc uelut in compendio habetote. Primum nihil aliud nos ſpectaſſe, in toto hoc opere, q̃ ut publico omnium bono, Herbariæ iamiam collapſæ, porrigeremus ſubſidiarias manus, eamq; prope extinctam, in lucem reuocaremus. Quod, quia non alia ratione fieri poſſe animaduertimus, q̃ abolitis prioribus ac ueteribus Herbarijs, atq; de nouo uiuis & acupictis imaginibus, editis: deinde ſolidis ac firmis deſcriptionibus, ex priſcis & autenticis authoribus prolatis, utrunq; tentauimus, atq; curauimus: q̃ feliciter, qualicq; cum gratia, V. celſ. iudicium eſto, certe cum magna moleſtia. Nam quanta nobis legenda fuerint, quot autores euoluendi, quanta ab Herbarijs explorāda, ab ſeplaſiarijs & agyrtis dolo & technis extorquēda, & res indicat ipſa, et aīaduertent facilius, qui ſimilem aliquādo operā poſt nos ſunt nauaturi. Quo magis uenia dignos nos exiſtimamus, ſi in re tam ſeria, tamq; ex omni uſu & cognitiōe obſoleta, non protinus ipſiſsimū ipſum, quod dicitur, ſcopū attigerimus. Ceſſo enumerare, in quas ſyrtes, in quas Symplegadas interdum inciderimus, ac longe denſiſſimas tenebras, non nunq̃ impegimus etiam. Nam id quælibet a fronte præ ſe feret herba, quanto nobis negocio conſtiterit. Vnde nomen etiam cōmentarijs Rhapſodiæ indidimus: quod id genus ſcribendi, non ſolum ſine inuidia erat, uerū cum maiori etiam fructu. Videbatur enim conſultius, unicuiq; reddere quod ſuum erat, q̃ noſtra ambitioſe commēta uenditare. ne ſi repetitum uenerit olim, Grex auiū plumas, moueat cornicula riſum, furtiuis nudata coloribus: cum potuiſſemus fortaſſe, ut Georgius Valla, & poſt hunc omnes Neotherici (adeo ab ea impoſtura neminem excipio) uer-

D. Iacobus Sturmius. D. Nicolaus Knyebſius. D. Iacobus Meyer.

De ratione operis.

Nihil nouum ſub ſole.

tendo ſtylum, aliorum opes noſtras facere. In his autorum placitis, nulli⸗us etiam reiecimus ſenſa: memores illius, quod nullus liber tam malus eſt, quin emolumenti aliquid conferat. Singulis ſuum honorem dedimus, uel barbariſsimis etiam. Ne autorem quoqꝫ Pandectarum, & Genuen⸗ſem illum Simonem poſthabuimus, autores ut corruptiſsimos, infantiſsi moſqꝫ, ita inſtructos pulchre ad perniciem, ſi quis non attente & cum iu⸗dicio legat. De quibus tamen ingenue fatemur, interdum magnopere quoqꝫ nos adiuuatos, & uel ad hoc contuliſſe, ut facilius neuos & men⸗da deprehenderemus. Hermolai quoqꝫ Barbari Corollaria & annotati⸗ones paſsim adiecimus: quod ex his ſolis hodie Hærbarum cognitionem exiſtimemus petendam. Interdum ubi res poſcebat, & controuerſia de hęrba aliqua fuerat, duos fortiſsimos pugiles induximus, Daretem unū, Entellum alterum, Nicolaum Leonicenum, & Pandulphum Collinuti⸗um, alterum ſummum ac primum hac noſtra tempeſtate medicum, alter⸗um eloquentiſsimum iureconſultum, ſed qui ita tamen in hęrbis uerſatus ſit, ut multis paraſangis, quod dicitur, totum hodie medicorum uulgus poſt ſe reliquerit, mutuis ſeſe ictibus collidentes, uelutiqꝫ in duello & ha⸗rena pugnantes, cōmiſimus. In qua Tragędia, ſpectatores interdum ſum⸗us & admiratores, atque nunc huius, nunc illius partibus gratulamur: in plærìſque litem ipſi dirimimus, in multis conniuemus. Maluimus enim quædam indiſcuſsa, & aliorum arbitrijs relinquere, q̄ꝫ temere pronūciare de ea re, de qua tot doctiſsimi uiri addubitarēt. Quanqꝫ alicubi confiden⸗ter etiam noſtra proferimus: quibus tantum uolumus eſſe robur, donec alius firmiora attulerit, id quod nuſqꝫ non alias etiam teſtamur. Autores non minus quadraginta citamus, ex quibus Centones hoſce conſuimus. Nec hos paſsim, neqꝫ ubilibet, ſed ubi res ita poſtulabat. Vbi ſimilia oēs dicebant, potiores delegimus: ubi contraria, iuxta poſuimus, ut in aperto eſſet pugnantia. Aetium, Oribaſium, & Paulum tametſi autores alioqui optimos, tamen rarius citauimus, quod hos gręce deſyderauimus, & lati⸗næ tralationes malę fidei erant. Idem & cum Galeni ſimplicibus fecimus, ex ueteri tralatione. In quibus tamen conquirendis nunc toti ſumus: nec ſecundo huius operis Tomo coronidem addituri, niſi ex his gręcis fonti⸗bus, aut ſi id non ſucceſſerit, alteri demandaturi eam prouinciam. In his igitur omnibus, ſi quid digne a nobis ſudatum eſt, totum uobis debetur Mœcænatibus, totumqꝫ ueſtris celſitud. accæptum fero, ſtudiorum no⸗ſtrorum alumnis: nec longiora nobis uiuendi ſpacia optamus, q̄ꝫ quo pu⸗blicis huiuſcemodi munijs, ſtipendijsqꝫ illis literarijs obeundis, idonei fu erimus, & de celſitud. ueſtris, deqꝫ ueſtra repub. publice & priuate be⸗nemereri. Ex libera Argentina Nonis Martij, Anno redempti orbis

M. D. XXX.

❡ AVTORES quorum testimonijs in hoc opere usi sumus.

Hippocrates.
Theophrastus
M. Varro.
Plinius
Plutarchus
Apuleius.
Psellus.
Vergilius.
Cornelius Celsus.
C. Galenus
Oribasius.
Auicenna.
Serapion.
Auerroïs.
Cassius felix.
Aggregator herbarum.
Io. Mainardus.
M. Vergilius.
Georgius Valla.
Nicolaus perottus.
Baptista ferrar.
Philippus Beroaldus.
Strabus Gallus.
Hieronymus herbarius.
Aristoteles.
M. Cato.
L. Columella.
Dioscorides.
Palladius.
Aemilius Macer.
Polybius.
Hesiodus.
Q. Serenus
Paulus.
Aetius.
Io. Mesue.
Razes.
Constantinus.
Platearius.
Nicolaus Leonicenus.
Pandulphus Collinutius.
Hermolaus barbarus.
Platina.
Baptista pius.
Iacobus constantinus fauen.
N. Pomponius.
Ioannes Vigonius.

ἀδήλου

πολυαστερέος, πολυπλανέος, πολυσχίστους,
πολύποδας, πολυρίζους μὲν οὖν ῥίζας.
γενναίους, εὐφυεῖς, ὄρθους, παχεῖς, πρέμνους,
εὐφύλλους, εὐκόμους, δασεῖς, βαθεῖς, κλάδους,
φλεβώδη, κολπώδη, πολύπτυχα φύλλα,
πολύμορφον, πολυειδῆ, πολυβόσκη,
εὐάνθη, εὐοδμον, εὐχροῦντι λειμῶνα,
δεῖον θαυμάζειν ἔσ᾽, αὐτὰρ δεῖον μᾶλλον
πολύϊδριν τεκτήναντος θεοῦ χεῖρα.

IOANN. SAPIDVS Lectori S.

❡ Qui cupis ingenitas Herbarum noſcere uires,
Sciréque diuerſis nomina nota plagis,
Quæque ſit unius facies cuiuſque doceri,
Hoc lecto uoti codice compos eris.
Nulla quidem retro uiderunt ſæcula tradi
Id ſcripti tanta commoditate genus.
Quando Ottho uelut in quendam Brunfelſius hortum,
Huc culta ex uario ſemina rure tulit.
Quorum uim, paritercꝫ docet medicaminis uſum,
Tam bene, ut haud melius facta pericla queant.
Sic rerum præcepta modo breuitate cōarctat,
Ne ſint inuiſæ prodiga uerba moræ.
Rurſum ambage modo licita ſermonis abundat,
Ne careat ſenſu dictio parca ſuo.
Nunc & Iōannes pictor Guidictius ille
Clarus Apellæo non minus ingenio,
Reddidit adfabras acri ſic arte figuras,
Vt non nemo Herbas dixerit eſſe meras.
Quantus Iōannis SCHOTTI ſumptuscꝫ, laborcꝫ,
Et ſtudium, & fuerit cura, uidere licet,
Dum, calamis æreis, inuento fretus Auito,
Hoc magna dignum laude parauit opus.
Ergo age te, quiſquis medico uerſaris in Albo,
Hoc operæprecium eſt nolle carere libro.



OTHONIS BRVNNFELSII DE VTILITATE & præstantia Herbarum, & simplicis Medicinæ PRAEFATIO.

ALEXANDER Philippi deuicto in Arbellis Dario, a satrapis suis compendium sciscitatus, qua ex Persia in Aegyptum iretur tuto, Mercator quidam, homo quidem multarũ rerum peritus, sed obscurior, Sidonius natione, illi allatus est (nomen Lucianus, historiæ author non meminit) Ego Rex, inquit ille, uiam haud longe ex Persis in Aegyptũ me tibi ostensurum polliceor. Etenim si quis montana hæc superauerit (transgredietur autem triduo) confestim in Aegypto erit. Et sane ita res habebat. Verũ Alexander locorum imperitus, & mercatorem impostorem ratus, boni uiri salubre consiliũ pertinaciter aspernabatur: nimirum cæco illo amore sui demẽtatus. Id uitij Plato quondam malorum omnium fontem existimauit. Neq; iniuria, mea quidem sententia. Facit enim interdũ personæ uel exilitas, uel cõteptus, deinde φιλαυτία illa, qua nemo non sibi placet ipsi, ut quãtumuis etiam sana & recta consilia non admittamus, amplectamur uero quæ pessima sunt.

Vereor itaq;, ne quod Mercatori cum Alexandro, idem mihi cum Seplasiarijs, Agyrtis, & Pharmacopolis eueniat: uidelicet, si ego Methodum aliquã præmonstrauero, qua non mo-

C do præſentius, uerum minori quoq; ualetudinis cum diſpendio, adeoq; impenſis etiã exilioribus, morbis conſulatur, ſolis inquã ſimplicibus, & herbis, illi me ſuſpicentur neſcio quid monſtri alere, et eorum μεμιγμένα ἀλεξι-φάρμακα, amuletaq;, & ἀντιβαλλόμενα damnaturum. Ita enim fere fit, ὡς πᾶς ὑπαίτιος ὢν αυτοῦ περὶ πάντα ὀφαρᾶται, degenereſq; animos, ut inquit Poëta, timor arguit.

Atqui nihil tale molior, ita me omnes Muſæ bene ament: perq; illud ſacroſanctũ iuſiurandum Hippocratis, neq; alienius unq; crimen aliquod a me fuit. Sed ne tanti quoq; me facio, qui tot doctiſsimorũ Medicorum placita, compoſitioneſq; magiſtrales ſubuertere queam: nec ſi queam, debeam. Sed quando Herbariũ librum molimur, ſemelq; id in animũ induximus, Herbas rurſum in uſum & cognitionẽ reuocare: ne tanquam Megarenſium, tam nulla earũdem ratio haberetur, anteq; ad has quidem explicandas pergeremus, obiter ſaltem, quantas haberent illæ utilitates, q̃q; cõmendatæ ueteribus olim ſeculi hominibus fuerint, nouitijs Medicinæ candidatis oſtendere placuit: id quod & faciemus pro uirili, ſi tñ prius id ab myropolis impetrauerimus, ut omnẽ ipſi de nobis malignam ſuſpicionem amoliantur. Et ut ipſi quoq; Compoſitiones ſuas magnifaciunt, ornantq; ſubinde magnis titulis, obauratis, & picturatis: ita Herbis & Simplicibus, ne ſuam etiã gloriam inuideant: & ſi quidem conſentanea dixerimus, ſalubribus monitis bene obtemperẽt, deſtomachari in nos deſinant. Sin uero τὰ οὐδὲν πρὸς ἔπος, uiciſſim nos admoneant, noſtra me-

D lioribus argumentis confutent. quod erit nobis tam gratum, ut omnium maxime: tantum abeſt, ut nouatores uelimus haberi, uel alicuius mercem damnare, quã non antea uel ęquitas ipſa, uel ipſa ſe, & primi illi artis ſummates non reprobauerint atq; damnauerint. Quod ſi acerbius etiam quædam dixerimus, bonos omneis obteſtamur, in malos dictum accipiant, non in ſuam contumeliam: memineritq;, multos eſſe ſubinde, qui ſub eo quæſtu etiam orbi imponunt, multaq; hominum milia nedum compilant, uerum conficiunt etiam, atq; interimunt.

Ne id quoq; uelim expectet a me aliquis, q; uniuerſas Herbarum utilitates adſcripturus ſim. id eñ operoſum foret, & negocij infiniti: & quod ſi contendam, non aliud plane molirer, q̃ longam Iliados fabulam poſt Homerum. Cæterum quando hodie meras impoſturas faciunt myropolæ quidam (de malis loquor) horum fucos tantũ detegemus: ut in ordinem cogantur tandem illi, quod boni omnes optabunt mecũ: Præſtigiatoribus & impoſtoribus, etiamſi diſpliceant noſtra, tamẽ pro ueritate audendum eſt. Et quæſo audiant me illi pauliſper uel hallucinantem: mox etiam intelligent, uel holitorem opportuna dixiſſe.

Dij Herbarũ demonſtratores.

Multã olim Herbis laudem apud Veteres fuiſſe, tametſi multis ſubinde demonſtrari atq; conuinci queat, tamen id non poſtremũ eſt, q; Dijs etiam inuentoribus ſunt adſignatæ. Sic enim laudatiſsimam herbam Moly, Mercurio tribuit Homerus, diuina quadã clementia mortalibus demonſtratam, Odyſs. κ.

A

ῥίζα μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτος δ' ἴκελον ἄνθος·
μῶλυ δ' μιν καλέουσι θεοὶ ἀνδράσιγε θνητοῖσι
θεοὶ δ' πάντα δύνανται.

Quam & Vlyssi adsignauit aduersus illectamenta Circes. Nascitur illud (ut inquit Plinius) circa Phenæū, & in Cyllene Arcadiæ, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraq;, magnitudine cepæ, folio Scyllæ, difficilique fossu.

Deinde sancta illa Panace, ipso nomine omnium morborum remedia promittens: & ipsa quoq; Dijs inuentoribus adscribitur, nimirum Chironi, Herculi, atq; Aesculapio.

Herculi quoq; uindicatur quæ Apollinaris, apud Arabes Altercum, siue Altercamgenum, apud Græcos uero ὑοσκύαμος appellatur. Vt illud quoq; Heraclion Siderion, oĩa uulnera ferro illata, efficacissime sanans.

Mercurialis herbæ qui primus author fuerit, uel nomen ipsum indicat, q̃d usq; hodie retinet. Achilleon et ipsa quoq; notissima herba est. At illam demonstrauit primus Achilles, non ille quidem in bello Troiano, ut opinor, sed discipulus Chironis, uulnerariam herbam. Quæ ob id Achillis uocatur. Hac sanasse Telephum dicitur.

Facit ad id, quod in hanc usq; diem, ijsdem adhuc nominibus appellamus, scilicet Labrum Veneris, Barbam Iouis, sanguinem Herculis, herbam solarem, Lunariam. Qua superstitione factum, ut & apud Christianos in eam æstimationem uenerint herbæ, ut Diuis inscriberentur: uidelicet, D. Iacobo, Petro, Ioanni, Magdalenæ, Mariæ. Sic enim hodie quasdam uocant. Cardum Mariæ, herbam S. Petri, herbam S. Iacobi, herbam S. Christophori, & sexcenta huiusmodi. Non ob aliam rationem, q̃ quod diuinum aliquid habere in se, uel ab magnis uiris demonstratæ, uulgo creditæ sunt.

B

Quæ arbores quibus Dijs sint cōsecratæ.

Arborum quoq; genera fuisse numinibus suis dicata, ut Ioui Esculū, Apollini Laurū, Mineruæ Oleam, Vitem Iacho, Veneri Myrtum, Herculi Populum, Pani Arcadiæ Deo Lilia, non tam Poëtarum libri, q̃ herbarum quoq; scriptores testantur. Verū cum hæc pueri etiam in phrontisterijs legant, in re tam protrita ac manifestaria, obiter saltem meminisse, ne ignorasse uideamur, satis superq; fuerit.

De inuentoribus herbarū.

Venio ad inuentores Herbarum, qui nihilominus clari quoq; homines fuere: quippe, aut Reges, aut Reginæ, aut certe quidem alterius cuiusdam conditionis eminentioris. Sic Gencius quidam Rex Illyriorum fuit. Fertur ille etiam inter media arma tam studiosus fuisse Herbarum cognitioni, ut Gencianæ uires primus deprehenderit, atq; monstrauerit. Haud dubium, multo maiorem inde gloriam se consecuturum sperans, q̃ si centū urbes subegisset, quanto etiam honestius est, tot homines seruare ab infirmitatibus noxijs, id quod apprime præstat radix illa, passim etiam nota mulomedicis & ueterinarijs. Feliciores etiam tum herbæ eius seculi, quæ Reges & Principes habuerunt inuentores & excultores, eorumq; dignitate & pręstantia, suam & ipsæ gloriam auxerunt, Huius-

C modi fuerunt etiam apud Arabes Auicenna, Razes, Hali, Messuas, Abraham, Principes quidem uiri, sed tam pertinaces disciplinæ cultores, ut omissa regni & principatus gloria, medicinæ potius antesignani & summates habiti sint. Clymenes, & Lysimachia, Plinio olim notissimę herbæ fuerũt, at hæ ab Regibus sui noĩs appellatę: & qui, cũ Imperio fortasse & nomen perdidissent, q̃d herbis studiosi fuerũt, posteritati sunt reseruati.

Scordion nobilis herba, Dioscoridi celebrat̃, non inter postremas etiam, sed Mithridati regi adscripta, primũq; demõstratori, deinde per Crateiam herbariũ, ex manu depicta herba ab Rege, nouissime tandẽ Dioscori. quoq; exhibita. Iubæ regis Euphorbia, quã ab medici sui nomine, & fratris Musæ eius, a quo ferunt conseruatũ Cæs. Augustum, sic inscripsit: notior fortasse existit apud Pliniũ, q̃ ut in pręsentiarũ adducatur.

Pro Reginis (affectauere enim & mulieres hanc gloriam) uel una Mausoli uxor satis fuerit, quæ adoptauit herbam, quæ nobis Artemisia dicitur: & de Nymphæa similiter, quæ ab Nympha nomen inuenit, zelotypia erga Herculem mortua. Quorum alioqui ne nomina quidem superessent, si herbæ non fuissent.

Inuenerunt herbas & uniuersæ gentes. Scythia enim, quæ Scythice dicitur, circa Beötiam nascentem, dedit. Ischneumonem Thracia: qua ferũt sanguinem sisti, non aperta modo uena, uerumetiam pręcisa. Vetones in Hispanijs eam repererunt, quæ Betonica dicitur in Gallijs, in Italia autem Serratula, ab Græcis Cestron, aut Psychotrophon.

D

Aĩalia quas herbas inuenerũt, atq; demonstrauerunt.

Quod etiã animalia inuenerunt, uel potius demonstrauerunt herbas, haud dubiũ, quin benignitate Dei optimi max. uel ob hoc mihi ad herbarũ laudem facit: quod ea cũ non nouerũt myropolia & confectiones, & ijsdem quoq; morbis laborant quibus homines, tamen si quid accidat noxium, suopte marte auxiliantur sibi, idq; herbis tantũmodo. Nec pigebit super hoc miraculo, Plinij etiã uerba adscribere, quę sunt apud illum histo. natu. lib. 8. cap. 28. Hippotamus inquit, in quadam medendi parte magister extitit. assidua namq; satietate obesus, exit in littus, recentes harundinũ cęsuras perspeculatus: atq; ubi acutissimũ uidet stipitem, imprimens corpus, uenam quandã in crure uulnerat: atq; ita profluuio sanguinis morbidũ alias corpus exonerat, & plagam limo rursum obducit.

Simile quiddã & uolucris in eadẽ Aegypto monstrauit, quæ uocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partẽ se proluens, qua reddi ciborũ onera salubre est. Nec hæc sola multis aĩalib. repta sunt, usui futura & homini.

Dictamum herbam, extrahendis sagittis, cerui monstrauere percussi, eo telo pastuq; eius herbæ eiecto. Iidem percussi a phalangio (id est aranei genus) aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur. Est & ad serpentum ictus præcipua, qua se lacerti, quoties cum his conseruere pugnam, uulnerati refouent.

Chelidoniam uisui saluberrimam hyrundines monstrauere, uexatis pullorũ oculis illa medentes. Testudo Cunilæ, quam Bubulam uocant,

paſtu uires contra ſerpentes refouet. Muſtela Ruta in murium uenatu cum ijs dimicatione conſerta, Ciconia Origano, Edera Apri in morbis ſibi medentur, & cancros ueſcendo, maxime mari eiectos. Anguis hyberno ſitu, membra corporis abducta, Feniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidiuſq; uernat. Idem hyberna latebra uiſu obſcurato, Marathro herba ſe affricans, oculos inungit, ac refouet: ſi uero ſquammæ obtorpuere, ſpinis Iuniperi ſe ſcabit. A

Draco uernam nauſeam, ſylueſtris Lactucæ ſucco reſtringit, Pantheras per carnes fricatas aconito (uenenum id eſt) barbari uenantur: occupat ilico fauces eorum angor, quare Pardalianches id uenenum appellauere quidam. At fera hæc contra, excrementis hominis ſibi medetur: & alias tam auida eorum, ut a paſtoribus de induſtria in aliquo uaſe ſuſpenſa, altius q̃ ut queat ſaltu contingere, iaculando ea, petendoq; defatigata, poſtremo expiret: alioqui uiuacitatis adeo lentæ, ut eiectis interaneis diu pugnet.

Elephas Chamæleonte concolori fronde deuorato, occurrit Oleaſtro huic ueneno ſuo. Vrſi cũ Mandragoræ mala deguſtauere, formicas lambunt. Ceruus herba Cinnare, uenenatis pabulis reſiſtit. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, Lauri folio annuum faſtidium purgant: Columbæ, turtures, & gallinacei, herba quæ uocatur Helxine. Anates, anſeres, cæteræq; aquaticæ, herba Siderite. Grues, & ſimiles, Iunco paluſtri. Coruus occiſo Chamæleonte, qui etiam uictori nocet, Lauro infeſtum uirus extinguit. Atq; hactenus Plini. Cui ſubſcribens Helianus, Paſtu inquit, Hyoſcyami herbæ, reſoluuntur & conuelluntur Apri: ſed remedium nouerunt. aquas enim ſtatim adeunt, uel cancros uenantur: palam indicantes, ne homini quoq; ſalutarem herbam exiſtere. Helianus. B

Reſtat, ut ſcriptores adſignemus, ne res uſqueadeo nihili putetur eſſe herbaria, ab tã inſignib. ijſq; adeo doctiſſimis & uetuſtiſſimis celebrata. Inprimis Iubæ uolumẽ extitit olim de herba Euphorbia. Themiſon Plãtaginẽ extulit herbã, non ita uulgarẽ, quin innumeris utilitatib. præditã. Polion Muſæus, et Heſiodus, Pythagoras Scyllã, Braſſicam Chryſippus. Eandẽ iterum Dieuches, & Cato, itemq; uniuerſa adeo Ionia, ut per eandem etiã palam iurauerit. Zeno Stoicæ familiæ, Capparim, Antinomachus Athenienſis Cytiſum, Morchion græcus Raphanũ, Apuleius Betonicam, Vergilius Ebenũ, Eraſiſtratus Lyſimachiam. Ex Oliua Amurcã Cato, Homerus Crocon, Loton, & Hiacynthũ. Heſiodus Maluã, & Albucũ. Archigenes Caſtoriũ, Euchronius Hiceſius, Coniades, & Ariſtomachus uina & uites. Aſclepiades Anthemin, quæ & Leucanthemis, & Chamæmilon: quorũ tametſi interciderũt hodie multa, tñ argumẽtum eſt longe melius, de herbis fuiſſe meritos ueteres Philoſophos, q̃ nos hodie ſumus, qui uix noſſe dignamur: tantumq; ineſſe illis uirium putauerunt, ut uix paucíſsimis ad deſcribendum ſufficerent. Recenſet & Plinius plæroſq; hiſtoriæ ſuæ lib. 25. capi. 2. quos, ne longiores ſimus, omit-

C timus: ut obiter interim etiã prçtereamus Crateiam, Bithynũ, Iollã, Heraclidem, Andream Chium, Niceratũ, Petronium nigrũ, & Diodotum, quorũ meminit Dioscorides, qui etiã Myriades scripserunt herbarum.

Iam si ad gloriam etiam uetustas aliquid facit, facit autem plurimum, nihil herbaria medicina antiquius, nihil apud antiquos authores celebratius, cum μεμιγμένα uix secũdo loco apud eos habeãtur, suntq; recẽs quodam curiosorum hominum inuentum. Quod ne fabula esse prorsus putetur, primum exemplis, mox authoritate comprobabimus.

Chiron Centaurus, cum Herculem recepisset (ut inquit Plinius) hospitio, casuq; arma eius petractãti, sagitta illi excidisset in pedẽ, nullo alio pharmaco medicatus est uulneri, q̃ herba Centaurea: quæ tam præsens remedium illi fuit, ut in hanc diem etiam nomen inde retineat.

Sic Machãon uocatus ad Agamemnonem, qualia tandem putabimus medicamenta adhibuisse in tanto exercitu, in tam uasto loco, tanta strage, tantis tumultibus, q̃ fortasse simplicia pharmaca. Sic enim dereliquit Homerus Iliad. Δ.

αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος ὅθ᾽ ἔμπεσε πικρὸς ὀϊστός
αἷμα ἐκμυζήσας, ἐπ᾽ ἄρ ἤπια φάρμακα εἰδὼς
πάσσε, τά, οἵ ποτε πατρὶ φίλα φρονέων πόρε χείρων.

Similiter & Pçonem quoq;, qui ὀδυνήφατα φάρμακα Plutoni dicitur imposuisse. Sed & Helena Telemacho tristiciæ suæ obliuionem inducere uolens, nihil aliud commemoratur a Poëta adhibuisse, quã nobilem illam Nepenthes. Ea herba est Aegyptia (ut inquit Plinius) nulla mixtura. Verba Poëtæ sunt Iliad. δ.

D

αὐτίκ᾽ ἄρ᾽ εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον
νηπενθές τ᾽ ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων
ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη.

Voco autẽ simplicia pharmaca, aut simplices herbas, radices, semina, flores, cortices: & eas uino, oleo, aqua, melle, aceto, sacharoq; excoctas atque maceratas compositiones, in quibus non una & altera, non tria aut quinq; in unũ confundũtur, uerũ sine discrimine, sine iudicio interdum 80. cõmiscentur. Quod genus pharmacorum priscis illis ignotum fuisse existimo, aut alio certe simplicium delectu coãluisse.

Sed redeo ad herbarũ miracula. Loto tantã inesse uim idem Homerus poëta testat̃, ut obliuisci etiã patriæ & liberorũ faciat: quæ tamẽ iuxta alium poëtam tam dulcis est, ut neminem sinat immemorem esse sui.

ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι
τῶν δ᾽ ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν
οὐκ ἔτι ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νέεσθαι
ἀλλὰ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι λωτοφάγοισι
λωτὸν ἐρεπτόμενοι νόστου λαθέσθαι.

Sed & olim a draconis catulo occisum, atq; subinde Bali herba reuocatum ad uitam, idq; a parente ipso, Plinius ex Xantho historiarum authore pro re omnino certissima affirmat. Eadem quoq; Tillonem quendam, quem Draco occiderat, restitutum.

Facit ad hoc & Iubæ illud, apud eundem Plinium, apud quem est, in

Arabia hominem simpliciter reuocatum ad uitam. A

Dixit Theophrastus, & credidit Democritus, esse herbam, cuius applicatione exilierit aliquãdo cuneus a pastoribus arbori adactus. Quanquam quid hoc tam portentosum suspicimus? cum sint hodie qui Picũ martiam auem aiunt, si quando dolo illi nidus in arbore occluditur, herba quadam, sed sibi tantummodo nota, foramen sine omni prorsus negocio rursum aperire: quæ si casu inuenta atque collecta sit, etiam quaslibet seras ferreas recludat. Quod si uerum est, tanto minus Betonicæ uirtutes mirabimur, cui tanta perhibetur uis inesse, ut inclusi circulo eius serpentes, ipsi interimant sese flagellando.

Incredibile etiam fortasse uidebitur, quod de Scythice atque Spartanica herba tradunt: sed tamen suos autores habet, Scythas uidelicet. Duodecim dies durare fame & siti gustata saltem, uel in ore tenta eadem.

Ethopide herba amnes & stagna siccari, tametsi ridiculum est fortasse quod dicam, tamen uulgo olim creditum est: attactu uero eius, clausa omnia aperiri. Quanquam non minus quoque ἄπιστον, quod de Achimenide affirmant, scilicet, si in hostium aciem conijciatur, trepidare agmina, ac terga uertere. Subinde Latacem dari solitam a Persarũ rege legatis, ut quocunque locorum uenissent, omnium rerum copia abundarent, memoriæ proditum est.

Et quando in herbarũ miracula incidimus, fortasse & non inepte pro miraculis censeri debent, quarundam herbarum mirabiles, atque adeo insolentes naturæ. Siquidem oleum oderunt Cucumeres in tantũ, ut etiam in hamos curuentur, ne attingant. Ozimon capræ sic aspernantur, ut nihil ducant pestilentius: quippe quæ & μανίαν etiam illis excitat. B

Origanum tam pertinaci cum Brassica dissentit odio, ut alternatim sese conficiant. Eringij caulem, si ex grege ouis, capellaue aliqua morsu desectum ore sustulerit, totus statim subsistit, relictoque pascendi studio, nouo ueluti spectaculo attonitus, non prius admirari rem desinit, quam accedens pastor caulem illum abstulerit, abiectoque longius, inutile gregis sui ocium ea ratione castigauerit. Autores huius rei Aristophanes, deinde Plutarchus.

Veniamus ad lapides quoque, quos nõ tam demirabitur fortasse quispiam, ueluti qui præter colorem & duriciem nihil aliud habeant. Sic enim & gallus gallinaceus, granum hordei unũ maluit, quam sexcentos Smaragdos: at hij tam multis præditi dotibus sunt, ut multis parasangis herbis etiã prepolleant: quod uno tantũ & altero exẽplo palam faciemus. neque enĩ nunc decretũ est, totũ Albertum, Pliniũ, & Dioscoridem adscribere.

Ferarum unicum asylum Lippares, lapillus, ut inquiunt, alioqui tam contemptus, ut ne teruncij quidem reputetur, & tamen si ad hunc confugerint feræ, adeoque in fuga ipsum deprehendant, inuisibiles, aut etiam tutas a uenatoribus reddit. Quod si in animantibus permittimus, in homine similiter posse fieri, cur non æque crederemus?

C Epiſtrites lapis, in feruentiſſimam aquam coniectus, tam contemperat illius furorem, ut ilico etiam in frigus concidat.

Smaragdi & Magnetis uirtutes notiores ſunt, q̄ ut pluribus a me proſequantur. Reliquorum uires ipſe ex authoribus petito, tum in primis Plinio, Dioſcoride, & Alberto. Quæ omnia tametſi apud quoſdam fide carent, tamen admirationem Dei omnipotētis, & artis etiam medicę tanto magis implent, quanto magis ſupra fidem ſunt ueri, & inmenſum eſſe fateri cogunt, quod uero ſuperſit. Quanq; apud me certe fide non carēt. nam quum alia, & ſimilia nobis comperta, meditataq; ſunt, cur hæc ſola nugas eſſe ducimus & inficiamur? & ſolos in nos culpa recidit, quod aut periculum nullum facimus, aut ſi maxime facere cupiamus, tamen herbas non agnoſcimus. Et quod Thaleti quondam accidit ſidera contemplanti, ut incideret in foueam, id nobis egregie contigit in medicinis, qui dum abſtruſiſsima queq; ſcrutamur in ultramarinis, fit, ut ne contemptiſſimas etiam herbas agnoſcamus, quas quotidie pedibus calcamus. Nihil igitur nunc de Panace memorabo, nihil de Dodecatheo, quibus uere ſolis antiqui illi omnibus morbis medicabant̃. Nihil item de metallis, quæ & ipſa latentes ſuas ἐνέργειαν habent: quas ſi ſtudeam recitare, et mihi fortaſſe non ſufficient γλῶσσαι δέκα δὲ στόματα δέκα. Quare ad alia properabimus.

D Venio autem ad authorum axiomata & gnomas, quas de abuſu pharmacorum reliquerunt: & prȩſtat fortaſſe adſcribere, ut maior uerbis noſtris fides habeatur. Nec dubito, quin quam nos ſacris literis fidem habemus, & pythagoriſtæ ſuo primati. quorum illud eſt αὐτὸς ἔφα, eandem reuerentiā ſuo Plinio, Theophraſto, Hippocrati, Dioſcoridi, & Galeno habituri ſint medici. Quod ſi donauerint, ſalua omnis res eſt. Igit̃ a Plinio,

Plinius. quoniam ille omnis antiquitatis parens eſt, & omnium ante ſe grauiter & ſcite dicta in ἐπιτομὴν contraxit, auſpicia ſumemus. Eius uerba ſunt libro 29. capite. 1. Hæc ſola naturæ placuit eſſe remedia parata, uulgo inuentu facilia, ac ſine impendio, ex quibus uiuimus. Poſtea fraudes hominum, ☞ & ingeniorum capturæ, inuenere officinas iſtas, in quibus ſua cuiq; promittitur uita: ſtatim mixturæ & compoſitiones inexplicabiles decantantur. Arabia atq; India in medio æſtimantur, ulceriq; paruo, medicina a rubro mari importatur: cū remedia uera, quotidie pauperrimus quiſq; cœnet. Nam ſi ex horto aut petatur herba, uel frutex quȩratur, nulla artium utilior fiet. Ita eſt profecto. Magnitudo porro perdidit ritus, uincendoq; uicti ſumus. Paremus externis, & una artium Imperatoribus quoque imperat.

Rurſum lib. 32. cap. 11. Atq; hæc omnia medici (quod pace eorum dixiſſe liceat) ignorant. Pars maior & nomina intantum a conficiendis his medicaminibus abſunt, quod eſſe proprium medicinæ ſolebat. Nunc quoties incidere in libellos, cōponere ex his uolētes aliqua, hoc eſt, in impendio miſerorum experiri cōmentaria, credunt Seplaſiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpēti, factaq; iampridem emplaſtra et collyria

mercantur, talisq́; mercium fraus seplasiæ sic exteritur. Hæc si ipse dicerem, iam pendendum mihi esset. Sed pergamus citare plura. A

Idem lib.13. in præfatione. Hactenus in odoribus habent precia syluæ, erantq́; per se mira singula: iuuitq́; luxuriem, singula miscere, & cunctis unum odorem facere. Ita reperta sunt unguenta. Quis primus inuenerit, non traditur. Iliacis certe tẽporibus non erant, nec thure supplicabatur: Cedri tantum, & Citri, suorum fruticum in sacris fumo conuolutum, nidorem uerius q̃ odorem nouerunt, iam Rosæ succo reperto.

Lib. 26. cap. 2. Hippocratis certe, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, herbarũ referta inuenimus uolumina. Nec minus Dyoclis Carystij, qui secũdus ætate, famaq́; extitit. Item Praxagoræ, & Chrysippi, ac deinde Erasistrati, Hierophilo quidem, quanq́; subtilioris sectæ conditori, ante omnes celebratã ratione eam, paulatim usu, efficacissimo rerum omniũ magistro, peculiariter utiq́; medicinæ ad uerba, garrulitateq́; descendente. Sedere nanq́; in scholis, auditionibusq́; occupatũ gratius erat, q̃ ire p solitudines, & quęrere herbas: alij etiã alijs diebus anni.

Librõ.12. cap.17. Hæc sunt peculiaria Arabiæ, & pauca præterea alia genera dicenda. quoniam in his uincit, peregrinosq́; ipsa myrrhæ odores, & ab exteris petit. Tanta mortalibus rerum suarum satietas est, alienarumq́; fastidium.

Cap.18. Verum Arabiæ etiamnũ felicius mare est. Ex illo nanq́; margaritas mittit, minimaq́; computatione milies centena milia sestertiũ annis omnibus India, & Seres, Peninsulaq́; illa imperio nostro adimunt. Tantæ nobis deliciæ, & fœminæ constant. B

Libro.13. cap.3. Hæc est materia luxus e cunctis maxime superuacui. Margaritæ enim, gemmæq́; ad hęredem tamen transeunt, uestes pręlongant tempus, unguenta uero suis moriuntur horis, & ilico expirant. Sũma cõmendatio eorum, ut transeuntem fœminam, odor inuitet etiam aliud agentem, exceduntq́; quadragenos denarios libræ: tanti emitur uoluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. Sed & hæc aliqua differentia signanda sunt. In M. Ciceronis monumentis inuenitur, unguenta gratiora esse, quæ terram, q̃ quæ crocum sapiant. Quando etiam corruptissimo in genere, magis tamen iuuat quædam ipsius uitij seueritas. Sed quosdam crassitudo maxime delectat, idipsum approbantes, liniq́; iam, non solũ perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam uestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Quęso, ut sentiretur iuuari ab ea parte corporis? Nec aliquem ex priuatis audiuimus, iussisse spargi parietes balnearũ unguento, atq́; Caiũ principem attemperari, lauarique solitum: ac ne principale uideatur hoc bonum, & postea quendam ex seruis Neronis. Maxime tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse in castra. Aquilæ certe, ac signa puluerulenta illa, & custodijs horrida, inunguntur festis diebus. Vtinam dicere possemus, quis primus instituisset ista. Nimirũ hac mercedę orbem terrarum

C corruptæ deuicere aquilæ. Iſta patrocinia quęrimus uitijs, ut per hoc ius, ſumantur ſub caſſide unguenta. Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim: certum eſt, Antiocho rege, Aſiaque deuictis, urbis anno quingenteſimo ſexageſimo quinto, P. Licinium Craſſum, L. Iulium cęſarem cenſores edixiſſe, ne quis uenderet unguenta exotica. Sic enim appellauere. At hercle iam quidam etiam in potu addunt: tantaque amaritudo eſt, ut odore prodigo fruantur, ex utraque parte corporis. L. Plotium, L. Plotij bis conſulis cenſoriſque fratrem proſcriptum a Triumuiris, in Salernitana latebra, unguenti odore, conſtat, quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. Quis enim non merito iudicet perijſſe tales?

Lib.15. cap.26. Quæ cura & Cornis atque Lentiſco adhibetur: ne quid non hominis uentri natum eſſe uideatur. Miſcentur ſapores, & alio alius placere cogitur. Miſcentur uero & terræ cœlique tractus, inque alio cibi genere India aduocatur. In alio Aegyptus, Creta, Cyrene, ſingulæque terræ. Nec ceſſatur in ueneficijs, uita dummodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

Lib.9. cap.40. Nec habent finem uitia, iuuatque ludere impēdio, & luſus geminare, miſcendo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ.

Cap.41. eodem. Non ſatis eſt abſtuliſſe gemmæ nomen, Ametyſtus rurſus abſolutus inebriatur Tyrio: ut ſit ex utroque nomen improbum Tyriametyſtus, ſimulque luxuria duplex.

D Lib.9. Nullus iam prope mortalis æſtimatur pluris, quam qui peritiſsime cenſum domini mergit.

Lib.12. in prooemio. Diu fuere occulta terræ beneficia, ſummūque munus homini datum, arboreſque, ſyluæque intelligebantur. Hinc primum alimentum, harum fronde mollior ſpecus, libro ueſtis: etiamnum gentes ſic degunt. Quo magis ac magis admirari ſubit ab ijs principijs, cædi montes in marmora, ueſtes a Seribus peti. unionem in rubro maris profundo, Smaragdum in ima tellure quęri. Atque hucuſque Plinij uerba recitauimus: quem cum hodie grāmaticum uocāt potius quam medicum, quid alijs quoque ſuper huiuſmodi μεμιγμένοις uideatur, pergere monſtrabimus.

In Theriacas adulterinas.

Idem de re medica lib.3. cap.54. Antidotum Mithridaticum laudant Medici, eiuſque diuerſas afferunt compoſitiones, & ad commendanda pigmenta precioſa propter raritatem ingentes pecunias poſcunt. Appendunt nanque ſingulas libras uicenis. H. S. & infelicium credulitatē hoc quoque ingenio circūueniunt, ut illis perſuadeant emere quæ noceant. Alia nanque ſtomachum lædunt, alia caput aggrauant, alia pallorem afferunt, aggrauant & corporis maciem: et ita frequenter accidit, ut hi qui illorum Antidotis uſi ſunt, miſerius morerentur, quaſi bibiſſent uenenum.

Plutarchus.

Plutarchus grauis, & fide dignus autor eſt, nemo bonus & meliores literas edoctus, negat opinor: at is adeo adſtipulatur Plinio in decade .4. τῶν συμποσιακῶν, ut ſic palam etiam prodiderit. ἀλλὰ, inquit, πολὺ μᾶλλον ὅτι ἂν μιγνύντις τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὠνόμαζεν. Ἐρασίστρατος δὲ ἐλεγχ

τὴν ἀποπίαν καὶ περιεργίαν ὁμοῦ μεταλλικά, καὶ βοτανικά, καὶ θηριακά, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης, εἰς τὸ αὐτὸ συγκεκρανήντας. καλὸν γὰρ ταῦτα ἐάσαντες ἐν πτισάνῃ καὶ συκίᾳ καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἰατρικὴν ἀπολείπειν. ἀλλὰ νὴ Δία τὸ ποικίλον ἐξάγει καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν.

A

Quæ si latine audire malis, græce nesciens, sic habent. Quin multo magis, cum regales illas & efficaces uariorum remediorum mixturas conficiunt, quas Deorum manus appellant. Erasistratus autem cõarguit absurditatem & curiositatem eorum, qui simul & metallica & herbaria & ferina, quæque terra gignit, quæque mare in unum cõmiscuerunt. At bene haberet, si his omissis in ptisana, & cucurbita, & hydrelæo medendi artem finiuissent. Verum per Iouem, ipsa rerum uarietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Atque hactenus etiam Plutarchus.

Varietas mater impostura.

Veniamus ad Celsum. Hic cum aliquas misturas probet lib. 5. ubi dicit, sæpe simplicia opitulari, aliquando etiam mista, tamen immodicas misturas uetat lib. 1. Homini inquit, utilissimus cibus est simplex, aceruatio saporum pestifera. Et condita omnia duabus de caussis inutilia sunt. quoniam & plus propter dulcedinem adsumitur: quod modo par est, tamen ægrius concoquitur. Quod si ita habet in cibis, quanto magis in medicinis, ubi grauia leuibus, & sine pondere habẽtia pondus, ubi corpore in uno frigida pugnant calidis, humentia siccis, mollia cum duris, sine pondere habentia pondus? Fitque tandẽ illud, quod poetæ fabulantur Chaos, rudis, indigestaque moles,

Celsus.

Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

B

Galenus tametsi ex Neothericis est, tamen adeo non probat ineptas illas compositiones, ut ubicunque datur opportunitas, etiam pessime explodat. Veluti est illud, quod in Methodo non semel repetit.

καὶ μὴν ὦ ἑταῖρε ἐν τῇ συμπλοκῇ τῶν εἰδῶν, ὂν φυλάττονται τῶν οἰκείων οὐσιῶν αἱ ἐνεργίαι, ὡς ἐπὶ ἑνὸς ἑκάστου εἴδους τῷ ὠφελεῖν εἰς νόσον ἥντινα χρὴ θεραπεύειν, εὐπορεῖ τοῦ προσήκοντος. εἰ μὲν γὰρ ἤτοι τὴν φύσιν, & quæ sequuntur. Quæ latine sic reddi poterunt fortasse.

Galenus.

Sed o amice, in mixtis speciebus non seruatur actio sua cuiusque substãtiæ, sic ut in unaquaque substantiæ specie, non desit quod morbo curando conueniat. Nam si aut corporum naturam inuenire possent, aut præstiti medicamenti uires, non esset fortasse ipsis tali uarietate opus: ueluti quibus unum medicamentum quod uni corpori conueniret, inuenire in parato esset. Nunc cum ignorant, utrunque parum recte, omnia miscent, unum scilicet, quod omnibus naturis quadret, moliri medicamentũ studentes. Hanc ergo componendorum medicamentorum rationem primis illis medicis excogitatam arbitror, atque ut antiquum inuentum recipio. Cæterum tantum ab uera medicinali methodo abesse reor, quanto certe ratio nobilior est, transfusis in se mutuo cribris.

Dum autem hæc scribo, ex Francofordiensi emporio Scribonius Largus mihi affertur, idem bonus & uetus autor, qui tempore Iulij Cæsaris uixit: hic in principio Therapeutice suæ ad Iulium Callistum sic præfa-

C tur inter alia. Est hæc pars medicinæ ut maxime necessaria, ita certe antiquissima, & ob hoc primū celebrata atq; illustrata. Siquidem uerum est, Antiquos herbis & radicibus, eorum corporis uitia curasse: quod etiam tunc genus mortalium inter initia non facile se ferro committebat. Et rursum a fine. Dabimus operam, ut simplicia primum ponamus. Interdum enim hæc efficaciora sunt, q̃ ex pluribus composita medicamenta.

Lubens & uolens multa prætereo: ne & tedium pariat oratio, & alios interim omittere cogamur: ex quibus est Hesiodus, & Poëta, & Medicus, cui nihil tam dolet, q̃ quod ignorant homines, quantum boni insit in malua & albuco, dum sic inquit.

Hesiodus. νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς
οὐδ' ὅσον μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ
κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι

Homerus. Homerus præterea, ubi subinde exspatiari ad herbas datur, Dij boni, q̃ lepide illas pingit, quantū philosophatur: uidelicet dum Calipsus hortos describit, hortos Alcinoi, dum Moly suum celebrat, & Nepenthen, Cedrum, Loton, & id genus plantas alias: ut prorsus uera dixerit de illo quidam, nihil non uidisse cæcum illum. Quanq; quid illos tam superstitiose cōminiscor, quos aduersarij nostri naso suspendunt suo, uel potius ut abrogatos, condemnant & naucifaciunt? Quicquid enim illi uel non assequuntur, uel non proxime quæstum olet, illud ipsis abrogatum est, uel grāmaticum, medicum autē minime. Audiant igitur suū Arnoldum, hominem quidem barbarum, sed plane sui seculi minime obscuræ notæ.

Arnoldus.

D Huius etiam aphorismus est, & artis quoddam principium: ubi in promptu habentur simplicia, dolum esse, si quis compositis nitatur.

Auicenna. Et Auicenna lib. 2. cap. 2. Medicinæ inquit, simplices, habent operationes uniuersales, & operationes particulares. Nolo multis hæc persequi. Equidem nolui a testibus pendere iudicium solum: nam id oratorū est potius, q̃ hominis apud quē in precio sit ipsa ueritas. Cęterū quando illi confugiunt ad testiū multitudinē, ad suos uidelicet Auicennas, & Razes, & Serapiones, ut hinc roborent institutū suum, cōacti sumus & nos obijcere testes eorum ueteres, & eos aliquando in summo precio habitos: ne hic quidem se esse nobis putent superiores.

Iam ad institutum redeamus, & quod simplex atq; herbaria medicina salubrior sit, etiam rationibus aliquot confirmare nitemur. Hæ cum multæ assignari possent, tamē illa uel præcipua est, quod domi nobis nascuntur & (ut Plinius inquit) optimus quisq; cœnat: q̃q̃ pedibus has ignotas calcamus. Contra exotica quantis cum periculis aduehuntur, per maria uasta, ratibus atq; nauigijs, in quibus omnium instar ibi sunt homo tantum & audacia, & ea tamen interdum adulterata, antiquata, obsoleta, reiecticia, nothaq;. Sunt enim infinita adulteria quibus ea gens Barbarorum imponit nobis: nisi non uera sunt quæ multis retro seculis Plinius et Dioscorides de ijs prodiderunt.

Deinde, quod nec cognoſcimus etiam, probata ſint ne, uel adulterata quæ eminus aduehuntur. Quod inde maxime palam fit. Quotus enim quiſq; eſt noſtratium, qui unquam creſcere uidit folium Indum, Nucem Indicam, Iuncum odoratum, Cypirum, Cardamomũ, Cinnamomum, Calamum odoratum, Balſamũ, Agollochum, Canchamõ, Cyphi, Helenium? Deniq; omnia illa, quæ hodie præcipua in officinis habẽtur, præſertim, ſi in ea re iudices conſtituãtur & ſpeculatores homines, qui in ſimplicibus ueſtigandis nullam unquam bonam horam collocauerunt: qui interdum adeo ſine literis ſunt, ut conuinci ualeant, nunquam decem paginas in Plinio, uel Dioſcoride legiſſe, immo quorum id aliqui palam fatentur. Qui ſi mihi Meſſuen ſuũ citabunt, qui huiuſmodi ſuis notis pingat, Thurbit uidelicet album, gummoſum. etc. ſic enim illi loquũtur, perinde id mihi facit, quemadmodum Plinius, uel Strabo Indiam mihi ſpectatam proponunt: quam cum nunquam oculis contuitus ſum, interim tamen ex Ptolomęo per ſpacia & miliaria demetior, quantũ ſit illo miliũ, idq; per gradus, uſq; ad minutiſsima minuta, quam tamen ſi caſu contingat uidere, non agnoſceremus. Verum id ſomniare eſt potius, non rei exactam noticiam tenere. Neminẽ nominatim perſtringam, ſed noui tamen, qui cum ſe rerum naturas & formas exactiſsime callere gloriarẽtur, ubi allatæ fuerant, nihil cognouiſſe. Sunt qui ne Petroſelinum probe per ſpectũ habeant: cum id tamen nouerint omnes ex popina coci, & coquinariæ epularum ſtructrices. Experti autẽ medici eſt, non ex nomine tantum tenere herbam, uel quodlibet tãdem eſt illud ſimplex, uerumetiam contrectaſſe, uidiſſe, guſtaſſe, olfeciſſeq; oportuit. Hinc enim eſt, quod etiam Dioſcorides, non ex aliorum narratione, ſcripſiſſe ſe hiſtoriam ſuam iactat, ſed omnia ſuis locis uidiſſe, tetigiſſeq;, & tentaſſe.

Poſtremo, quod eſt omniũ maximum, magno redimuntur quę trans marina ſunt. At nos Crœſi, uel Midæ non ſumus. Proinde ſtultum fuerit, illic impẽſas facere, in rebus longe petitis, ubi domi habeas, quod non ſolum minoris redimas, interdum etiam gratis, uerumetiam quod naturæ & temperamento conueniat plus. Ad hæc magna pars, & omnis ordinis homines exotica illa pharmaca abhorrẽt, & quo quiſq; ſalutis ſuæ ſtudioſior eſt, immo quo quiſq; ſanior incorruptiorq; uiuit, eo amplius nauſeat ac deteſtatur. Vidi qui cum maximis ęgritudinibus laboraſſent, pharmaca omnia deprecabantur. Vidi qui citius etiam perierunt, q̃ pilulas, aut electuarium uellent glutire. Quibus ſi herbam aliquam, uel radicẽ propinaſſes, non detrectaſſent. Quod dico, notius eſt, q̃ ut demonſtratione egeat: cum ſint hodie eorum multa milia qui mecum ſentiant. Contra ſimplices herbæ, radices, ſemina, flores, arborum fructus, & folia, & ſi quæ ſunt alia noſtræ terræ, cocta, aſſa, frixa, macerata, inſolata, tuſa, expreſſa, idq; melle, quod in terra Germanica copioſum prouenit: ſacharo, quod ipſum quoq; non tã magno cõſtat, & ex proxima Hiſpania petit: aceto, mulſo, aqua, non tam homini cibus, q̃ ſalutaris medicina.

C Et ut maxime donemus, acriores uires habere, quis enim id inficia-tur? tamen suas cuiq; terræ herbas, ad hominum naturas contempera-uit DEVS Opt. Max. Nec minus spica illa, quam nos Nardinam uo-camus operabitur, si probe adhibeatur, q̃ Sticas illa remotissime ex A-rabia allata. Possem enim huiusmodi multa, quæ ἀντιβαλλόμενα illi uocant, cõaceruare. Proinde maiores uires habẽt, sed in sui climatis hominibus, quibus sunt creata.

Quod autem obijciũt, nihil nos proferre posse ex nostris terris, quod Garyophyllis, Cinnamomo, Piperi, Galangio, Nuci muscatæ æqualiter confortet ac calefaciat. Id respondemus nostra culpa fieri, qui hoc ignora mus. Deinde contemptam aliquam herbam, uel non adeo odoriferam, idem ualere atq; præstare, si non tam delicati essemus. Verũ id palatũ no strum non fert: quia non titillat, quod non ex Calococijs asportatur.

Ergo damnas tu, fortasse obijciet ex illis aliquis, magistrales illas com positiones, Messuæ, Auicennæ, Serapionis. Item duo illa Luminaria a-pothecariorũ, maius, & minus. Subinde illud Copiæcornu, quod The-saurum uocant, ex quo ad omnes morbos promuntur medicamina? Bo-na uerba. Scriptores non damno, nisi quantũ inepte latine nobis redditi sunt: & periculum est ob hanc rem, quod in multis cum periculo eos imi temur. Sed neq; ullius quoq; mercem damno, id quod initio præoccupa

D ui, sed aio, suis seculis scripsisse, suæ etiã genti, Arabes Arabibus, Barba-ros Barbaris, idq; in suo etiam cœli climate. Cum enim illi mihi idem in Dioscoride & Plinio opprobrent, & propterea eo minus etiã probant, cur mihi quoq; non simile liceat caussari, si ad locorum distantias tanto-pere esset respiciendum. Quanq̃ aliud longe res cum Dioscoride habet, qui Simplicibus tantum agit: quæ tametsi locis aliquibus acriores uires habent, in quolibet tamen climate pro suo temperamento idem operan-tur. Nec minus Vrtica urit, siccat, ac pellit in nostro climate, q̃ apud Sa-bęos, & remotissimos Asianos. Sileo quod alia secula sunt. Deinde quod in Germania agimus, non in Asia, non in India, quas nationes constat a-liam temperiem, aliud cœlum, aliam item influentiam habere.

Postremo uel ob hoc nõ necessaria, quod succidanea multa habemus. Quis enim neget, & nostris herbis esse uim, ut prædixi? nisi quis plane detrahere ausit opifici: præsertim, cum id pleno consensu confirment ma gni etiam scriptores & empirici.

Præterea, ut mea nõ magnopere interest, q̃ sumptuose quisq; cœnet, si uel totam etiam Arabiam (ut Heliogabalus) heluetur & abliguriat: ita nihil moramur, modo nobis ꝑmittant ac donent, idẽ præstare posse no-☞ stræ terræ Simplicia, quæ illorũ ultromarina. Habeant qui ditiores sunt sua aromata, suũ Moschũ, Sandalos, Been, Rhaponticũ, et Rhabarbarũ, quin si uolent, uniones etiã uorent & gẽmas ut Cleopatra, quæ multis au reorũ milibus constent, mõ non inuideant pauperibus suã uindemiã, id est, Marrubiũ, Scolopẽdriã, Inulam, Hyssopũ, Elelisphacon, Buglosson,

Plantaginem, & uel Quercum etiam, & uilissima camporum gramina. A

Atqui inquiunt illi rursum, talia scribunt doctores medici, atq; illi in primis, qui antesignani habentur. Tum cõmunis quoq; Praxis (quam sic uocant) ita habet. Belle prorsus. Et hos optarim aliud didicisse, & uel sero sapere, cum id suæ etiam ipsorum conscientiæ testentur. Id sic pulchre efficient, si non tantũ ad seplasiarios, uerum ad se quoq; herbarũ cognitionẽ spectare putauerint. Deniq; si in compositis & simplicibus immodice miscendis, non toti sint, atq; adeo consenescant, sed herbarũ quoque uires, quid ualeant, & in quibus gradibus, ueluti in æquilibrio præponderauerint. Quod Dioscorid. docebit comprimis. Inde Plinius, & Theophrastus. Auicennam & Serapionem quoq; si quis accersiat, nihil repugno, modo ad fontes semp adspiret. Comperi enim, dum sedulo in Dioscoride & Plinio uersor, nihil aliud habere Auicennam, q̃ quod in ueterum quoq; libris scriptum habetur: habeamq; mihi male propitios omnes Musas & Medicos, ni singula simplicium Auicennæ ex uno Plinio & Dioscoride demonstrẽ, si quis curiose a me requirat. Alioqui quale, ac quantum est illud artificium scribere myropolæ. Recipe pilularum aurearum, cochiarum, ana scrup. 1 5. & acuantur cum diagridij gra. 8. fiant pilulæ. 7. cum syrupo de sticade. Vel sic. Recipe Electuarij de succo Rosarũ drach. 3. diaphiniconis, electua. Indi ana drach. 1. sacchari quantum sufficit, & fiat bolus. &c. Quæ omnia rudissimus quisq; barbitonsor in uno & altero mense facile perdiscet, quando sic omnia etiam acupicta habentur, & constituta, ut nisi quis plane Thessalius asinus sit, non possit aberrare. Pollicebatur olim Thessalus quidam (ut inquit Galen.) huiusmodi quandam θεραπευτικὴν nimirũ sex mensium spacio, atq; ob id ab omni medicorũ schola explodebatũ. Atqui disperiam, si ad triuialẽ illam medicinã spectes, ni ita habeat, & omnino uerum dixerit Thessalus. B

Sed quando ita in aromata incidimus, libet obiter referre, quod sæpe ex ore nobilissimi ac doctissimi equitis Hutteni audiuimus, & quod ille etiam Guaiaco suo inseruit. Aui mei, inquit, Laurẽtij Hutteni frugalitas magno nobis ad gloriæ ambitum incitamento esse debet. Is cum locuplete esset censu, ac in magnis etiam Principum nostrorũ negocijs domi pariter ac militiæ uersaretur, in suam domũ, piper, crocum, zinziber, & id genus peregrina condimenta nunquã admisit: nec alio ipse, q̃ ex nostra lana uestimẽto uti solitus est, cum ob bene gestam rem preciosæ illi quandoq; uestes donarentur. Idq; non tantum faciebat ipse, sed magno etiam apud æquales suos conuicio mores hominũ insectabatur. Quasi non apud nos inquiens, nascatur, quo si gulę oblectamentis oblectari opus sit, condiri nostra possint. Atq; hactenus quidem ille. Vlr. Huttenus.

Quanq; quid hunc tantum cõminiscor? cum id prisci etiam testentur historiarũ scriptores, non nisi tenuissimo uictu, et paucissimis pharmacis uictitasse maiores nostros: & tamen cum sic uiuerent frugaliter, bene firmatis corporibus fuisse, cõtra famem, sitim, frigus, plane duratos & ada-

C mantinos, raro ægrotasse, senes effectos: cum nos ad primas pruinas statim manus ac pedes cõtrahamus, & quo pluribus alienis pharmacis utimur, eo magis ac uehementius ab morbis urgemur. Quotus enim quisq; est, ex delicatulis illis, qui cum statim ad retentũ bombum, uel crepitum, haurit potionem, non stomacho, hepate, podagra, hydrope, morbo regio, uel gallico crucietur? Quos inq; magis diuexant hæc mala, q̃ qui ex myropolijs uiuunt, qui omnẽ simplicem uictum contemnunt? Rursum, quos magis incolumes cernimus, q̃ qui simplici contenti uictu, & procul ab officinis, pultem miscent caseo & ouo, quemadmodum de Catone dicitur. Non erat quidem nostrum institutũ, eo usq; progredi: sed quando cum bonis, æquisq; hæc agimus, libertate nostra confisi, simulatq; de animis illorũ erga nos æquis, magis ignauiã nostram & lubricitatem lamentari, q̃ alicuius damnare mercẽ, si non dolo & usura nimia hanc dispensauerint. Neq; sic quoq; contẽnimus trasmarina, ut non eadem etiam in magno precio habeamus, si pro tempore adhibeantur cum delectu, & qui hæc redimere ualeant. Deinde si frequenti lectione, & sedulo scrutinio, herbarum nostratiũ eo promouerint Doctores, ne primo loco haberent exotica: cum tot, tantaq; suppeditent etiã domi nostræ domestica & inquilina. Alioqui nisi id plurimũ referret, male cum Hippocrate actum fuisset, & cum alijs, qui illi successerunt ueteribus medicis, qui tanto dispendio bonorũ & corpusculi, in syluis & montibus oberrarũt, herbis inD uestigandis & quçritãdis: male illi tot solitudines, exterasq; nationes peragrassent, idq; alijs & alijs diebus & temporibus anni, id quod de se testatur Dioscorides præstitisse, nisi diuinũ plane esse duxissent, cum herbis philosophari: sed ut hodie nostrates faciunt in scholis, sedissent, et potius de rebus nullius ad uitã momenti disputassent, fataq; hominũ, non sua, sed aliena fiducia gubernassent. At quanto prudentius quondã egerunt Aegyptij, quibus tanta cura fuit in adhibendis medicis (ut inquit Herodotus) ut singulis etiam morbis singulos medicos prçfecerint. Alij enim sunt apud eos ocularij medici, alij dẽtibus, alij alui partibus & interaneis medicant: adeo, ut medicis referta sint omnia. Rati, impossibile esse, ut qs omniũ morborum, et caussas & remedia queat in promptu habere.

Cæterum unde irrepserit talis ille, tantusq; herbarum neglectus: deinde tam crassa & supina illarum cognitio, nemo disertius tradidit Plinio, Huius hæc fere uerba sunt natura. histo. lib. 25. in præfatione. Illud satis mirari non queo, interisse quarundam herbarum memoriam, atq; etiam nominũ quæ authores prodidere noticiam. Quis enim non cõmunicato orbe terrarum, maiestate Roma. Imperij profecisse uitam putet cõmercio rerum ac societate festæ pacis, omniaq; etiã quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta? At Hercle, non reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita: tantum priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit, ante milia annorum, inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolis pandere orso, subsecutisq; non paucis hanc curam eius, un-

de nobis creuit labor. Quippe cum inquirenda sint, nō solum postea inuenta, uerumetiam ea quæ inuenerant prisci, desidia internitiōne rerum, memoriæ inducta. Cuius somni caussas quis alias, quàm publicas mundi inuenerit? Nimirum alij subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinētur, & auariciæ tantum artes coluntur, antea inclusis gentium imperijs intra ipsas. Ideoque & ingenijs quadam sterilitate fortunę, necesse erat animi bona exercere. Reges innumeri honore artium colebātur, & in ostentatione has præferebant, opem & imortalitatem sibi per illas prorogari arbitrātes. Quare abundabāt & pręmia, & opa uitæ: posteris laxitas mūdi, & rerum amplitudo damno fuit, postquàm senator censu legi cęptus, iudex fieri censu, Magistratum, Ducemque nihil magis exornare quàm census, postquàm cœpere orbitas in autoritate sūma & potētia esse, captatio in quęstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo, pessum iere uitę pcia, omnesque a maximo bono liberales dictę artes, in contrariū cecidere, ac seruitute sola profici cęptū. Alius hanc alio modo, & in alijs adorare, eodē tn̄ habendi quo eat spes hominum, tendente uoto.

In eandem sententiam Gale. in Therapeu. lib. 1. Nemo nostra ætate ueritatis inquisitioni est deditus, sed pecuniam, & ciuilem potentiam, & inexplebiles uoluptatum delicias omnes eousque suspiciunt, ut si quis sapientiæ quoduis studium sectetur, pro insano hunc habeant. Et cętera, quę require eodem loco citato.

CONCLVSIO.

Sed hæc omnia tam longo repetita principio, quorsum nam spectant, aut quo tandē consilio a nobis dicta sunt? Nimirum, ut obsoletis hactenus atque obscuratis diuinis herbis & omnis generis plantis, denique quicquid uel cāpi, uel syluę gignūt, rursum in usum reuocemus, antiquitatē & sartatecta, quod dicit, instauremus, collapsæque herbarię medicinę manū ut porrigamus. Deinde, ne inter paucos esset illarū peritia & cognitio, sed totus mūdus agnosceret magnalia Dei, quę nusquā pclriuius est uidere, quàm in ipsis herbis, tā festiuiter, tot & tam uarijs coloribus pictis, cū tot floribus, seminibus ornatis, & quod est oīm maximū, tot etiā uiribus pditis. Postremo, qd me uidēt urgere, posterioris seculi & neoterici Medici, id ipsi multo uehemētius, maiorique opera psequant. Quod si me quoque cōsultorem audiant Medici, cū uideant illi hodie alia secula inolescere, memores illius quoque Comici, hęc res aliam uitā, aliā etiam dietam postulat, relictis tot ueteribus ambagibus, & barbarorum nenijs, tot incertis tradimentis, immo nugacissimis nugis, pro his genuinæ ac puræ illę Medicinæ se mancipent. Puram uoco, quæ ex Hippocrate, Galeno, Theophrasto, Plinio, Dioscoride, Oribasio, & id genus priscis rei Medicæ scriptoribus, & artis ipsius primis principibus petitur, agnoscetque quàm διὰ διαπασῶν discedant ab his, quos hactenus, & quasi diuos admirati sunt, & in precio habuerunt: discent inde salubrius ac præsentius mederi, minus alioqui grauatam satis miseram plebeculam exigere & compilare, minori

C quoq; compendio, & maiori cum oblectamento, ueterum subinde ingeniorum elegantiam, splendorem, rerum cognitionem admirabūtur, barbaros detestabuntur, dum uidebunt quicquid usquam est in Anicenna, in Raze, in Serapione & Messue, idem quoque in Hippocrate, Galeno, Celsoq;, & alijs multo luculentius haberi: planeq; æsopicæ corniculæ pennas esse, quicquid in uniuersum iactant hodie omnes barbarorū scholæ: quæ præterq; quod ascititia & alienum furtum sunt, pristinum etiam splendorem suum amiserunt, insulsaq; uerborum stribiligine conspurcata: ut interim omittam, quod multo laudatius est, fontibus potari, q̄ turbidis lacunis, & ex magistris artis sapere, q̄ ex ineptis & obstreperis corniculis. Accedunt linguæ, quas nullo unq̄ tempore licuit discere felicius. Accedunt secula, quæ reuelato fuco, detectaq; impostura, meliorem institutionem requirunt & moliuntur. Postremo & optimi libri, quos nunq̄ licuit parare promptius, minoriq; pro pecunia. Nec tam facile parabiles unq̄ fuere Germanis, Bertrucij, Sillani, Gordonij, Auicennæ, & id genus alij, q̄ nunc sunt integri Galeni, Græci & Latini, Celsi, Oribasij, Hippocrates & Plinij. Simul bonos quoq; & studiosos medicos, itemq; myropolas mihi uelim ignoscere, quos neq; docere uolui, neq; perstringere. Dicā enim & illud Christi, Qui pro nobis est, nobiscū sentit. Verum de stolidis, ineptis, & impostoribus nobis sermo fuit. Absit autem, quod hominū uicium, in artis calumniam uoluerimus detorquere. Cum nulla D tam sancta professio sit, quæ non alat monstra sua.

V INVOCATIO DIVINI AV- XILII.

VETERIBVS Medicis hunc fuiſſe morẽ uideo, ut ſcripturi de Re Medica, ante omnia ſummi Dei, aut alicu-ius numinis auxilium implorarent. Fecerunt idem & Poetæ quondam Homerus, & Vergili-us: quod ut celebre habitum, ita pium iuxta, ac ſacroſanctum. Quo magis miror, quomodo abolita longe religioſiſsima conſuetudine, illa tandem recepta eſt, fucata & adſentatoria rhetorũ beneuolentiæ captatio: quam ut minime improbo, ita miſeret me plane ineptiarum & ingratitudinis noſtræ. Cum enim in omnibus humanis rebus diuina ope & clementia plurimum indigeamus, tum maxime in pharmacis porrigendis, morbis quoq; ſubinde peruestigãdis & curandis numine in primis eſt opus: uel maximo etiam, & uere diuino Hippocrate conſentiente, qui in libro de Medici nouitij inſtitutione ſic iuquit. Quamplurima præter res, Medicum habere certum eſt. Siquidem Deorũ cognitio, cogitatioq; & metus, in eius mente uerſatur. Quando in plæriſq; morbis, ſiue ſymptomatis, Medicina plurimum etiam Dijs concedit, Deoſq; colere reperitur. Medici namq; plurimum Dijs concedunt. q͞m Medicina, poſſe omnia, ſibi non arrogat: neq; hoc in ea exiſtit. Proinde & Meſue in hunc modum Canones exorditur ſuos. In nomine Dei, miſericordis, cuius nutu ſermo recipit gratiam. Et item libro ſuo Curationum. Sanat ſolus languores Deus, & de frugalitatis ſolio produxit in largitate ſua Medici-

nam benedictus, gloriosus, & excelsus. In quo solo latissime ab Galeno dissentio, qui ab sola corporis & humorum temperie morborũ causas trahens, nullos a Deo infligi, uel curari impie fabulatur. Quando igitur et ipsi similem operã meditamur, & magnifica opera Dei, quæ in PLANTIS ille quotidie, & mirabiliter operatur, conspicua facere intẽdimus, Christianum esse arbitramur, si ante, quam ad descriptionem accingamur, prius factorem quoq; ipsum DEVM opt. max. ductorẽ operis nobis constituamus, auspicijs nostris ut benigne faueat, susceptoq; semel negocio longe operosissimo, patrocinari dignetur. Subinde munera nostra, quę in templum conferimus suum, boni consulere. Vt nostra hæc legentes, consimiles quoq; rerũ effectus, quos primi illi Medicinæ scriptores obseruarunt, partim etiam nostra experientia didicimus, et ipsi aliquando experiantur et consequantur. Clamemus igitur & nos quoq; cum religiosissimo Pöeta,

O DEVS,
Da facilẽ cursum, atq; audacibus ãnue cœptis,
Ignaros uiæ, mecum miseratus agrestes,
Ingredere, & uotis iam nunc adsuesce uocari.

¶ A Plantagine igitur exordia sumpsimus, non solum quia uulgaris, & notissima hæc herbula est, uerumetiam quod nulla æque diuinitatem DEI referat in se, excitetq; subinde et animet, ad suijpsius agnitionem, & operum suorum, qui semper operatur mirabilia in minimis, negligit uero quicquid hominibus altũ, et suspiciendum uidetur.

A

Plantago Maior.



B

Breyter Wegrich.

C

Plantago Minor.



D

Spitzer wegerich.

Plantago Rubea.

A



Rot Wegerich.

DE PLANTAGINE,

Rhapſodia Prima.

¶ Nomenclaturæ Maioris

G R AE C E,

ἀρνόγλωσσα. πολύνευρος. προβάτειος. ἑπτάπλευρος.

L A T I N AE,

Arnogloſſa. Ortygia. Cynogloſſa. Coturnix. Heptapleura. Gelapyros. Polyneuros. Lingua agni. Septineruia. Stelaphuros.

G E R M A N I C AE,

Wegerich. Schoffzung.

¶ Nomina Minoris

L A T I N A,

Lanciolata. Plantago minor.

G E R M A N I C A,

Klein Wegerich. Spitz Wegerich.

B

C

PLACITA AVTORVM.

Sententia DIOSCOR. de Plantagine lib. 2.

Plantago duplex.

PLANTAGO DVPLEX EST, Maior, & Minor. Habet minor Plantago, angustiora, minora, molliora, tenuiora, & maioris leuoris folia, coliculos angulosos in terram inclinatos, flores pallescentes, & in summis caulibus semen.

Maior contra, crassior, speciosiorq́ue est, latiore folio, & oleris figura. Angulosus etiam Plantaginis huius caulis est, modice rubens, altitudine cubitali, ex medio usq́ue ad summū cacumen, paruo semine uestitus.

Radices illi sunt teneræ, pilosæ, colore candido, crassitudine digitali.

Plantago ubi nascitur.

Nascitur Plantago humentibus locis, prope lacus, sepes, & uliginosa loca. Efficaciorē, meliorēq́ue usum Maior habet.

Sententia PLINII libro. 25, capite. 8. de Plantagine.

PLANTAGINIS duo sunt genera, Maior, & Minor. Minor angustioribus folijs & nigrioribus, linguæ pecorum simillimis, caule anguloso, interdum inclinato, in pratis nascens.

Altera Maior, folijs laterum modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam Heptapleuron uocauere.

D

Huius & caulis cubitalis est, & Napi similis. Nascitur in humidis, multo efficacior. Vis mira, in siccando, densandoq́ue corpore cauterij uicem obtinens.

Sententia APVLEII de Plantagine, cap. primum.

GRAECI ἀρνὸν agnum uocant, γλῶσσαν uero linguam. Rursum quod sæpe adnata habeat germina, in longitudine septem lateribus similia, Græci ἑπτάπλευρον uocauerunt. Cæterum sunt eius species duæ. Nam quæ Heptapleuros nominat̃, est maior forma, folijs ornatioribus, & latioribus, & neruosis. Nascitur in uallibus atq́ue hortis, necnon & paludibus plurimum, et in pratis, estq́ue magis cōstrictiua. Alia uero minor, atq́ue nigrior, leuior, & tenuior. Nascitur in chartarijs locis, sed in usum uarie adhibet̃.

Eadem fere Serapion.

Sententia HERMOLAI BARBARI de Plantagine.

PLANTAGO quandoq́ue Septineruia. Quanq́ue Heptaneruia alia uidetur herba q́ Plantago. Id quod exemplario quodam aduersus collectiones, cui nomē est, Botanicon, aperte liquet. Quippe in quod tres queruntur herbæ. Plantago ternis uncijs, Septineuron senis, Leoneuron quoq́ue ternis. Neq́ue quæ sit Leoneuron, intelligo. Flosculus ei Lanugineus, ut frumento, particulatim erumpens, ut Aphaca, et Intybum. Inter spicatas est Plantago, sed Minor, nigrioribus folijs, et linguæ pecorū

ſimillimis, unde nomen apud Græcos Arnogloſſo.

A

Hienonymus Herbarius de Plantagine.

PLANTAGO triplex perhibetur. Maior, quæ Septineruia, & Arnogloſſa. Minor, quæ Lancea lata, q̊d lanceæ ſimilis ſit. Et Aquatica, cui ranæ inſident frequenter. Vnde & Germanis Fröſch löffel kraut, dicitur.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat, & areſacit in ſecundo ordine. Habet autē auſteri aliquid. Ideo aduerſum ulcera maligna, & fluxus, & putredines congruit. Areſacit autem citra uellicationem, particepsq; eſt acerbitatis. Et tam fructus, q; ipſius radix poteſtatis ſunt propemodum eiuſdem, niſi quod aridioris & minus frigidæ. At fructus tenuiſsimarum partium eſt: radices autem partium craſsiorum. Folia porro ipſius herbæ areſacientia, tenuiorum partium, & poteſtatis minus frigidæ.

VIRES & Iuuamenta eius ex Dioſcoride.

Vim habent folia exiccatoriā, conſtringentē. Quare oĩbus malignis ulceribus & fluctiõi opportunis, atq; elephãticis, ſordidisq; illita ꝓſunt.

Profluuia ſanguinis, ulcera quæ ſerpunt, epinictidas, carbunculos, nomasq; cohibent.

Vetera ulcera, & inæqualia cicatrice obducunt.

Chironia ſanant.

Sinus conglutinant.

Morſibus canis, ambuſtis, igni inflammationibus, panis, parotidibus, ſtrumis, ægylopijs illita cum ſale proſunt.

B

Coctũ cũ aceto & ſale olus, dyſentericis, cœliacisq; ſumptũ ſubuenit.

Datur & in locum Betæ, cum lenticula coctum.

In leucophlegmatia, inter aridas epulas herba decocta datur.

Comitialibus, & ſuſpirioſis data, proficit foliorũ ſuccus. Colluta ſubinde oris ulcera purgat.

Cum cimolia, aut ceruſa, igni ſacro medetur.

Fiſtulis infuſus prodeſt.

Lippitudinibus, & aurium doloribus, idem ſuccus inſtillatur.

Additur quoq; in oculorum collyria.

Gingiuis cruore ſuffuſis, & ſanguinis reiectionibus pota confert.

Clyſtere dyſentericis.

Contra tabem datur in potu.

Aduerſus ſtrangulationes uuluæ in uellere ſubijcitur, etiamſi uulua fluctione laboret.

Semen ex uino potũ, alui fluctiones, & ſanguinis exſcreationes ſiſtit.

Decocta radix, & manducatu, & collutione dentium dolores ſedat.

Eadem cum folijs, ulceribus renum, & ueſicæ in paſſu datur.

Ferunt tres radices, cum tribus uini cyathis, & pari aquæ modo tertianis auxiliari, & quatuor quaternis.

Sunt qui radicis geſtamine diſcutiendis ſtrumis utantur.

C Syri ius Plantaginis & calamynthæ cũ melle produnt ijs mederi, quos uires defecerunt, datũ die secunda, & quarta, & parasceue. i. ueneris die. Hoc autẽ ueluti arcanũ accipito, quod ueraci experientia compertũ est.

EX APVLEIO.

Herbę Plãtaginis radix in collo suspensa, capitis dolorẽ mirifice tollit.

Succus quoq; tepefactus, fomentando uentris dolorem adimit: & si tumores fuerint, tusa herba & imposita, tollit tumorem.

Potui datus idem succus, & interiora sanat, & thoracẽ purgat mirifice.

His qui purulentum cum sanguine exscreant, herbæ Plantaginis succum dato bibere, sanabuntur.

Semen tusum, & subinde in uulnus sparsum, uulnera cito sanat.

Et ipsa herba tusa & imposita, refrigerat ea loca quæ nimio calore urgentur, & persanat.

Ad uentrem sistendum, & aceto cocta, in mero bibitur mensura unius cyathi.

Serpentium morsibus trita, & ex uino sumpta prodest.

Lumbricis purgandis herbam Plantaginẽ contundes, & succi eius de cochleario dabis bibere, ipsam q̃tidie herbã tusam umbilico imponito.

Pistata cum axungia, sine sale, instar malagmatis facta, & imposita, duriciam discutit.

D In febre quartana, succum in aqua mulsa ante duas horas accessionis potui dato, & miraberis effectum.

Idem facito in tertiana, & radices tres conterito, & sub accessione cum uino, aut ex aqua ieiunus bibat.

Podagræ, et omniũ neruorum dolori & tumori folia contusa, uel pinsata cum salis modico, & imposita, optime facere certum est.

Secundæ doloribus, semen contritum prodesse creditur.

Vulneribus recentibus contusa folia cum axungia uetere, sine sale imponuntur, & laborans sanus efficietur.

Si cui pedes tumuerint ex itinere, Plantago contusa, & cum aceto imposita, tumorem tollit.

Si cui ulcus secus oculum, siue nares natum fuerit, herbæ Plantaginis expressæ & contusæ succo, lana molli madefacta, & imposita, per dies nouem curat.

Cum axungia ueteri parotidas sanat, ulcera oris omnia, & alcolam mirifice, persanat.

Tusa, & imposita, morsum canis rabiosi sanat.

Contra omnes uesicæ difficultates herbæ Plantaginis folia, uel radices ex passo fortiter medentur.

EX PLINIO.

Nulla res æque sistit fluxiones, quas Græci ῥευματισμοὺς uocant.

Vis mira in siccando, densandoq; corpore, cauterij uicem obtinens.

Febres frigidas leuiores facit Plãtago ex aqua mulsa, duabus horis an-

A

te accesſionem pota binis drachmis, uel
Succus radicis madefactæ, uel tuſæ, uel
Ipſa radix trita, in aqua ferro calefacta.
Pituitas, eruptionesq; emendat Plantago, panosq; ſanat cum ſale.

EX ORIBASIO

Deſiccat abſq; aliqua mordicatione Plantago, ea quæ necdum ſtupida ſunt. Nam & ſemen, & radix ſimili ſunt uirtute. Quanquam ſemen amplius extenuat.

EX MACRO HERBARIO

Maiorem uim tamen eſſe
Dicunt maiori,
Qui cum lachryma medicatur aduſtis,
Et ſtrophas ſpargit, ſuperaddita cum ſale trita.
Hydropicis ut olus decocta prodeſt.
Sic iuuat aſthmaticos, ferturq; iuuare caducos,
Et dolor hac auris ſedabitur.
Pellitur ex oculis tumor hac.

Experimentatores HERBARII.

Arnogloſſa hepar confortat cum aqua Endiuiæ, & ſacharo albo, ſi epitimetur.
Extinguit ignem ſacrum, cum ſucco Semperuiui & aceto.
Remouet hæmorrhoidas, cum puluere radicis Aron.

B

Et omnem carnem, quæ eſt ex ignis uſtione, refrigerat.
Menſtrua retinet.
Valet etiam hemopthoicis, & ulceratione pulmonis laborantibus.
Radix cocta cũ aqua & piretro, ualet dolori dentiũ, ſi tepida indatur.
Succus cum aceto ualet ad maculas & lentigines detergendas.
Ad quartanam eſt eius uſus cum theriaca ante acceſsionem.
Et ſemen & radix aperiunt meatus hepatis, & renum obſtructus.

Iuuamenta Minoris, Ex MACRO.

Cuncta poteſt Plantago minor prædicta iuuare,
Quamuis non tantas uires uideatur habere.

DESCRIPTORES PLANTAGINIS.

Dioſcorides lib. 2. Theophraſt. lib. 7. cap. 9.
Plinius lib. 25. cap. 8. lib. 26. cap. 8. 9. 11.
Apuleius cap. 1. Oribaſius
Serapion cap. Liſen alhamel. 233.
Herm. Barb. in Corollario ſuo.
Macer dict. Plantago.
Galenus. 6. Simpli. cap. 56. Ad Paternianum cap. 215.
Idem de morbis curandis lib. 5.
Platearius cap. 29. lib. de ſimplici Medicina.
Hieronymus herbarius dict. Plantago.

C

Helleborus Niger.



Chꝛiſtwurtz.

D

DE VTROQVE HELLEBORO, ALBO, ET NIGRO, Rhapſodia Secunda.

ℂ Nomenclaturæ Albi.

Græcæ, ἐλλέβορος. λευκός. ἀσκίς. πιγνατόξειρις. γόνος ἡράκλειος. πολύῤῥιζος. ἀνάφυσος.

Latinæ, Helleborus albus. Veratrum album.

Teutonicę, Weiß Nyeßwurtz.

ℂ Nomenclaturæ Nigri

Græcæ, ἐλλέβορος μέλας. μελαμπόδιον. πολύῤῥιζον. μελανόῤῥιζον.

Latinæ, Helleborus niger. Prætion. Veratrum nigrum.

Teutonicæ, Chꝛiſtwurtz.

PLACITA Authorum de HELLEBORO. A

Albi Vetrati, secundũ DIOSCOR. descriptio.

FOLIA FERT BETAE, aut Plantaginis similia, sed breuiora & nigriora, rubescentia. Caulem cauum, quadrantalem, tunicis conuolutum, cum arescere cœpit. Radicibus nititur multis tenuibus, ab oblongo capite exeuntibus, ceparũ modo fibratis. Nascitur in montibus & asperis. Radices messibus colligendi. Optimũ habetur candidũ, friabile, carnosum, modice extentũ, nec tñ Iunci modo mucronatũ, quod frangẽdo puluerẽ emittit, & tenuẽ habet medullã, gustu non admodũ feruens, necq; saliuam subinde ciens. Huiuscemodi autem strangulat.

ὑικῶν Nigri.

Folia ei uiridia, Platani similia, minora, folijs Sphondylij proxima, subaspera, pluribus diuisuris incisa. Caulis asper, flores purpurei, racematim cohærẽtes. Semen Cnici, quod in Anticyra Gesamoides uocant, quo deiectiones moliuntur. Radicibus cohæret nigris, tenuibus, a capitulo cepæ simili confibratis, quarum est usus.

In collibus, asperis, & sitientibus locis nascitur. Locus.

Optimum quod ex Anticyra petitur. Eligi debet corpulentum & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, feruensq;. Electio.

De inuentore & monstratore ex PLINIO.

MELAMPODES fama diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatum ferunt eum, qui niger Helleborus dicitur. Alij pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari eodem pastu animaduertentem, datoq; lacte coram sanasse Prœtidas furentes. B

Tempus Collectionis ALBI.

Tempestiuum esse tradunt messibus Album. Sed non facile colligitur. Nempe caput aggrauans, nisi præsumatur allium, & subinde uinum sorbeatur, celeriterq; fodiatur.

Superstitiosa Collectio Nigri ex THEOPHRASTO.

Cum præparatione solenni, & religione quadã, colligitur Niger, ut inquit Theophrastus. Siquidẽ gladio circũscribebatur primũ. Deinde qui succisurus est, ortũ spectat, precaturq;, bono omine ut id sibi liceat, Dijs sibi concedentibus, Apolline scilicet & Aesculapio. Ad postremũ aquilæ uolatus obseruat. Fere enim secantibus ille intererat: atq; si propius ille aduolasset, moriturum illo anno qui succidisset, auguriũ erat. Tandem eximebatur, quemadmodum & ex Albo interior medulla.

DIFFERENTIA VTRIVSQVE.

Purgat aũt Niger humorẽ melancholicum, per uentrẽ in primis inferiorẽ. Albus uero per superiorẽ, crassos & glutinosos humores expellit.

Subinde Nigrum, equi, boues, suesq; cauent, cum impune Candido uescantur. Tametsi Nigro uiolentius Album dicatur.

Vtriusq; quoq; semen, coturnicibus gratissimũ est, ut scribit Aristot.

C quam ob caussam ueteres eas damnauerunt mensis: nunc quæruntur.

Durantia ALBI.

Durare uim Albi. xxx. annis ferunt.

Temperamentum utriusq;.

Abstergendi, calefaciendiq; potentiæ est, unde ponitur tertio ordine calefacientium & arefacientium.

Præparatio & administratio.

Antiqui corticem carnosissimum, & radicem eligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongijs opertam, turgescentemq; in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra siccabant, his utentes. Nunc ramulos ipsos ab radice sua grauissimi corticis ita dantes. pani etiam compinsitur & torretur. Quidam porrigunt in sorbitione pultis, aut alicæ. Quidam cum modicum antea dederint cibum.

Mesue sic corrigendum censet, uidelicet ut maceretur prius in melle & passulis, uel in iure gallinarum & aliarum carniū, abiecta deinde radice.

Sunt qui cauata radice raphani, indunt de Helleboro per diem, inde rursum extrahunt: feruntq; tum raphanum soluendi uim habere.

Alij infundūt in oxymelle, uel uino dulci, aut syropis, uel robob, ut uocāt, atq; subinde ministrāt. Adhibito fortasse & hordei modico, uel rizo.

Vigorant eius operationem sal Indus, Epithymus, polypodium. Emendant quoq; Daucus, petrosilenon, Piper longum, Hyssopus, Calamentum, & Origanum.

D Vires & Iuuamenta ALBI ex DIOSCORIDE.

Purgat uomitionibus, diuersa & multiplicia trahens.

Miscetur collyrijs, quæ claritati oculorum officientia repurgare possunt.

Ducit idem menses.

Fœtus in utero necat.

Sternutamenta cit.

Quinetiam melle cum polenta maceratum, mures enecat.

Carnibus concoctum eas minuit.

Datur ieiunis, per se, & cum Sesamo, aut Tapsiæ succo, aut alica, aut mulsa aqua, aut pulte, aut lenticula, aut sorbitione aliqua alia.

Pani etiam conpinsitur, & torretur.

Mensura, dispensatioq; eius, ab ijs tradita est, quibus præcipuum fuit studium de ea docere. Dant siquidem aliqui Veratrum album in sorbitione pultis, aut alicæ. Quidam cum modicum ante cibum dederint, præsertim in ijs, in quibus suspecta, timendaue strangulatio, aut corporis imbecillitas impediet. Tanto enim sic ea purgatio perficitur. propterea, quod importuna corpori non aduenit.

Sedi etiā, ex Veratro albo appositæ balani cū aceto, uomitiões faciūt.

Item suppurationi ueteri.

Eodem phthiriasis emendatur.

Item scabies, impetigo, fistula callosa.

Decoctione eius in aceto, & collutione, dentium dolor ſedatur.

Muſcæ quoq; in eo enecantur, ſi cum lacte maceretur.

Medetur quoq; morbis comitialibus, uertigini, melancholicis, inſanientibus, limphaticis, podagricis, hydropicis incipientibus, tympaniticis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, Iſchiadicis, elephantiæ albæ, lepris, tetano, tremulis, quartanis, quæ aliter non deſinant, tuſsi ueteri cum inflammationibus, torminibus redeuntibus.

Galli, ut inquit Plinius, ſagittas, in uenatu Helleboro tingunt, circumciſoq; uulnere, teneriorem ſentiri carnem affirmant.

RAZES

Helleborus niger choleram nigram curat.

Albus uomitum facit.

Ipſum tamen bibere non eſt ſecurum.

Iuuamenta NIGRI ex Plinio & Dioſcoride.

Prodeſt comitialibus, melancholicis, inſanientibus, articulorum doloribus, & reſolutis.

Educit choleras uarias, & phlegma per aluum.

Elixaturæ potu, caligo fugatur.

Duricias ſuppuratas concoquit & purgat, facto inde cataplaſmate.

Auditum reddit, ſi ſurdis auribus indatur, atq; poſt biduum, triduumue repellatur.

Cataplaſmata ex eo tollunt maculas, lepras, ſcabies, omnem denique impetiginem.

Sanat ſcabies etiam: in quem uſum cum thure, ceraue, picecq; & cedrino liquore inungitur.

Ex aceto per ſe emplaſtri modo impoſitum, uitiligines, impetiginesque, & lepras emendat.

Purgat ſuperiorem uentriculum, pituitam trahens & bilem: daturq; per ſe, & cum ſcãmonio ſaleq;, drachmæ, aut trium obolorum pondere.

Ore diu tentum acetum, in quo coctus ſit Helleborus, dolorem ſedat.

Miſcetur omnibus emplaſtris, quæ exedendo ſunt.

Contra cutem ſubeũtes aquas, cum farina hordeacea, uinoq; emplaſtri modo utiliter imponitur.

Seritur ad radices uitium, fitq; ex eis uinum, quod purgando eſt.

Trahit menſes, idem appoſitum.

Fœtus in utero enecat.

Fiſtulas purgat inditum, & poſt tertium diem exemptum.

Iuuamenta Nigri ex MESVE.

Diximus uitari Album, quia præfocatiuus eſt, Nigrum autem debere ſumi, ſicut concordant omnes, & proprie rectificatum ſecundũ artem: & non cõuenit niſi animoſis corporibus, idq; Veris tantũmodo tempore.

Datus itaq; quando, & cui cõuenit, facit reuiuiſcere, & conſtitutiõem temperatam. Hæc enim eſt proprietas eius ſecundum Hippocratem. Et

C ipse quidem mundificat totum corpus, & singula membra, & solutione educit cũ facilitate cholerã permixtã phlegmate. Et mũdificat sanguinẽ.

Et trahit a uenis superfluitates mixtas sanguini, immo a toto corpore, a concauitatibus membrorum, & quibuslibet partibus remotis.

Est ex rebus soleñibus in mundificando cerebrum & caput totum, & instrumenta sensuum, neruosq; & uiscera, una cum uesica, & matrice.

Et confert iuuamẽtum manifestum ægritudinibus eorum, sicut sodæ, hemigraneæ, maniæ, melaucholiæ, uertigini, epilepsiæ, & paralysi.

Item apostematibus membrorum, strophulis, cancro, & herpeti.

Destillatur acetum decocto eius in aurem, & confert tinnitui, & sibilis, & corroborat auditum.

Confert ægritudinibus splenis, & febribus antiquis, longis, quartanę cholericæ, & melancholiæ difficilis eradicationis.

Prouocat quoq; urinam, & menstrua.

Frequens etiam usus eius colorem inducit corpori bonum, cutem repurgat, & quamlibet scabiem abstergit.

De VERATRI purgatione, seu Helleborismo, Hippocrates ad Democritum philosophum.

QVI non facile per superna purgantur, ante potionem corpora multo cibo, quieteq; madefaciant. Cũ autẽ Veratrum potauerint, corpora D magis commoueant, nec dormiant. Quod autem agitatio, & motus corpora conturbet & moueat, nauigatio demonstrat. Cum aũt Veratrũ magis agere, & purgare uolueris, corpora magis cõmoueto. Veratrũ aũt ijs periculosum est, qui sanas carnes habent. Præterea qui post potiõis purgationem non sitiunt. Spasmusue post Veratrũ lœtalis est. Si in magna purgatione superueniat, malum est. Si in uentris motionibus, & purgationibus, & uomitionibus sponte factis, quemadmodum oportet purgẽtur, confert, & facilem ferunt: si minus, cõtra. Quemadmodum prętere in præscito, prognosticoue dixeramus, supna purgatio his cõmoda est, qui cibos sine febre auersantur, coruellicantur, caligãt, os amorore uexatur: & ut in sũma & in uniuersum dicamus, doloribus cunctis, qui supra pręcordia sunt, confert. Per inferna uero, cum sine febre tormina uexãt, lumborũ dolor, genuum grauedo, cum menses non facile decurrunt, cũ dolores sub septo transuerso sunt. Cum uero sic potionabis, urbanos, ociosos, pigros corpore plurimũ caueto & obseruato: maxime uero fuscos, carnes humidas habentes, et subsiccas, balbos et blæsos. Qui uero p morbi principia, pituitosa per potionem discutere & dissoluere nitunt̃, pituita crescẽte nihil prosunt: quemadmodũ in libello de ptisana dixeramus. Crudus enim morbus cũ est, nihil cedit. Quæ eñ morbo repugnant & salutifera sunt, cõtabescũt. Debilitato siquidẽ corpore, morbus supat, languẽtesq; nõ medicabiles facit. Veratro aũt, Helleborisatoue eos, quibus de capite destillat rheuma, purulentisue dato, maliue coloris, nec raucescentibus, nec lienosis, nec ex anguibus, nec uentositate laborantibus nec

tuſsi ſicca, nec ſiticuloſis, nec uētris dolore uexatis, nec diſtēto uētriculo, nec pcordijs, & ilibus, & ſcapulis diſtētis, laterūq; dolore uexatis, nec torpidis, nec hebetius cernentibus, nec auriū tīnitu laborātibus, nec lotium nō continētibus, nec arcuatis, nec uentriculo, ſtomachoue nō ualētibus, nec ficoſis, nec furūculoſis. Sin aūt Veratro purgare uideat̄, per ſuperna tutius purgabis, per inferna uero minime: q̄s cibis ualide nutricabis & re plebis. Quemadmodum aūt in pdictorio dixeramus, nec cibaria auerſantes, & nigra ſupuomentes, & delyros potionato. Præ dolore parū dormientes, lumina, & oculos audaces & patentes, uel reclinatos, tortuoſoſue habentes, turgidos, caligantes, mali coloris, & diſcolores, nec febre æſtuātes & præfractos, quemadmodū in libello de ptiſana dixeramus, ſeſamo miſtū, et ſeſamoides cōmode per ſuperna purgat. Potio aūt eſt dcachma, uel eius dimidiū cū aceto mulſo, tertiā aūt huius partem cū Veratro miſceto, & minus præfocat, ſtrangulatue. Quod & longas quartanas purgat, & eos qui longa & moleſta febre uexātur, & eos qui non ſitiunt, nec exſcreant, hosq; non ante tria trinūdina, quandoq; & laterum morbo laborantes, conuoluuloq;. Sicuti autem in libris de fœminarum morbis dixeramus, ſi locelli purgationis egeant, purgato.

A

NOCVMENTA.

Nigro uiolentior Albus eſt. Proinde hodie in uſu non habet̄. Sed & olim ſenibus, pueris, fœminis, imbecillibus, inuidis, et quibus exulcerata præcordia fuiſſent. Item ſanguinem exſcreātibus, cauſarijs uel latere, uel faucibus, negabatur.

B

Niger interficit, canes, mures, & porcos,
Et ſtercus ipſum bibentes perimit gallinas.

COMMVTATIO


Loco eius hodie uſurpant Scammonium.


DOSIS

Themiſon binas, non amplius drachmas dabat. Sequētes, & quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui Helleborū fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis em̄ intus omnibus, ipſum primū exire. Mihi uidet̄, inquit Macer, ſignificare Plinius, Albi dimidiū pondus tantūmodo dandum: ideſt, quia Nigri eſt drachma una, aut. ℞. ſcrupuli, Albi ſit dimidiū. Secus Meſue. Doſis eius eſt, inquit, à charitis ſex, uſq; ad tertiam. 3 1. uel uſq; ad 3 1.

AVTHORES & deſcriptores Hellebori.

Plinius lib. 25. cap. 5. Dioſcorides lib. ℞. de Helleboro.
Galenus. 6. ſimplicium pharma. cap. 125.
Meſue in canonibus uniuerſalibus.
Theophraſtus lib. 9. cap. 10. 11.
Auicēna lib. 2. De Helleboro. Macer dict. Helleborus.
Serapion. cap. 333. Raſes.
Hippocrates in epiſtola ad Democritum philoſophum.





C

DE NENVPHARE, Rhapsodia Tertia.

NOMENCLATVRAE ALBI

Græcæ, νυμφαία

Latinę, Nenuphar, Clauus Veneris, Digitus Veneris, Alga pa= lustris. Papauer palustre. Nymphea.

Teutonicæ, Horwurtz/ Kollerwurtz/ Sehblům/ Horstrang.

Vnde sic dicta.

NENVPHAR, nata traditur, ut inquit Plinius, a nympha, erga Herculem zelotypa, & mortua. Quare Heraclion uocant aliqui. Alij Rhopalō, a radice clauę simili. Siue, ut placet Dioscoridi, Nymphex nomen uēdicasse sibi uidetur, quoniam aquosa amet. Plurima em̄ inuenitur in Helide, in Anygiro amne, & in Beötiæ Haliarto.

Genera eius ex DIOSCORIDE.

Duplex est. Quædam nigra, quædam alba radice. Quædam albo, & quædam luteo flore.

Εἰκὼν ALBI.

Folia habet lata, quadamtenus super aquam emergentia, solida, tenacia, coriacea, grauiter olentia. Aliquando tamen etiam sub aquis sunt, pluraq; ab radice una prodeuntia. Flos candidus, Lilio similis, in medio, quod crocum sit, habentes. Hic postq̄; defloruit rotundus, & rotunditate pomo, aut papaueris capiti similis, colore nigro. Radix magna, aspera, clauæ alicuius modo nodosa.

D

LOCVS.

Nascitur in paludibus, & stagnantibus aquis.

TEMPVS.

Effoditur Autumno.

Placitum TEOPHRASTI lib. 9. cap. 13. de Nymphęa.

RADICVM differentias, tum succis, tum odoribus accipere licet. Sunt em̄ aliæ acres, alię amarę, alię dulces, & aliæ suauis olentiæ, alię grauis. Dulcis Nymphęæ uocatæ, quæ nasci in lacustribus solet, ut in Orminiensi agro, & Marathone, & in Creta insula Beöti. Madoniam hanc appellāt, fructumq; mandunt. Gerit folia, supra aquam ampla.

PLINIVS de Nymphæa.

Nascitur in aquosis Nymphæa, folijs magnis in sum̄a aqua, et alijs ex radice prodeuntibus, flore Lilio simili: et cum defloruerit capite Papaueris. In caule secatur autumno. Radix nigra in sole siccatur, aduersaturq; aluinis. Est et alia Nymphęa in Thessalia, amne Penęo, radice alba, capite luteo, Rosæ magnitudine.

Sententia APVLEI de Nymphęa cap. 68.

Νυμφαῖα Gręce Cacabon, Lothonietram, Rhopalon: alij Androgomos, alij Hydrogogos, alij Heracleos, Latini matrem Herculianā, Algam palustrem, Papauer palustre, Clauū Veneris, & digitum Veneris dixere.

Naſcitur in aquis ſtantibus. Ita denique nomen ſumpſit. Thyrſo nigro, le-nis folijs, ſimilibus herbæ Cicoreæ, aqua ex parte ſuperantibus: flore pallido, fructu ſine ſemine lato, denſo, atque guſtu argilloſo: radice ſtipidioſa, nigra, & acerrima. Præterea naſcens in Ompenio tenus flumine: cuius flos niger eſt, radix alba, & aſpera.

A

TEMPERAMENTVM.

Et radix, & ſemen uim citra uellicationem habent areſaciendi. Alioqui tamen frigidæ & humidæ complexionis in ſecundo.

VIRES & Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Cœliacis utiliter in uino bibitur, & inteſtinorum torminibus.

Lienem minuit.

Stomachi & ueſicæ doloribus, emplaſtri modo imponitur.

Vitiligines ex aqua exterit.

Capilli defluuia, quas ἀλωπεκίαν, dicunt, cum pice impoſita, explet.

Bibitur etiam contra nocturnas Veneris, & ſomniorum imaginationes, quas compeſcit atque reſtinguit.

Semen cum uino potum, uentrem ſiſtit.

Trita plagis imponitur.

Cocta in oleo, cum roſa, uiola, et pauxillo uini granatorum, uſque ad uini conſumptionem, heryſipilam extinguit.

Succus cum uino tritus, datur dyſenteriæ compeſcendæ.

Idem facit radicis ſuccus.

B

Teſtium tumori ſuperimponitur.

Illinitur non ualentibus dormire.

EX THEOPHRASTO.

Plagæ, trita & impoſita, ſanguinem ſiſtere traditur.

Vtilis & ad difficultatem inteſtinorum pota.

EX PLINIO.

Venerem in totum adimit (ut diximus) Nymphæa Heraclia, eadem ſemel pota in. xl. dies.

Inſomnia quoque Veneris, a ieiuno pota, & in cibo ſumpta.

Illita quoque radix genitalibus, inhibet non ſolum Venerem, ſed effluentiam geniturae: ob id corpus alere, uocemque dicitur.

EX APVLEIO.

Radices eius rades, & dabis manducare dyſenterico diebus decem, & ſanabitur.

Idem efficies, ſi cum uino auſtero propinaueris, aut certe eius ſuccum uino intritum, miſtumque.

EX SERAPIONE, RASE, Albaſare, Iſaaco, et Meſue.

Dixit Aben Meſua. Vinum quod fit ex Nenufare, eſt bonū tuſsi, & pleuriſi, & mollit uentrem, et eſt fortioris operationis quam uiola.

Dixit Alchantzi. Radix Nenufaris, in die uirtutē habet mādragoræ.

Dixit Iſaac Eben Amram. Nenufar nominatur interfector apium, &

C est similis floribus uiolarum, sed est frigidior & humidior eis, confertque sodæ calidæ, & inducit somnum, in primisque oleum ipsius. Et quando ponitur super apostemata calida, confert.

EX PLATEARIO.

In Septembri collectũ, per duos annos, in multa efficacia seruatur. Et melior flos est, qui in calidis regionibus reperitur, quam ille qui in frigidis.

Fit ex floribus eius syropus, cuius usus est in febribus acutis, & ad hepatis calefactionem.

Contra dolores capitis ex calore, imponũt Saraceni flores in aqua per noctem, & mane bibunt talem aquã, & flores, uel naribus applicant.

EX IOANNE VIGONIO.

Nenufar frigidæ est, & humidæ complexionis in secundo. Ideo flos eius bullitus in oleo, uiola, & oleo omphacino, parumque uini granatorum usque ad consummationem uini, irysipham extinguit.

EX AVICENNA de uiribus cordis.

Nenufar appropinquat Camphoræ in iudicio, nisi quia est humidior ea. Et eius quidem humiditas, caussat in substantia spiritus, qui existit in cerebro, pigriciã & torporem, nisi egeat humectatione, ut temperet̃. Spiritus aũt in corde, non uidet̃ pati ab eo hoc nocumentũ, quod patitur cerebrũ, immo præbet forte iuuamentũ. Nam proprietas suæ aromaticitatis confortat spiritũ qui est in corde. Nocumentũ uero frigiditatis, & humiditatis ipsius, est secundũ quid. Et temperat̃ croco, & cinnamomo.

D

NOCVMETA.

Plinius autor est, eos qui biberint, intra duodecim dies, coitu, genituraque priuari, & ob id corpus alere, uocemque dicitur. Quanque ab Auicenna inter ea quoque scribitur, quæ cor quoque confortant.

AVTORES, ET DESCRIPTORES.

Theophrastus lib. 9. cap. 13. Dioscorides dict. Nymphæa.
Plinius lib. 25. cap. 7. Libro item. 26. cap. 7. 8. 10.
Georg. Valla. dict. Nymphæa. Apuleius cap. 68.
Auicenna lib. de uiribus cordis. Symon Ianueñ. dict. Nymphæa.
Serapion cap. 188. Ioan. Vigonius. Rases.
Hieronymus Herbarius.

NYMPHAEA ALTERA.

NYMPHAEAM alteram, sunt qui Nymphonã uocant. Nascitur priori similis, radice tamẽ candidiore, & aspera. Florem luteum gestans, splendentẽ, rosæ similem. Item a radice uelut glirium caudas trahens.

VIRES, ET IVVAMENTA.

Bibit̃ et semẽ & radix in nigro uino cocta, cõtra muliebres fluctiones.

AVTORES.

Plinius lib. 25. cap. 7.
Dioscorides lib. 3. cap. Nymphæa altera.
Et cæteri quos supra citauimus.



C

DE VNGVLA CABALLINA, Rhapsodia Quarta.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, ἄρκτιον.
Latinæ, Personata, Lappa, Vngula caballina.
Germanicæ, Roßhůb.

PLACITA AVTORVM.

Sententia DIOSCORIDIS, de Personata.

FOLIA HABET maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, & nigriora, & crassiora, caulem albicantem. Quãquam & interdum uidua caule reperiatur, radice intus candida, foris nigra.

Sententia PLINII de Personata.

Error Plinij in Personata.

Quidam Arction Personatam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes Lappas ferentem.

DECRETVM HERMOLAI BARB. in Corollario de Personata.

D

Petasite. Bardana. Lib.25. cap.9. Persolata. Persoluta. Persolyton. Persona.

Arction, siue Prosopites, Personatam quidem in latino sonat, sed pro Petasite tamen capitur a Plinio, dicente, folio Personatæ nullum esse latius, grandes lappas ferentis, quos nos non in Arctio, sed in Petasite cernimus. Petasiten interpretor, quã uulgo Bardanam, & Lappam maiorem interpretantur: Arction quæ Vngula caballina dicitur. Plinius differentiam in nomine tenuem constituit, Petasiten Personatam, Arction Persolatam appellando. Persolatam inquit, quam nemo ignorat, Græci Arction uocant, folia habet maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraq́ & crassiora, radicem albam & grandem. Quæ omnia fere cum Dioscoridis Arctio conueniunt. Nominatur & Persoluta, siue Persolyton a Plinio, herbæ genus Aegyptiæ in hortis seri coronamentis solitum, duobus generibus, mas, & fœmina, inhiberi subdita ea Venerem uirorum maxime prodendo. Illud commonuerim, maiora esse Personatæ, hoc est, Petasitæ ac Bardanæ, q̃ Persolatæ, hoc est, Arctij, et Vngulæ caballinæ folia. Radicem Personatæ candidam, digitali crassitudine, fastidiendi odoris: Persolatæ brachiali, & odoratam, flore in spica purpureo. Galenus & hanc, & superiorem, eodem Arctij nomine appellat. Quod autem Personata sit, quam Lu. Culumella Personam uocari scribit, ne dubitem, facit, quod utilem pecori, quod uipera momorderit, scarificationi superpositam commemorat, quod & Plinius probat: & propterea a nonnullis Echion, quasi Viperariam tradit appellari.

ἐπιγραφὴ Marcelli Vergilij de Personata.

Personata hac utebantur quondam, ad personas tota Græcia & Italia, quoties in Theatris alijsue locis, qui cognosci a populo nollent, egisse quippiam uolebant, facili, sed non toto anno ad eam rem, ex incultis & pinguibus locis apparatis. Maio, Iunioq́ mensibus frequentem fuisse

palilibus & floralibus uerisimile est, tribus decerptis folijs, quorum uno frontem, duobus alijs utrinq; malas uestiret, relictis inter eorum spacia liberis, uidendi, spirandi, loquendiq; meatibus. Est enim foliorum Personatæ tanta amplitudo, ut longe maius, q̃; humana facies est, tribus uestiri spacium posśit. Neq; immerito hic cucurbitarum folijs comparauit: figura enim illis respondet. Et si pinguiore loco nascantur, magnitudine etiam superāt. Caussaq; hæc est, cur Græci etiam, ab eodem personarum usu, Prosopida, & Prosopion uocauerunt. Lappa dicta est, quoniam illi congener est. Nascitur ubiq; Personata, & quoniam desierunt uti Christiani ad personas, ob eam quam diximus caussam, nec alios habet in sanitate usus, & parum hoc nomine nunc cognoscitur.

A

Personatia, quare Lappa dicta.

CALVMNIA SENTENTIAE PLINIAnæ, circa Personatam, Nicolai Leoniceni lib. de erroribus Medicorum.

Sed non est nunc nobis cum Auicenna, sed cum Plinio negociū, quare ad ipsum reuertamur. Hic lib. 25. de Arctio, quamuis Echion errore codicis, ut arbitror, legatur, ita scribit. Arction quidam Personatiam uocant. non multos infra uersus, Plinius ita scribit, Personatia, quam nemo ignorat. Licet ante, & hic, pro Persolatia, Persolata, uitiose scribat, tamen quod sequitur, probat Personatiam esse legendum. ita enim subiungit. Græci uero Arction uocant: folia habet maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraq;, & crasśiora, radicem albam & grandem. Hæc ex uino bibitur, denariorū duorum pondere. Videtur profecto duo Arctij genera putauisse, quorum utrunq; Personata diceretur, alterumq; biberetur contra serpentes ex aceto, alterum ex uino. Attamen & Dioscorides, & Galenus, ac Paulus de uno tantummodo Arctio, Prosopite, Personatia scripserunt. Esse uero idem Arction, siue eandem Personatam, quam primo & secundo loco describit Plinius, eiusdem Plinij uerba apertisśime ostendunt. Nam de prima ita scribit. Quidam Arction, Personatiam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentē. Hic autem proculdubio Plinius innuit illam, quæ a nostris tum Bardana, tum Lappa maior uocatur. Quam ideo ueteres, Personatam dixerunt, quoniā hac propter amplitudinē foliorum, ad personatos faciendos utebantur. Hanc uero eandē, eadem ratione Dioscorides, Galenus & Paulus Prosopitem, id est, Personatiam, nuncuparunt, ac folijs cucurbitæ, nigrioribus tamen, atq; hirsutioribus, constare tradiderunt.

B

APOLOGIA PANDVLPHI COLlinucij pro Plinio, contra Leonicenum.

Vis & aliud uidere, indiligentis hominis argumentum de Personata? Plinium taxat, quod duplicem illam esse crediderit. Tamen ut id uerum esse comprobet, ne quid integri ad defensionem Plinio relinquatur, nulla ratione Echion, pro Arctio, codicis uitio positū dicit. Sed ne sic quoq; Plinium, aut seipsum intelligit: quod uerum esse mox agnosces. Post A-

C garici descriptionem, Echion herbam. 25. uolumine continuo subiecit Plinius. Quæ quoniam capitula habeat, uiperis similia, ideo Echios, quasi uipera cognominatur. Duo huius genera, Pulegio similia, floribus coronata. Tertium lanugine spinosa, distinctum pingit, Addit præterea. Quidam Echion Personatam dicunt (non Arction, ut praue inserere Nicolaus uoluit) quorum opinionem, quoniam longa foliorum & floris differentia improbaret, subijcit. Cuius scilicet Personatæ folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Ac si dicat. Tria Echij genera diximus Pulegio similia, cui parua sunt folia, & quæ floribus coronantur. Falluntur qui Echion dicunt esse Personatam, grandes lappas ferentem, cuius folio nullum est latius: quæ omnia a Pulegij similitudine maxime discrepant. Non intellexit in morsum præceps Leonicenus Plinij uerba, illorum sententiam apposite improbantis, qui Echion Personatam esse dicebant. Nam ea parte, qua Plinius scripsit, Cuius folio nullum est latius: Leonicenus, cuius illud, ad Echion retulit: non ad Personatam, ut Plinius, & grãmatica ratio postulabat. Neq; enim ideo duplicem Personatam esse credidit Plinius, quia quosdam Echion Personatam dicere, & ex aceto radicem dare scripsit. Nam hic de Personata non agebat, sed de Echio: de qua ut quæcũq; ab autoribus scripta compererat aperiret, ideo quosdam Echion dicere Personatam scripsit, & ex aceto dare potui. Non enim probe claudit (quod sæpe diximus) Quidam dicunt, ergo Plinius credidit: ac præsertim cum Echion triplicem pinxerit, & ex foliorum & D floris differentia non esse Echion Personatam aperte senserit: atque ideo post paucos uersus, non iam de Echio, sed de Personata notissima herba speciatim uerba facit: eamq; Arction & Personatam Græca & Latina appellatione nuncupauit: neminemq; illam ignorare dixit: ut eos etiam uidelicet distringeret, qui supra Echion paruis folijs herbam Personatã latissimis constantẽ putauerunt. Bene ergo omnia quadrant. Sciatq; deinceps Nicolaus hoc in loco bellissime significasse Pliniũ, atq; ita credidisse, aliud Echion esse Pulegio similem: aliud Personatam folijs maioribus cucurbitæ: quas unam herbam esse quidam putauerunt.

Echion uerũ quod sit.

Sed quoniã de Arctio sermo incidit, quando & pro Plinio & studiosis scribimus: ut hæc nostra legentes (quantulacũq; illa sint) aliquid semper arripiant, quod in cõmunem utilitatem conferre possint (quod tota defensione, quãtum potuimus obiter curauimus, Leonicenus uero uitauit) hoc subnectere uisum est: ꝙ Arction Græci duplicem esse tradiderunt. Vnã quidem, quę & Arcturion diceretur: cuius folia Phlomo (quã latine Verbascum dicimus) similia, crassiora tamen & rotundiora esse dixerunt: semen uero minuto Cymino simile: quod tam ipsum ꝙ; radix Ischiadicis & dysuriam patientibus efficaciter daretur. Alterũ, quam Arction, & Prosopiten, & Prosopion, & Aparinem dicerent: nos Personatam & Lappam, de qua egimus: ambas quarto Dioscorides pinxit, Plinius Primam septimo & uigesimo, Alteram, quo diximus libro tradidit.

Arction duplex.

Verbascum altera species Personatæ.

Sed Aparines nomen a Dioscoride positum, non probauit: quando aliam esse a Personata Aparinem, & figurę, & uiriũ diuersitate monstrauit.

A

Aparine quę.

Sententia SIMONIS IANVENSIS de Vngula caballina.

Vngula Caballina, Farsana, ut quidam dicunt, Dardana, duas habet species. Minor, quę campis et locis siccis nascitur, & in uineis. Altera Maior, quæ in marginibus aquarum semper inuenitur, maiore folio, nec angulis sic manifestis, & parua radix eius, odorifera, quam quidam Cassulã cordis uocant.

Suspicor legẽdũ, Bardana.

Idem de PERSONATIA.

Personatia inquit, in cõfectione Mithridati minoris, exponitur in antiquis Synonymis, quod est Bardana, Lappa maior, Dronega. Quod etiã Plinius uidet̃ dicere. Personata inquit, a quibusdã Echion uocat̃, cuius folio nullum latius, grandes lappas ferens. Sed alia est Echios.

Dronega.

Sententia AVTORIS PANDECTARVM

Personatia in Antidotario, in confectione Mithridati minoris exponitur in antiquis Synonymis, quod est Lappa maior, Bardana, Dronega, Persoluta.

De Vngula Caballina sic Galenus. 6. simplicium, cap. de Tussilagine. Et est Vngula Caballina, uel Nenuphar terrenum, uel Farsana. Nominatur autem Tussilago, quod tussientibus, & orthopnoicis conferre creditur.

Tussilago species Vngulæ Caballinę Matheo Siluatico.

Et rursum. Tussilago, Chamęleuce, Vngula Caballina, est species Tapsi barbati.

B

Tapsus barbatus, Chamæleuce.

IVDICIVM nostrum.

Videtur plane uterq;, & Ianuensis, & Pandectarum scriptor ignorasse Vngulam Caballinam, et impositum illis a Plinio: quoniam alicubi Lappam uocat Personatiam. Nec legisse opinor, quæ esset Arction apud Dioscoridem. Mihi apparet in re tam manifestaria, immerito nos torquere, quando ad unguem prorsus quadrat in Caballinã Vngulã Dioscoridis Arctij descriptio. Facit nobiscum Barbarus, & ipse acerrimi homo iudicij. De Plinio certe Collinutius uiderit.

Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Drachmæ unius pondere pota, cum pineis nucibus, purulentis extussientibus auxiliatur.

Trita, dolores in artubus astrictius uinctis, illitu sedat.

Folia utiliter antiquis ulceribus illinuntur.

EX APVLEIO.

Personatiæ herbæ succus, cum uino ueteri in potionem datus, omnes morsus serpentium, uel colubri, mirifice sanat.

Item si ijsdem folijs cingas febricitantem, febrim fugat.

At uulnus, etiamsi cancer erit, herbæ Personatiæ aqua foueto. Deinde ipsam cum nitro & axungia, & picula cum aceto tere, & in panno in

C ducito,& imponito.


Ad inteſtinorum dolorem, herbæ Perſonatiæ ſucci cyathum unũ, ex melle cyathis duobus ieiunus bibat.

Radix cum ſale marino trita, morſui canis rabidi imponitur. Sic & ad ambuſta, ſucci eius cyathum, ex melle cyathis duobus da bibere.

DESCRIPTORES Perſonatæ.

Dioſcorides lib.2.cap.Arction.
Plinius lib.25.cap.7.
Hermólaus Barbarus in Corollarijs.
Vergilius Marcellus.
Symon Ianuenſis,
Nicolaus Leonicenus.
Apuleius,cap.36.
Scriptor Pandectarum
Pandulphus Collinutius.

Aristolochia rotunda





A

DE ARISTOLOCHIIS Rhapsodia Quinta.

¶NOMENCLATVRAE Rotundæ.

Græcæ, ἀριστολοχία στρογγύλη.
Latinæ, Aristolochia.
Germanicæ, Holwurtz/ Biberwurtz. Hinschkrut.

¶Nomenclatura Longæ, uel Maioris.

Græcæ, μακρὰ ἀριστολοχία. δακτυλῖτις. μελόκαρπον. πύξινον.
Latinæ, Aristolochia longa.
Germanicæ, Holwurtz die lang.

PLACITA AVTORVM DE ARISTOLOCHIIS.

¶Sententia DIOSCORIDIS de Aristolochia rotunda.

ARISTOLOCHIA Rotunda, nomẽ ex eo sibi adoptauit, q̃d existimetur optime puerperis opitulari. Tria eius genera tradũtur. Vna quę fœmina uocatur, folijs hederaceis, pręstanti odore, cum acrimonia: mollibus, subrotundis, multis ab una radice germinibus, pręlongisq; pal mitibus, flore candido, tanq̃ pileolo rubro, grauiter olente.

EIVSDEM de Aristolochia Longa.

Aristolochia longa, mascula, appellat̃ a nõnullis Dactylitis, lõgiore q̃ rotundo folio, tenuibus ramulis, dodrantalibus, flore purpureo, grauiter olente, q marcescens in pyri similitudinem conformatur: tuberibus radi- cũ rotundis, ut rapum. Longę uero radix digiti crassitudinẽ, et palmi lon gitudinẽ implet. Nõnunq̃ paulo grandius adolescit. Ambę colore intus buxeo, gustu amaro & graui. Est etiamnũ tertia Longa, quæ Clemati tis uocatur, ramulos habens tenues, refertos folijs subrotundis, minori Semperuiuo similibus: flores Rutę pleniores, radices longiores, tenues, crasso cortice odoratoq; uestitas, odoramentorũ spissamẽtis cõuemẽtes.

B

Aristolochia Clematitis.

Sententia PLINII de Aristolochijs, ex lib. 25. cap. 8.

Inter nobilissimas Aristolochiæ nomen dedisse grauidę uident̃. Qm̃ esset ἀρίστη λεχούσαις. Nostri Malum terræ uocant. Quatuor gñ a eius seruant. Vnũ tuberibus radicũ rotũdis, folijs inter maluã & hederã nigrioribus, pinguioribusq;. Alterũ masculæ, radice longa, quatuor digitorũ longitu dine, baculi crassitudine. Tertium longissimę tenuitatis, uitis nouellę, cui sit pręcipua uis: quę Clematis uocatur, ab alijs Cretica. Omnes colore bu xeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferũt bacculas paruas uelut Cappa ris. Valent radice tm̃. Est & quæ Pistolochia uocat̃, quarti gñis, tenuior q̃ proxime dicta, densis radicis capillamẽtis, Iunci plenioris crassitudine Hanc qdam Polyrrhizon cognominãt. Odor omniũ medicatus, sed ob- longa radice, tenuioriq; gratior. Carnosi em̃ est corticis. Vnguentis quo q; nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis, & campestribus. Ef fodere eas messibus tẽpestiuũ, ita desquamato terreno seruant̃. Maxime tm̃ laudat̃ Pontica, & in quocũq; põderosissima, quęq; medicinis aptior.

Pistolochia.

C Rotunda contra serpentes. Oblonga in summa gloria est, etiam modo.

Sententia APVLEI cap. 19.

Aristolochiã greci Ararezam uocãt, alij Ephasion, seu Hephasiã, alij Lestitin, alij Pixionicẽ, alij Melacarpon, alij Teuxinõ, alij Dardanõ, alij Iontitim, alij Chamęmilon, alij Opetin, Itali Malũ terræ, Daci Absinthium rusticum, Scardian. Nascitur locis mõtuosis, solidis, calidis, & cultis.

CONTROVERSIA Nicolai, de errore Plinij in Cyclamine, & Aristolochia.

Plinium etiam non tantum nominum, sed rerum quoque ipsarum similitudo aliquãdo decepit. Nam Cyclamini radicẽ, quę Rapum terræ, propter rotunditatem dicitur, Aristolochię Rotundę, quę & ipsa a radicis rotunditate nomen accępit, radicem esse existimasse uidetur. Nam lib. 25. quo in loco Aristolochiam quatuor distinguit generibus, eius quę Rotũda dicitur radicem scribit a piscatoribus Campaniæ Venenum terræ uocari, ac coram se contusam im̃ixta calce, atque in mari sparsam, cõtinuo aduolasse pisces mira cupiditate, statimque exanimatos fluitasse. Hoc idem, ut a uiris grauissimis accępi, nostro fit æuo ab eisdem piscatoribus, non Aristolochiæ Rotundę, sed Cyclamini potius radice, pisces alliciẽdi atque exanimandi causa. Ipse quoque Plinius eosdem effectus nõ Aristolochię Rotundę, sed cuiusdam Cyclamini radici lib. 25. tribuit. Aut igitur fatendum, duas esse radices, quæ eosdem præstent effectus: quarum tamen alteram esse Aristolochiæ Rotundę radicem, neque ab aliquo autore scriptũ reperitur, neque experientia comprobatum. Aut illud dicendum erit, Cyclaminum, qui radicem habet rotundam, quartum esse Aristolochiæ genus, quo nihil dici posset rerum naturæ repugnantius. Siquidem uidetũ apud Græcos Aristolochiæ nomẽ, ut Dioscorides ac Plinius ipse testatũ, quoniam sit optima prægnantibus. Radix uero Cyclamini adeo est aduersa prægnantibus, ut si eam mulier grauida transcenderit, abortum faciat: ueluti Dioscorides, pluresque alij medici insignes retulerunt, ac Plinius ipse confirmat.

D

DEFENSIO COLLINVCII.

Cyclamini herbæ, quã nunc Porcinum Panem uulgus, medicique uocant, tria genera, Aristolochiæ uero quatuor aptissime scribit, pingitque Plinius: at hic noster accusator, Cyclamini radicem dicit ideo existimasse Plinium, uideri Aristolochiæ Rotundæ radicem esse, quoniam radici Aristolochiæ uim necandi pisces adscripsit. Huius rei argumentum hoc affert, quod ipse (inquit) a uiris grauissimis accępi, idem nostro ęuo fieri, non Aristolochię radice, sed Cyclamini. Nonne pręclaro usus uidetur aduersus Pliniũ Leonicenus, uel testimonio, uel syllogismo? Quia audiui inqt Nicolaus Leonicenus, Cyclamini radice pisces necari, fallitũ Plinius etiã cũ uidisse se dicat, q Aristolochię radice pisces necari tradidit. O inexcusabilẽ calumniã: quia Cyclamini radix hoc facit, Aristolochię nõ facit. Quia de Cyclamini radice ab ignotis Nicolaus accępit, Plinius ꝑ-

prio teſtimonio de Ariſtolochia mentit̃. En pręclari Dialectici argumẽta: A
qm̃ Tubere terrę (id eſt, primę Cyclamini radice) fit ut piſces necent̃, Malo terre, hoc eſt, Ariſtolochię rotũdę radice fieri nõ poteſt. Fallit̃ Plinius, qui id uidiſſe ſe ſcribit: nõ fallitur Nicolaus, qui audiſſe ſe dicit? At Plinius inquit, radicem Cyclamini id etiã efficere ſcribit. Verũ id quidẽ Leonicene: ſed tertiæ Cyclamini, cognomine Chamæciſsi, cuius non rotunda, ſed ſparſa ſit radix: ut tandẽ agnoſcas ſine mente te debere, quod de Rapo terræ te perſuadere conaris. An cæcum, uel mendacẽ fuiſſe Pliniũ putas Nicolae, cum Campanos piſcatores Malo terræ calcem miſcere, piſceſq; necare uidiſse ſe ſcribit? Num impoſsibile quiddam, aut ſupra fidem dixiſſe tibi uiſus eſt Plinius? Sed et Tithymalũ, cognomine Corymbiten libro. 6. & 20. et Lactucam caprinã lib. 20. eoſdẽ pręſtare in necandis piſcibus effectus, idẽ ipſe Plinius tradit. Verbaſco herba tam fluuiales q̃ lacuſtres piſces interimi. Et marinos etiã a Phœnicibus hoc modo cap. 7. hiſtoriæ animaliũ Ariſtoteles ſcribit. Nos quoq; experimẽto, uiſuq; didicimus, & Cucumerem aſininũ, et uiridia nucũ putamina contuſa idem efficere poſſe. Quoniã ergo & Cyclamino, et Corymbite, & Lactuca caprina, & uerbaſco, et cucumere aſinino, et iuglandiũ corticibus piſces necantur, errat Plinius, qui Ariſtolochiæ radice necari dixit. Num tibi carneadea iſta uident̃, Ariſtotelicæue demonſtrationes, quibus inexpugnabile uerũ neceſſario ſequatur? Tum concludens pergis, atq; in hunc modum dicis. Aut igitur fatendũ eſt, duas eſſe radices, quæ eoſdem præſtent effectus: aut illud dicendum erit, Cyclaminũ rotundæ radicis, quartum eſſe Ariſtolochiæ genus. Vnde iſta obſecro fatendi, dicendiq; neceſsitas Nicolae? Primũ quidem non duas modo herbas, quæ piſces necent, ſed ſex adduximus: multaſq; idem efficere poſſe, nõ dubitamus. Num grande, aut mirandũ quiddam putes, ſi duæ pluresue herbæ idem poſsint? Dein de, quia Cyclaminus piſces necat, Ariſtolochiæ genus erit quartum? At quintum dixiſſes. Ariſtolochiæ enim genera quatuor Plinius enumerat. Pari ergo ratione Corymbites, Tithymalus, & lactuca caprina, & uerbaſcum, & cucumer aſininus, et iuglandium cortices, quia piſces necant, inter Ariſtolochię genera reponentur: quaſi unum effectum, non niſi unius herbæ genus præſtare poſsit? Quod nec Aniculæ quidẽ dicerent, aut empiricorũ quiſquam. At de Ariſtolochia quod piſces necet, a nullo inquis autore ſcriptũ reperitur. Legiſtine omnes autores Leonicene? Non ne ego te in tripolio monui, oportere eum, qui ita arguit, legiſſe, intellexiſſe, & memoria tenuiſſe omnes, qui unquã ſcripſere autores: quo argumenti huius formula & ratio conſtare poſsit? Sed nõne omnibus autoribus rei ipſius euidentia potior? Hanc radicem etiãnum Campani melũ terragnũ, hoc eſt, Malum terræ uulgo dicunt: & in piſcatu paſsim adhibent. Quod uir illuſtris, acerrimiq; iudicij Sigiſmundus Eſtenſis frater tuus dux inclyte (cum hæc proderemus) nobis retulit. At quæ nam iſta peruicacia? quæ frontis duricies? quæ impudẽtia eſt? a nullo autore ſcri-

Piſcium captura.

B

C ptum inquis, cum Plinius scribat? Et quia nullum id scribentem reperi- sti, quoniã paucos legisti, ideo Plinio, qui se uidisse affirmat, credendum non est? qui tibi te audiuisse dicenti credi putas. Cui ego in his quidem, quãuis iurato, metuam concedere testi? O infelicem Plinium, O cassa lite rarũ studia, O uanos integerrimi uiri labores, lucubrationesq; miseras. En post annos mille & quadringentos, sophistes unus, in hoc tandẽ uæ- saniæ genus prorupit, ut non errasse modo, rerum, uel nominum simili- tudine deceptum (quod & hominis erat) sed & mentitum quoq; Plini- um insinuet, quia id uidisse se affirmat, quod Nicolaus Leonicenus a nul lo scriptum reperit. Non ergo de Plinij doctrina, sed fide nunc agitur. Præclare me hercle cum studijs actum: piget, pudetq; aduersus hunc ho- minem uerbis agere, qui iam non uerbis (ut Aristoteles inquit) sed pœ- na indiget. Iam uel hoc solo hominẽ intelligere possumus: qui etiam græ cissans addidit (ut obiter & sua quoq; pensemus) Cyclamini radicem, ra pum terræ uocari. Ex Dioscoridis magis sententia, q̃ Plinij auctoritate Latini hominis, & tuber terræ uocantis: quasi & hortense rapũ, non ter- ræ olus sit, sed aquæ, sola uero Cyclaminus rapum terræ uocari debeat. Tum non Cyclaminum (ut Celsus, Pliniusq; Latini homines, & a Græ cis ducta ratio postulat) sed Cyclamen, præclarus literator enunciat. Sed minutias istas persequi, operepretium fortasse non est.

Sententia THEOPHRA- STI, lib. 9. cap. 13.

D Malum terræ, olfactu odoratum, gustatu uehementer amarum est, co lore nigrum. Nascitur in montibus optimum, quodq; folio constat mu- ris auriculæ simili, tum rotundiori.

SERAPION DE ARISTOLOCHIA.

Sunt Aristolochiæ duæ species, mas, & fœmina, Longa mas est, Ro- tunda fœmina: & quod magis est iuuatiuũ in medicinis, est radix earũ.

SENTENTIA MACRI.

Aristolochiæ species tres dicimus esse.
Longa prior, radix est cuius Longa, uocatur.
Dicta Rotunda sequens, quod sit radice rotunda.
Tertia Clematis, Græco sermone uocatur.

SENTENTIA AVICENNAE lib. 2. cap. 50. Et autoris Pandectarum, & Mesue.

Aristolochiæ tres sunt species, scilicet Longa, & Rotũda, & alia cuius radix currit secundum semitam palmitum uitis.

NEOTHERICORVM.

Hermolai Barbari Sententia.

Aristolochiæ color ater, folium Alsinæ, ut Theophrastus inquit, ro- tundius. Nascitur in montibus præcipue. Cætera Plinius loco quo cita- uimus. Addit tandem. Est quarta Pistolochiæ nomine, tenuior q̃ tertia, Hanc quidam Polyrrhizon cognominant, & Satyrion esse dicunt. Satyrion.

A

TEMPERAMENTVM EIVS EX
Mesue & Galeni Method. 3.

Omnes calidæ sunt in principio tertij, siccæ in secundo: quanquam Longa appareat rotundior, non obstante quod uiget in ea de terrea qualitate. Rotunda subtilior, penetrantiorq́;. Omnes quoq́; apertiuæ opilationum, resolutiuæ, attractiuæ. Siquidem extrahunt spinas, ossa piscium, ligna, & quicquid infixum carni fuerit.

VIRES ET IVVAMENTA
Longioris, ex Dioscoride.

Longa aduersus angues & uenena, drachmæ pondere in uino bibitur, & illinitur.

Pota cum pipere & myrrha, menses, partus, & omnia uulnerum onera eijcit.

Eadem efficit, subdita pesso.

IVVAMENTA ROTVNDAE.

Rotunda ad eadem pollet.

Insuper singultibus, suspirijs, rigoribus, lieni, conuulsis laterum doloribus, pota cum aqua singulariter auxiliatur.

Aculeos & spicula extrahit.

Omnes squamas illitu adimit.

Vlcera putrida exest.

Sordida expurgat.

Caua cum iri & melle explet.

Gingiuas & dentes extergit.

B

IVVAMENTA CLEMATITIS.

Ad grauem febrem efficax est.

Si nidore, subditis carbonibus, febricitans suffiatur, febris leuatur.

Vulnera impositu sanat.

Carcinomatis narium cum Cyprio, & Dracunculi semine, & melle prodest.

Rigoribus medetur, cocta in oleo, aut adipe suillo, illitaq́;.

EX THEOPHRASTO.

Malum terræ perutile ad caput, & ad reliqua ulcera, & ad serpentes, & ad somnum, & ad alia.

Vlceribus in aqua subactum adhibere præcipiunt: cæteris rasum, in melle, uino, tritum in oleo, uel bibitum acido uino, & morsui inspersum: ad somnum in uino nigro austero pertritum.

Si uulua prociderit, decocto abluisse iuuabit.

EX APVLEIO.

Aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perducet, Medici quoq́; sine ea, nihil feliciter procurare possunt.

FRIGORE EXVSTIS.

Herba Aristolochia ex oleo, calefactoriam quoque uim habet, cum

C axungia porcina.

Si infans contristatus fuerit.

Herba Aristolochia suffumigabis eum, & hilariorem eum facies.

EX GALENO 6. simpli. cap. 53.

Si opus habeas medicina mundificatiua, aut incarnatiua, præstat applicare Aristolochiam Rotundam. Vsus est eius ad ulcera matricis, ad extenuationem humorum crassorum, & pororum apertionem. Confert etiam asthmaticis, podagricis, singultientibus, epilepticis, pota, & contusionibus cataplasmata.

EX MESVE.

Solutione educit humiditates phlegmaticas. Et dixerunt aliqui, quod etiam cholericas.

Et est ex rebus maxime mundificantibus pulmonē, & pectus a phlegmate, & putredinibus.

Est conforme iuuamentum manifestum asthmati, & tussi secundum omnem modum administrationis eius.

Et etiam suffumigatio eius per embotum.

Cum hydromelle, curat ulcera aurium, & corroborat auditum.

Acetum coctionis ipsius stringit gingiuas, & remouet putredines ab eis. Et si confricentur dentes cum eo, abstergit eos.

Et est medicina bona rigori febriū. Dosis eius a. ʒ I. usq; ad aureum. I.

D EX PLINIO.

Oblonga a conceptu admota uuluis, in carne bubula, mares figurat, ut traditur.

Piscatores Campaniæ, radicem eam, quæ Rotunda est, Venenū terræ uocant, coramq; nobis contusam, immixta calce in mare sparsere: aduolant pisces cupiditate mira, statimq; exanimati fluitant. Quæ Polyrrhizos cognominatur, conuulsis, contusis, & ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utilissimū esse traditur. Semine pleuriticos, & neruos confirmare, excalefacere. Vide infra in Satyrio.

EX AVICENNA.

Aristolochia quando administratur cum pipere, mundificat superfluitates cerebri, præcipue Rotunda.

Confert pleuritidi, bibita cum aqua.

Prouocat menstrua, & educit fœtum.

EX MACRO.

Ventris nimium mitigat illa dolorem.
Sic quoq; fit sumpta leuior paralyticus illa.
Dęmonium fumus depellere dicitur eius.
Longa tamen uires habet illa debiliores.
Vnde quidem si defuerit quandoq; Rotunda,
Par pondus Longæ ponatur, dimidiumq;.
Fomento longe prodest decoctio mire.

Matricum morbis humores extenuando,
Pingues & purgat eadem, si sumitur illas.

NOBILIS EXPERIMENTAtor & Herbarius Hieronymus.

Aristolochia germanice sic dicta, Hynschkraut, quod equorum strangulationi, & sanguinis ebullitione suffocatis, presentissimo auxilio sit; Morbo nomen, die Hynsch. Quanquam est & alia herba huius nominis, quam uulgato nomine appellant, Bitter/oder Ye lenger ye lieber. Tempus collectionis eius est in fine Maij.

Vsus eius est in ulceratione Colis, & Pudendarum.

Aqua eius, uel decoctum, laterum puncturas, & tormina sedat. Eadem & ad tumores uentris, & ani egresionem efficax est, si intincta in ea spongia, crebro fermentetur.

Rheumatismos capitis, & fluxiones sistit.


Et uomicas paruas erumpentes, interdum in muliebribus pudendis extinguit & sanat.

DESCRIPTORES ARISTOLOCHIAE.

Dioscorides lib. 3. de Aristolochijs.
Plinius lib. 25. cap. 8.
Apuleius cap. 19.
Oribasius lib. 2. & quinto.
Theophrastus lib. 9. cap. 13.
Macer lib. de uirtutibus herbarum.
Galenus. 6. simplici. cap. 53.
Mesue in descrip. simpli. soluentium aluum.
Auicenna lib. 2. cap. 50.
Hermola. Barb. in Corollarijs.
Georgius Valla, dict. Aristolochia.
Symon Ianuensis.
Ioannes Vigonius.
Serapion cap. 171. cap. Zaraund.
Platearius cap. 22.
Hieronymus Herbarius.
Nicolaus Leonicenus de errorib. Medicorum.
Pandulphus Collinutius in Pliniana defensione.

C

ARONA.



D

Aron.

DE ARO. RHAPSODIA SEXTA.

¶ Nomenclaturæ

Græcæ, ἄρον. ἄλιμον. κολλοκάσιον. θύμον.

Latinæ, Aros, Serpentaria minor, Luff minor, Iarus, Barba Aaron.

Germanicæ, Aron. Pfaffen pint.

PLACITA AVTORVM DE ARO.

Sententia DIOSCORIDIS de ARO.

ARON FOLIA Dracunculi habet, minora tamen, nec adeo maculosa. Caulem dodrantalem, purpurascentem, pastilli figura, in quo rutilo colore croci semẽ est. Candida illi radix, ad Dracunculi radicem accedens, quæ, quod minore acrimonia est, elixa comeditur.

Pronunciatum THEOPHRASTI de Aro, lib.7. Plantarum cap. 11.

A

Ari radix, ut incrementum capiat, cum folijs luxuriatur, quæ admodum ampla sparguntur: folia deflectentes ipsam, circumobruere solent, quo planta non in germina excrescat, sed totum alimentum in suum attrahat caput. Quod uel in bulbis nonnulli componendo facere solent.

Opinio PLINII de Aro, lib.24. cap.16.

Controuersia inter Dracontion, Aron, & Arisarum.

Est Aron magnæ cum Dracontio litis. Quidā enim esse dixerunt eandem. Glaucias satu discreuit, Dracontion syluestrem Aron pronuncian do. Aliqui radicem Aron appellauerunt, caulem uero Dracontion, in totum alium, si modo hic est, qui uocatur apud nos Dracunculus. Nam quod Aros radicem nigram, in latitudinem rotundam habet, multo quoque maiorem, & qua manus impleatur: Dracunculus subrutilam, & draconis conuoluti modo, unde ei & nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differentiam, semen Dracunculi feruens, mordaxque tradendo, tantumque inesse ei uirus, ut olfactum, grauidis abortum faciat.

Cento HERMOLAI BARBARI de Aro.

Arorum Theophrastus inquit radices, inhibita germinatione fiunt altiles, folijs uidelicet terra obrutis. Prægrandia hæc sunt. Item caua, cucumeracia. Radix nuda cortice, quæ mandi possit. Nam & folia inquit, in aceto decocta eduntur, nec insuauis cibus est, caulem ei nullum reddēdo. Differt a Dracunculo, si Plinium sequamur: quia radicem habet nigram, in latitudine rotundam, multo maiorem, et qua manus impleatur: Dracunculus subrutilam, & intortam. Semen ei feruens, ac mordax, Aro lenius. Quod & Galenus confirmat. In cibis Aros fœmina præfertur: quoniam mare sit dulcior, & in coquendo lentior. Folijs Ari caseum ne computrescat, seruari affirmant: quod quidem a Dioscoride maiori, aut minori Dracunculo tribuitur.

B

Ari duæ species.

Annotatio VERGILII in Arum.

Confundit Plinius cum Dracontio, Aron. lib.19. capite, quarto numerat Aron inter Aegypti hortensia, his uerbis. Est inter genera bulborum, quod in Aegypto Aron uocant, Scyllæ proximum, amplitudine folij Lapathi, quæ Rumex est, caule recto, duum cubitorū, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. Folia enim Lapathi, caulis rectus, duum cubitorum altitudo, & baculi crasitudo. Ex maioris Dracunculi historia cuncta sunt, nec Aro congruunt, cuius caulis semipedalis pastilli figura est. Quam formā in nostri orbis Aro quotidie licet cernere. Confundendique diuersa genera, nulla maior, ut credimus, caussa fuit, quod similitudo primum, mox antiquorum historia: in qua totum hoc genus Aron aliquando, nunc priuatim, illud Dracūculus, hoc Aron dictum est. Discreuit tamen alterum ab altero natura, & illud procerius, hoc breuius fecit. In illo figura est, qualem superiore capite tradidimus: in hoc ubique cognosci potest.

Doctissime et uerissime de Aro Vergilius.

C Reliquit in hoc etiam Dioscorides inuolucrum illud, & cucullū, quo inuolutum semen clauditur, pallido magis q̄ herbaceo colore, nō ut in Dracunculo purpureum. Numerabatur quondam, ferebaturq; inter o= lera Aron, quod uix credibile sit: tantam habet radix, quæ in ciborum usu erat, acrimoniam. Cogitandumque alterum est, aut aliunde inue= ctum mitius fuisse, aut culturę genere aliquo, & humano artificio melior escere nunc etiam posse.

GEORGIVS VALLA, de Aro.

Aron quam Serpentariam quidam uocant, cuius radix primi ordinis calefacientium est, estq; potestatis abstergēdi, uerum non ualide ut Dra= contion. Quibus uerbis quid sibi uelit, non plane intelligo.

SIMON IANVENSIS de Aro.

Aron a Dioscoride sic describitur. Est et Iarus, quæ dicitur Serpenta= ria minor.

Et rursum. Iarus, Barba Aaron uocatur, quæ & Pes uituli dicitur, & Serpentaria minor, & Dracontia minor.

Autor PANDECTARVM de Aro.

Aron est herba, habens folia Dracontiæ similia, sed minor, & plana, non uaria, habens uirgam duarum palmarum, & colorem purpureum. Cuius semen coloris est crocei, & habet radicem albam, habentem bulbi rotunditatem, similem Dragantex: quæ cruda, & cocta manducari po= test, quia non est ualde amara. Folia eius posita in sale manducantur.

IVDICIVM NOSTRVM.

D Vides lector, q̄ non conueniat autoribus, & medicis, alioqui magni nominis, idq; in re etiam nota, & uetulis herbarijs cognitissima. Nec ali= ter de notissimis hærbis pronunciant, q̄ in tenebris, quod dicitur, An= dabatę conpugnant: ut interdum hallucinari, suspicio esse possit, aut ex= emplaria corrupta, aut (quod libenter crediderim) longe alias prouenire, alia statura, alio colore, gustu interdum etiam alio, in alienis terris, q̄ in nostra Germania. In tanta igitur dissensione doctissimorum Medico= rum, quid ipse discernam, non habeo: cur damnare debeam, non uideo. Adpinximus igitur, quę a nostris herbarijs nobis demōstrata est Aron: quæ licet in quibusdam nō respondet, ueluti quod hodie edendo non est, tamen in plurimis conuenit. Idem fecimus in Dracontijs quę sequen= tur: libenter concessuri, si quis certiora, & fidedigniora demonstrauerit.

TEMPERAMENTVM.

Est calidi & sicci temperamenti in primo ordine, dissoluitq;, relaxat, & extenuat.

Vires & Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Folia ad esum condiuntur, & arida per se decocta manduntur.

Radix, semen, & folia, Dracunculi uires habent.

Priuatim radix, ex fimo bubulo podagris illinitur, et Dracunculi mo= re reponitur.

In totum ob mitiorem eius acrimoniam, in cibum expetitur. A

EX THEOPHRASTO.

Ari radix cibo idonea est, & folia eiusdem decocta in aceto mandi possunt.

Ad fracta etiam utilis est.

EX PLINIO.

Aron miris laudibus extulere. Primum in cibis fœminarum expetentes: quoniam mas dulcior esset, & in coquendo lentior, pectorisq; uitia purgaret.

Aridum in potione insperſum, aut eclegmata, urinam & menses ciet.

Sic & in oxymelite potum, stomacho, interaneis exulceratis, ex lacte ouillo bibendum: ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere.

Alij coxere ex lacte, ut decoctum biberetur.

Epiphoris elixum imposuere.

Ex oleo hæmorroidum uitio infudere: lentigines ex melle illinentes.

Laudauit Cleophantus, et pro antidoto contra uenena, pleuriticis, peripneumonicis quoq;, & tussientibus.

Semen intritum cum oleo, aut rosaceo, infundens aurium dolori Dieuches.

Cleophantus tussientibus, aut suspiriosis, & orthopnoicis, & purulenta exscreantibus, farina permixtum in pane cocto dedit. B

Diodotus phthisiacis e melle eclegmate, & pulmonis uitijs, ossibus etiam fractis imposuit.

Partus omnium animalium extrahit, naturæ circumlitum.

Succus radicis cum melle attico, oculorum caligines, ac stomachi uitia discutit.

Tussim, decocti ius cum melle,

Vlcera omnium generum, siue phagedenæ sint, siue carcinomata, siue serpant, siue polypi in naribus, mire sanat.

Folia ambustis prosunt, ex uino et oleo cocta.

Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta.

Etiam luxatis cocta cum melle prosunt.

Item articulis podagricis cum sale, recentia, uel sicca.

Hippocrates quaslibet ad collectiones cum melle imposuit.

Ad menses trahẽdos, seminis, uel radicis drachmę duæ in uini cyathis duobus sufficiunt.

Eadem potio, si a partu non purgantur, & secundas trahit.

Hippocrates & radicem ipsam apposuit.

Dicunt & in pestilentia salutarem esse in cibis.

Ebrietatem discutit.

Serpentes nidore cũ crematur, priuatimq; aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inueniant: perunctos q̃q; Aro, aut Laureo oleo, fugiũt.

In folijs Ari caseus optime seruatur.

EX PLATEARIO Cap.32.

C Iari folia, id est, Aronis, mixta fimo bubalino, & cataplasmata, podagram iuuant.

Radix extenuat mediocriter, unde ad exspuendum pectoris humores utilissima.

Quartanam curat.

Ex autore PANDECTARUM, & GALENO.

Ad prouocanda menstrua succus eius per pessarium iniicitur.

Tumores aurium resoluit, cocta radix in uino & oleo, per modum encatismatis, resoluitque eosdem.

Sic adhibita, persanat etiam hæmorroides.

Omnia frigida apostemata, cum axungia ueteri intrita, digerit.

Strophulas resoluit, cum squilla, & axungia ursina.

Puluis eius infusus in aqua rosacea, simulatque maceratus, purificat faciem, & tubera exterit in ea.

Ex HIERONYMO herbario.

Omnium præsentius ruptis medetur, ipsius aqua pota.


Si quid etiam crassioris phlegmatis, aut ceterarum sordium uentriculi interioribus cohæreat, quod nauseam ciet, & edendi appetentiam diminuat, pulchre medetur, uel herba, uel radix trita, & in uino cocta, & in ieiunio pota.

D DESCRIPTORES ARONIS.

Dioscorides lib.2.
Plinius lib.24. cap.16.
Theophrastus lib.7. cap.11.
Galenus.2. alimentorum, cap, 60.
Paulus Aegineta, cap. Aaron.
Galenus. 6. simplicium. cap. 56.
Hermolaus Barbarus in Corollariis.
Vergilius in commentario super Dioscoridem.
Auicenna, lib.2. cap. 44.
Simon Ianuensis.
Autor Pandectarum.
Serapion, cap. 43.
Platearius, cap. 32.
Georgius Valla, dictione Aaron.



COLVBRINA.



Noterwurtz männlin.



Gůt Heinrich.

C

DE COLVBRINA, Rhapſodia Septima.

¶ NOMENCLATVRAE Maioris

Græcæ, δρακοντία μεγάλη. ἴαρος. ἱεράκιος. ἄρος. ἴσαρος.
Latinæ, Colubra. Colubrina, Serpentaria. Viperina, Dracunculus maior. Dracontiũ magnum. Collum draconis.
Germanicæ, Natterwurtz. Schlangenkraut.

¶ Nomenclaturæ Minoris

Græcæ, δρακοντία μικρά.
Latinæ, Dracunculus Minor, Dracontia.
Germanicæ, Klein Natterwurtz.

PLACITA AVTORVM de Dracontio.

¶ Sententia DIOSCORIDIS de Dracontio Maiore.

Locus Draconti. ὑκῶν.

NASCITVR Dracunculus Maior umbroſis locis circa ſepes. Caulem habet erectum, bicubitalem, baculi craſsitudine, uerſicoloremꝗ;, innato leuore, ut angui ſimilis uideatur. Abundant & euincunt in eo purpureæ maculæ. Folia fert Rumicis ſubinuicem implicita: ſementem in ſummo caule racemoſum, cinereo a principio colore: cum maturuit deinde, capillamentorum croci colore, puniceumꝗ;. Radix Maiori Dracunculo eſt grandis, rotunda, candida, tenui libro ueſtita. Carpitur herba, matureſcente iam ſemine, ſuccusꝗ; ex ea exprimitur, ſiccaturꝗ; in umbra. Effoditur per meſſem radix, lotaꝗ; in taleolas ſecatur, quæ funiculo traiectæ, in umbra ſiccantur.

D

Eiuſdem deſcriptio MINORIS.

Habet Dracunculus alter Hederæ folia, grandia, & in folijs albeſcentes maculas: caulem rectum, bicubitalem, uario colore, anguium modo maculoſum, intercurrentibus purpureis lituris, baculi craſsitudine. Semen in ſummo racemoſum, herbaceo primum: cum maturuerit autem, capillamentorum croci rutilo colore, guſtumꝗ; erodens. Radix illi eſt rotunda, bulboſa, Rhaphano ſimilis, tenui libro ueſtita. Naſcitur in umbroſis circa ſepes inſepta.

Sententia Plinij de Aro.

Eadem fere Plinius, ut in Aro citauimus.

DRACONTII pictura ex APVLEIO.

A Græcis dicitur Dracontæa, alijs Aſclepias, alijs Phytonion, alijs Anchomanes, alijs Sancromacon, quibuſdam Aphryſſon, aliquibus Thercon. Nonnullis Sceon. Item Dorcadion. Prophetæ Triphonem uocant, alij Crocodryllon. Oſtanes, Zorocuſtes, Theriophonon. Aegyptij Eminion. Itali herbam Dracontæam, et Colubrinam. Naſcitur montib. ſumis, ubi ſunt laci, maxime locis ſanctis. Terra Apulia ſuper ſaxis, guſtu dulci, tanꝗ; caſtanea uiridis: ſaporẽ radix ima, caput draconis hẽt.

BARBARVS in Corollario de Dracontio.

Dracunculus a caule uario draconis more dicitur: ſiue a cauda quæ il=

li subrutila est, & draconis intorti modo conuoluta. Dissonant aliquantum in hoc genere autores. Alijs Dracunculum ab Aro separantibus, alijs idem existimantibus. Glaucias Dracunculum syluestrem Arum uocabat. Phænis Aron, & Aroniam. Alij radicem Aron appellauere, caulem Dracontion. Theophrastus Aron putauit genus esse, sub quo species quasi multæ continerentur. Dioscorides quatuor uidetur fecisse genera, Dracunculum maiorem, Dracunculum minorem, Aron, & Arisaron. Quanquam in describendo Aro, discrepat a Plinio. De Dracunculo quoq; parum conuenit inter eos. Dracunculus hordeo maturescente foditur, Luna crescente. Serpentariam sunt qui uocent. Inuenio apud Hippocratem, & Ophim herbam, semine muliebribus medicinis utilem probari. Nec an eadem sit cum Dracontio, satis constat, etiamsi a serpente nomen habeat. Idem Hippocrates, candidam radicem cũ nominat, Dracontij radicem, ut Galenus uult, intelligit.

A

Lib. 9. cap. 22.

Quatuor genera Colubrinæ secundum Dioscoridem

Serpentaria quæ.

Et rursum, Dracunculi duo sunt Dioscoridi, Maior, & Minor, ut prædiximus. Plinio tres. Vnus folijs Betæ non sine thyrso, flore purpureo, similis Aro. Alter radice longa, ueluti signata, articulosaq;, tribus omnino cauliculis. Tertius folio maiore quam Cornus, radice arundinea, totidem, ut aiunt, geniculata nodis, quot habet annos, totidem etiam folijs. Aetius Dracunculi semen, occultari terra, & piperi simile describit. Olitores & Draconem uocatum ferunt, huic toto genere dissimile: quam mirabili quodam modo nasci prædicant, ex lini semine incluso, rhaphanis, aut scyllæ bulbis, atq; in terra obruto. Pusilla herba, nigro & minimo semine, folio tenui, & oblongo, acri, & utranq; originem prodente, linguam & folio, & radice amburens, & aceti & salis gustu, Pyrethrum sunt qui a ueteribus appellatam falso putent hanc, inter olera acetaria grauissimam.

B

Pyrethrum.

Genuina explicatio Dracunculorum omnium, per MARCELLVM VERGILIVM.

Miscuerunt adeo ueteres cum Aro Dracunculum, totq; nunc ijsdem, nunc diuersis notis descripta Dracunculi genera ab illis fuerũt, ut nihil in re alioquin satis nota, difficilius, aut ipsi fecerint, aut per se legentibus ostendatur: quodq; anxius nos diu habuit, & adhuc habet, nec aliter in partes trahit uarias, perq; omnia uersat, q̃ qui in amoribus Medeæ ab Apollonio primum descriptus est, solis ex aqua fulgor, summi feriens laquearia tecti, nunquam stabilis, sed continua uersatione in omnes discurrens partes, Dioscorides est: & quæ in cunctis Græcis, duo Maioris, Minorisq; Dracunculi capita in eo leguntur, nullibi, quod egregiam diuersitatem faciat, uariata eorum historia, aut medicina: etsi alterũ Rumicis, alterum Hederæ folia habere hic dixerit. Multiplex enim huic scriptori similitudo est, coloris, figuræ, quantitatis, uirium, aliorumq; huiuscemodi. Fitq; ob eam caussam sæpenumero, ut quod totum diuersum est, in partibus simile dictum, totam similitudinem referre male credatur: & quod undiq; simile est, in partibus differre dictum, totum dissimile falso habeatur. Quod in utroq; scriptoris huius Dracunculo fieri facile potuit: in quorum altero folia Rumici in quantitate & figura, in altero Hederæ in colore comparari potuerunt. Nihil enim nobis, excusso diligenter utroq; capite, inuentum est adeo dissimile, diuersumue, ut alteram oportuerit, præsertim tam longam rei & medicinæ, ijsdem uerbis historiam conficere. Auxitq; suspicionem nostram, quod nec Galenus, nec post Galenum Paulus Aegineta, diligentissimus in Græcis medicinæ autor, & qui scriptoris

Paulus Aegineta,

C huius dicta ubiq; bona fide retulit, alterum hunc, & minorem Dracunculum nouerũt: nec post Græcos latini scriptores Apuleius, Ioannes Serapion, & quod multi apud nos est, uetustissimi Latini codices, in quibus unius tantum Dracunculi caput, alterius uestigium nullum ostenditur. Ex eo factum est, ut crediderim, & adhuc eredam, unum tantum a Dioscoride Dracunculum hoc loco describi. Neq; enim uerisimile, si alter ille in natura Dracunculus esset, & ab hoc scriptore descriptus fuisset, relinquendum ab illis penitus fuisset. Et nihilominus in cunctis, & antiquissimis Græcorum codicibus, utrumq; hoc caput adhuc legitur. At non est eadem utriusq; historia & medicina. Concedimus id quidem: monemus tamen, uocum magis, q̃ rerum diuersitatem esse: nec ad constituendum rei genus satis id esse. At minori Dracunculo aliquid tribuitur, quod in maiori non legitur: quale est, incorruptum seruari folijs eius inuolutum caseum. Neq; id etiam diuersitatis necessitatem facit. Potuit enim in noua alterius eius capitis descriptione illud addi. Siquidem non Dracunculo Plinius, sed Aro eam uim tribuit: possuntq; eandem habere rationem, quæcunq; alia Minori addita magis q̃ alia inueniuntur. Quod nos obseruauimus: nec leui diligentia collatum cum antiquis scriptoribus in hoc ipso est. Præcipuæ utriusq; uires & natura sunt: deprehensæq; eædem, facile persuaserunt, duobus capitibus unum Dracunculum describi: nec duplex genus, sed duplicem eius historiam esse. Vterq; enim describitur, radice rotunda, tenui cortice, caule recto, bicubitali, crassitudine baculi, maculoso, angui simili, intercurrẽtibus purpureis lituris, semine in summo acinoso, colore primũ uiridi in pallido: quam ob caussam in altero cinereo, in altero herbaceo legitur: mox cum maturuit, rutilo croci colore. Vterq; circa sepes, demum & in umbrosis nascitur. Quod contra in utriusq; historia discrepet, folia tantũ sunt, quæ in altero Rumicis, in altero Hederæ dicuntur: magna diuersitate, nisi qua ratione diximus, id euenerit. Poterunt uolentes, quod in historia factum a nobis est, in medicina etiam facere: collatisq; simul tam multis utriusq; remedijs, ex his etiam non duos, sed unum tantum Dioscoridi fuisse Dracunculum quondam existimare. In quam partem inclinat animus nobis, etsi utrunq; caput a nobis uersum fuerit. In tanta enim ueterum scriptorum & codicum uarietate, quæsita diligentius re ipsa, unum tantum Dracunculum in orbe hoc nostro nasci deprehendimus: duobusq; locis inuentam eius plantam, toto animo contemplari licuit, Maiori in hoc scriptore penitus & ubiq; similem. Quodq; relinquendum non fuerat, ante concæptum seminis, sagaci naturæ artificio, dignum in summo cacumine inter folia inuolucrum, ueluti cucullum ex se proferentem, cuius maxima longitudo

Dracunculus unus tantum.

D cubitalis erat. Surgebat a principio paulatim cucullus ille, augebaturq; in dies foris herbaceo colore. Dehiscens deinde seipsum pandebat, colore intus purpureo: languensq; in terram uergebat, relicto purpureo cucullo alio, caprini cornu figura, longitudine & mucrone, qui nunquam dehisceret; sed augente se semine, quod ab eo in inferiore parte claudebatur, particulatim ad incrementum seminis arescens peribat, nec poterat immaturum nisi disrupto hoc cucullo semen uideri: tam diligens in concipiendis & seruandis rerum seminibus natura est. Cætera huius scriptoris picturæ egregie respondebant, præsertimq; folia, quæ totam acutæ Rumicis figuram referebant, & quod hic ait, sibi inuicem implicabantur sex, septemue uno pediculo pendentia. Nec aliter q̃ in hominis manu a brachiali quina diuisione digiti diuiduntur, cum tamen una manus sit, sic in Dracunculo idem folium in tot quot diximus diuisiones, quasi partes diuidebatur, sic inter se dispositas, ut altera alteram scandere & superstare uideretur: pendebantq; folia illa omnia ex uno, eoq; crassissimo, ut in folijs, & longissimo pediculo. Minimi enim humani digiti crassitudo, longitudo autem paulo minus q̃ pedalis erat. Comosaq; hæc tot foliorum in summo nudi glabriq; caulis positura, imaginem frondis eius ostendebat, qualem pueri Calendis Maijs in gente nostra, ad indicandam noui anni lætitiam, circumferre soliti sunt. Huius Dracunculi oculati testes nos sumus. Minoris uero (modo alius a Maiore sit) nec nos alij sumus, nec nobis alij testes fuerunt: relinquimusq; Minoris huius quærendam & inueniendam diligentioribus plantam. In quo non pigebit iterum monere omnes, non adeo ueterum historijs deferre, ut res ipsas uidisse & obseruasse utilius fore sibi non existiment. Quis enim alium, diuersumq; ab Aro Dracunculum existimabit, octauo de plantis uolumine, de radicibus quæ edendo sint Theophrastum his uerbis agentem audiens, ἡ δὲ τοῦ δρακοντίου, καλοῦσι γάρτι δρακόντιον ἰρὸν, διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τίνα ποικιλίαν, ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. Quod est, Dracunculi autem radix (uocant enim & Dracunculum quendam, quoniam uario caule sit medicaminibus apta) in cibos non uenit. Videturq; his uerbis Theophrastus omnium, ut sic loquamur Dracunculorum genus facere Aron. Quis etiam ex Plinio certam Dracunculorum historiam collegerit? quam ipse non satis notam sibi esse palam testatur, & Aron dicit magnæ litis cum Dracuntio esse. Nos, ut paulo ante diximus, unũ tantum Dracunculum nouimus, & qualem, excæptis folijs, Dioscorides in utroq; capite describit. Nouimus et Aron, quemadmodum mox dicemus, facilem cognitu omnibus, tam frequẽs umbro-

sis locis ea planta & olus nascitur. Plures a Dioscoride Dracunculi enumerantur appellationes, ab Aro, ob similitudinem & cognationem deflexæ: aliquot a draconum, serpentumque genere factæ etiam sunt. Nam quam hic Romanorum esse ait Luremon, in aliquibus Græcis sic legitur, ut Colubram fuisse ueram lectionem, conijcere facile sit. Cyperis uero, a similitudine radicis odorati, quadrati Iunci, quæ Cyperis appellatur, dictus Dracunculus fuit, cui bulbosa radice similis est.

A

IOANNIS SERAPIONIS DE Aro, & Dracontijs Sententia.

Luff, id est, Dragantæa, & est Dracontion.

Duæ sunt species eius. Vna earum dicitur in Græco Aron: & secunda Dragantæa. Sed Aron habet folia similia folijs Draganteæ, nisi quia sunt minora eis, sine macula: & habet crus longitudine quasi unius palmi. Color eius purpureus. Et in ea est similitudo pistilli, cuius color est citrinus, uel croceus. Et habet radicem albam, similem Draganteæ: & coquitur, et comeditur, & minus calida est, quam radix Draganteæ.

Aron.

Secunda Dragantæa, habet folia similia folijs Cussus, magna. Et habet maculas albas, minutas. Et crus eius est æquale, longitudine duorum brachiorum, simile corno serpentis. quoniam color eius est purpureus, maculatus diuersis coloribus. Et est sicut uirga in sua crassitudine. Et habet in summitate linguæ simile racemo uuæ, cuius color in primis, quando apparuerit, est similis colori papaueris: & quaudo maturatur, est similis colori citri. Et pungit linguam. Et radix eius est rotunda, similis radici bulbi, similis radici herbæ quæ dicitur Luff: et super ipsam est cortex tenuis. Nascitur in locis umbrosis, humidis, & in campis. Et oportet colligere radices eius tempore messis, ablui, incidi, & in umbra siccari.

Dragantæam hanc allatã nobis tandem ex Brabãtia, Tertio Tomo depictam uide.

B

Locus collectio.

SIMONIS IANVENSIS opinio de COLVBRINA.

Viperina, ipsa est Dragantæa, seu Serpentaria, idem secundum quosdam. Verum in libro antiquo aliam uidi depictam, Plantagini similem, auctioribus tamen folijs, quæ nascitur iuxta flumina, aut segetes, folijs mollibus, gustu aspero.

DESCRIPTIO Serpentariæ per IOAN. MESVE lib. de simplici. laxatiuis.

Luff, id est, Serpentaria, est planta, quæ dicitur, Collum draconis. Et ex ea, alia est plana habens folia, alia crispa: & radix Planæ ad nigredinem attinens exterius, interius uero alba est, Crispæ uero exterius cinericea, interius uero alba, & ad citrinitatem declinat: & super utriusque radicem eleuantur thyrsi, habentes maculas ad modum serpentis.

ELECTIO eius, & probatio ex eodem MESVE.

Melior pars totius plantæ est radix. Et melior radix est crassa, completa, & orta in locis liberis. Et melius tempus collectionis eius est Ver, & principium Aestatis.

C

IVDICIVM NOSTRVM.

Multam gratiam Veteribus debemus, qui Herbarum uires & nomina, primi nobis prodiderunt: multam etiam ignominiam, & perpetuam contumeliam ijs, qui posterioribus seculis, mire & portentose omnia deprauarunt & confuderunt. In primis Pandectario scriptori, & Simoni Ianuen. qui prętereą quod omnia miscuerunt, in hoc tm̄ sudasse uidentur, quo modo ingentia uolumina comportarent, non quą utilem operam posteris locarent, uel rerum potius cognitionem indagarent. Quod si eorum opera factum est, præstitisset, nunquā adhibuisse manum. Quando non est cuiusuis, rerum uocabula scribere, sed hominis prorsus in linguis & literis omnibus exercitatissimi. Si & illorum libri corrupti sunt, quod mihi uerisimile non est, cum sint recentissimi, perpetuis tenebris digni essent tam perfidissimi corruptores. Inde etiam hoc malum maximum, quod tam paucas Herbas nouimus. Inde tot myriades barbarorum, obsoletorū & ineptissimorum nominū, dum & omnia illi uetera corruperunt, uel neglexerunt: & quælibet hodie Anus nomina imponit, quilibet quoque indoctus seplasiarius, & qui artis Magistri haberi debebant, nihil magis postremū habent, quą in Herbis, & cognitione rerū philosophari. Sic nuper rumpi poteramus in Serpentaria herba depingenda & delinianda, cuius tam multas species nobis exhibebant herbarij & uetulæ, ut non plura capita habuerit illud quondam Herculis lernæum monstrum. Quare ueniam

D etiā mereri nos puto, sicubi non acu etiam pinxerimus omnia. Duas tantummodo species subiunximus, quæ passim in hortis & cultis locis habentur conspectiores. Præterea & eam adpinximus quæ uulgo, Gůt Heinrich uocatur, uel Schwerbel. Ita enim uetulæ nos persuaserunt. De descriptione, & quą omnia respondeant, alij uiderint.

Gůt Heinrich

TEMPERAMENTVM EX MESVE.

Crispa calidior est, ut inquit Dioscorides, quą ruffa. Et dixit, Ruffa plana, calida est in primo gradu, Crispa in secundo. Et dixit Galenus, Plana calida est in principio secundi, Crispa in fine eius: & est quasi uerius. Et est in utraque caliditas & acuitas: quæ si ponatur in superficie, cū substantia terrea, uincit. Et utraque est absterſiua, incisiua, penetratiua, apertiua, & humorum subtiliatiua. Crispa autem ad hæc omnia fortior.

NOCVMENTA EIVS.

Nocet utraque acuitate sua hepati, & uentriculo, attrahens ad ea membra, quicquid usquam est perniciosorum humorum in toto corpusculo. Odor præterea, teneros conceptus abortu uiciat.

RECTIFICATIO EX MESVE.

Verum hoc quicquid est malicię, emendatur cum Rob, aut melle passularum, aut speciebus alefanginis. Proinde commiscendo ei aliquid ex simplicibus stomachicis, stipticis: cuiusmodi sunt Citonia, et Mastiche: ministrantur & trochisci Diarhodon, post eius exhibitionem.

Præparatur etiam sic. Munda radicem Crispæ, & laua in uino, dein-

de coque in aqua: uel si id non lubet, & magis expedit, uigorem enim co- A
quendo remittit, tere puluerem eius lib. duas, & rob. lib. 6. uel mellis &
rob, ana lib. iij, piperis, cinamomi, zinziberis, macis, garyophyllorum
ana drach. ij.

VIRES & Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Cum diluta potione crudam, coctamue, cũ melle delingi, prodest con
tra orthopnœas, rupta, conuulsa, tussim, & destillationes.

Pota cum uino, Venerem stimulat.

Vlcera quæ cacoëthe uocantur, atq; phagedænica expurgat, præser-
tim cum uite alba.

Ex ea & melle, collyria ad fistulas, & partus euocandos cõponuntur.

Ad uitiligines cum melle, efficaciter illinitur.

Polypos, & carcinomata absumit.

Succus ad oculorum medicamẽta, item contra nubeculas, caliginem,
albuginesq; effectum præbet.

Herbæ, radicisq; odor, teneros concæptus abortu uitiat.

Item si triginta grana eius in pasta bibantur.

Sunt qui eius succum cum oleo, aurium doloribus infudere.

Quinetiam folia, utpote quæ adstringant, uulneribus recentibus im-
posuere, & cocta in uino pernionibus.

Qui folia manibus affricuerit, aut radicem aperuerit, posse a uipera fe
riri, inficiantur.

IVVAMENTA Minoris ex eodem DIOSCORIDE. B

Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat.

Naribus ex lana impositus, polypum absumit.

Carcinomata illitu sistit.

Triginta eius grana, si pasta bibantur, abortus inferunt.

Odorem aiunt posteaq; flaccidi flores emarcuerint, concęptus adhuc
teneros enecare.

Radix excalfacit.

Orthopnoicis, uulsis, ruptis, tussi, destillationibus medicatur.

Humores pectoris exscreatu faciles reddit, siue cocta, tostaq; cum mel
le, aut per sese edatur, siue farina eius ex melle delingatur.

Vrinam pellit.

Venerem excitat, cum uino pota.

Phagedænas ulcerum, & quæ Cacoëthe uocantur, trita cum melle &
brionia alba, expurgat, & ad cicatricem perducit.

Colyria ex ipsa, ad fistulas, & eijciendos partus fieri solent.

Qui radice sua manus perfricuerint, a uiperis feriri negantur.

Illita ex aceto, uitiligines emaculat.

Folia recentibus uulneribus concerptorum lintheolorum uice conue
nienter imponuntur.

Decoctam in uino, pernionibus imposuisse prodest.

C Caseus folijs inuolutus, a putredine defenditur.

Succus radicis, ad nubeculas, albugines, & oculorũ caligines cõuenit.

Radix cruda, coctaue, ad sanorum usus pro olere recipitur.

Eadem ad uerbum fere Plinius lib. 24. cap. 16.

EX APVLEIO.

Herbæ Dragonteæ radix, cum axungia facto malagmate, ossa fracta e corpore extrahit, & lapides quoq;, si insint.

EX PLATEARIO cap. 35.

Ad dealbandam faciem, & mũdandam, puluerem eius tere cum aqua rosacea: inde rursum exiccata in sole aqua, & siccato puluere, adde cerusæ drach. 1. cum aqua rosarum, & line.

Contra Cancrum, accipe partes tres pulueris Colubrinæ, et tertiã calcis uiuæ, atq; cũ aceto distempera. Deinde tereto in testula, in igne, uel in furno. Ad postremum inspergito. corrodit eñ, mundificat, & sanat.

Ad apostemata maturanda & rumpenda, decoquantur folia eius in oleo, & superponantur.

EX MESVE.

Solutione phlegma educit.

Confortat renes, & mundificat.

Est ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem.

Dixit Democritus. Iuuamentum utriusq; speciei est magnum omnibus doloribus hæmorroidarum, & uentositatibus earum secundum o-D mnem modum administrationis earum: & nos experti sumus.

Et est magni iuuamenti super crudum humorem, qui est in stomacho, & renibus.


Dixit Galenus, quod resoluit duriciẽ splenis, & aliorũ membrorum.

DESCRIPTORES COLVBRINAE.

Dioscorides, lib. 2.
Theophrastus, lib. 9. cap. 22.
Plinius, lib. 24. capite decimosexto.
Apuleius, capite decimoquarto.
Barbarus in Corollarijs.
M. Vergilius.
Io. Serapion, cap. quadragesimotertio.
Galenus. 6. simplic. cap. Serpentaria.
Simon Ianuensis.
Autor Pandect. dictione Luff.
Mesue lib. de simplicibus laxatiuis.
Platearius, capite tricesimotertio.
Valla, dictione Dracontion.
Macer, dictione Colubrina.

ASARVM.

Saxabarra



Haſelwurtz.

DE ASARO Rhapſodia Octaua.

❡NOMENCLATVRAE.

Græcæ, ἄσαρον. νάρδος ἀγρία. αἷμα ἄρεως.

Latinæ, Perpenſa, Aſarum, Ruſtica nardus. Nardus agreſtis, Vulgago; Sanguis Martis.

Germanicæ, Haſelwurtz.

PLACITA AVTORVM de Aſaro.

Gnome DIOSCORIDIS de ASARO.

CORONARIA & odorata herba Aſarum eſt. Hederæ folia habet, ad radicem purpureos, odoratos uaſculos Apollinari herbæ ſimiles: in quibus ſemen, acinorum nucleis ſimile, in quo raræ ſubaſperæq; angulorum figura cuſpides ſunt. Radicibus nititur numeroſis, geniculatis, ſaporis calidi, & linguam erodentis, tenuibus, obliquis, gramini ſimilibus, ſed longe gracilioribus quàm gramen, & odoratioribus.

C

ASARI descriptio ex PLINIO lib.12.cap.13.

Nardi uim habet & Asarum, quod & ipsum aliqui syluestem Nardũ appellant. Est autem Hederæ folijs, rotundioribus tantum, mollioribusq́;, flore purpureo, radice Gallici Nardi. Semen acinosum, saporis calidi & uinosi, montibus in umbrosis bis in anno floret: optimum in Ponto, proximũ in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folium mittere incipit, & in sole siccatur, celeriter situm trahens. Et lib.21. cap.6. Quinimo Asarum inuenio uocari, quoniam in coronas non addatur.

Sententia MESVE de Asaro.

Asarum est radix herbæ montanæ, cuius folia sunt angularia sicut folia Hederæ, & flores eius sunt quasi flores hyoscyami, & est tota planta eius aromatica, & mordicans gustum.

Aggregatio HERMOLAI BARBARI de Asaro.

Asaron præter cæteras differentias, molliora quoq; folia continet q̃ Hedera, radice gallici Nardi, semine saporis calidi & uinosi. Bis anno floret, Vere, & Autumno. Error librariorũ est in Plinio, qui alicubi iubere uidetur, siccandum in sole, alicubi in umbra. Nisi quis posteriorem locũ ita legat. Non quod siccandum sit in umbra, sed quod situm celerrime in umbra sentiat. Non ignorandum, Baccarem omnino aliud esse, q̃ Asarum: etiamsi medicinas, quas DIOSCORIDES Asaro adsignauit, Plinius apud nos Baccari magna ex parte accæptas retulit. Nec mirum: cum sit earum natura uiribus & effectu proxima. Cæterum Perpensam, siue Perpręsam (nam utrunq; legit, ut in Baccare latius exposui) non Asarũ, ut Dioscorides, sed Baccarẽ intelligi Secundus noster uoluit. Contra quoq; descriptio Asari a Dioscoride facta, congruit Baccari multis partibus. Primũ, quod odor ei Cĩnamomo uicinus reddit, ut Asaro. Deinde, q gracili, nec humido solo prouenit ut Asarum. Alioqn reprehendunt a Plinio, qui Nardum rusticũ radicẽ Baccaris appellauere: quia Nardum rusticũ proprie sit Asarũ. Quod uero Dioscorides coronamentariam esse dicit herbam Asaron, id Baccari potius q̃ Asaro conuenit: propterea quod Asaron uocari scribunt, quod in coronas, atq; serta non addat. Legebatur in Dioscoride, Romanos Asarum Peritresam uocare, nos Perpensam, aut Perpræsam ex Plinio correximus. Autor is eandẽ opinor herbã.21.lib. Perpensam, lib.26. Perpręsam nominat. Codices etiamnum sunt, in quibus non Perpręsa, sed sparsa legitur, ut existimo corrupte. Legitur & Asarus, non pro Asaro, sed pro Arisaro mendose. Quid enim incolume relinquit Medicorum imperitia?

D

Cõtrouersia de Baccare, & Asaro, similibus & cognatis herbis.

Locus est libro.21.cap.6.

ELECTIO eius secundum MESVEN.

Melior pars plantæ est radix: & melior radix est quæ crassior, densiorq; extiterit, cuius odor subtilis, sapor acutus, cum modica stipticitate.

TEMPERAMENTVM.

Excalfactoriam uim habet, eandemq; siccitatem in tertio gradu, ut uocant. Sunt qui calidum in secundo constituant, siccum in tertio. Extenu=

atq;,aperit,resoluit,& impellit.

A

RECTIFICATIO.

Ad laxandum aluum,corroboratum cum aqua casei,cum spica,& aqua mellis.

Sustinet mediocrem coutusionem,& concoctionem.

Quidam musto macerant,seruantq; per trimestre.

Vtunturq; ea potione ad hydropem,& lienem.

Quale autori PANDECTARVM uideatur Asarum.

Asarū est Vulgago,uel gariofilata agrestis,Centūneruia,Cenūcerria.

VIRES & Iuuamenta eius ex DIOSCORIDE.

Calefacit,& urinam cit.

Ideoq; subeuntibus cutem aquis accomodatum est.

Vtile & diutinis coxendicis doloribus.

Ducunt menses cum mulsa aqua potę radices eius,pondere drachmarum septem,purgantq; Veratri albi modo.

Ex MESVE.

Mouet uomitiones. Elicit & choleram,& phlegma.

Reducit humores perniciosos ex remotis membris.

Confert eius decoctum omnibus opilationibus hepatis, lienis, & interaneorum omnium.

Vnde datur hydropicis,ictericis,spleneticis,& febri.

Est ex his quæ sperma,& semen augmentant.

DOSIS.

B

Eius dosis infusi potio, est ab aureis duobus,usq; ad unc.iiij. & pulueris ab drach.i.usq; ad aureos.ij.

Ex MACRO AEMILIO.

Est Asarum græce Vulgago dicta latine.

Hæc calidæ & siccæ uirtutis dicitur esse,

Tertius est illi gradus,ut dicunt,in utroq;.

Iecoris medicatur sumpta dolori,

Et uuluæ morbo decoctio subuenit eius.

Dicitur Ictericum potata repellere morbum,

Helleboriq; modo uomitu præcordia purgat:

Sed non est huius purgatio tam uiolenta,

Nec metuenda quidem,si fiat taliter illa.

Aetatem,& uires eius circumspice primum

Quem purgare uoles,& tempus quale sit anni,

Et sit regio feruens,uel frigida ualde,

Aut si temperiem medium tenet inter utranq;.

Nam senibus,puerisq; parum donare licebit:

Aetatis mediæ plus ijs,iuuenesq; requirunt:

Pinguibus & ualidis plus dandum,q̄ macilentis,

Debilibusq; uiris;magis in gelida regione

Regula generalis in ministrandis Simplicibus.

C Dandum, q̄ calida, duris quocunq; labore
Plus illis tribues quos reddunt ocia molles.
Hæc circumſpiciens, & cætera talia tractans,
Non ſolum tutus dabis hanc, ſed quaslibet herbas
Quę purgant uomitu uentrē, ſtomachūq; reſoluūt.
Sed eſt de cunctis dixi, communiter hærbis
Quo ſit danda modo proprie Vulgago docebo.
De folijs eius triginta recentia tollens,
Adde meri tantum, quo poſsint cuncta recondi;
Tota nocte mero facias macerentur in illo.
Mane terens uino, quo ſunt macerata, reſolue.
Tunc olus excoctum, cum pingui carne recenti
Porcina, prius ægroto da ſufficienter,
Et ſumat uini uult quantum fortis, & albi:
Sic Aſari ſuccum, colatum, trade bibendum.
Fortibus & magnis eſt hic numerus foliorum
Sufficiens, reliquis (ut diximus) eſt minuendus,
Iuxta quod uires, ætas, & cætera poſcunt.

Solutiuum de Aſaro.

Ex IOANNE VIGONIO.

Radix macerata in lixiuio, & ſubinde lotum ex eo caput, uehementer cerebrū confortat.

D

Ex SERAPIONE.

Quando miſcetur cum uino & oleo, inungiturq; in eo corpus, calefacit ipſum.

Eius quoq; drach. vij. aut aurei. 7. cum aqua mellis, purgant Helleborì modo.

Admiſcetur quoq; confectionibus aromaticis.

Mixtum collyrijs, attenuat tuniculam eam, quæ uocatur cornea, & clarificat uiſum.

Ex PLATEARIO.

Vulnera mundificat.

Et hydropem per urinam purgat.

Pro quo pondus & ſemis ponatur Acori.

Ex AVICENNA.

Aperit & ſedat dolores omnes interiores, & proprie eius infuſio.

Ex nobili herbario HIERONYMO.

Aqua Aſara, uel decoctum eius potum, fœtum pellit, & uiuentem & mortuum: quare prægnantibus propinanda non eſt.

Hæriſypelam refrigerat, & Hepar ardens immodice.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioſcorides lib. 1.
Plinius, lib. 12. cap. 13. lib. 21. cap. 6.
Meſue in ſimplicibus.
Hermolaus Barbarus.
Serapion, cap. 254.
Aemilius Macer.
Autor Pandectarum
Plataearius, cap. 32.
Ioannes uigonius.

Consolida maior
or Comfrey
in Suffolk Comfrit



Walwurtz männlin.

Consolida maior or Comferie



Walwurtz weiblin.

DE OMNIBVS Consolidis. Rhapsodia Nona. A

¶ Nomenclaturæ Consolidæ Petreæ.

Græcanicæ, συμφύτον. πετραῖον.
Latinæ, Symphyton. Petræum. Consolida Minor.
Germanicæ, Walwurtz. Beinwel.

¶ NOMENCLATVRAE Consolidæ Maioris.

Græcæ, συμφύτον. πηκτόν.
Romanæ, Solidago. Consolida maior. Anagallis maior.
Germanicæ, Walwurtz. Schwartzwurtz.

¶ PLACITA & pronunciata VETERVM de Consolidis.

DIOSCORIDES lib. 4. de Symphyto Petræo.

SYMPHYTON PETRAEON nascitur in petris. Ramulos habet Origano similes, capitula ut Thymi. Tota est lignosa, & odorata planta, sapore dulci, & saliuam prouocante. Radicem habet longam, subrufam, digitali crassitudine.

DE SYMPHYTO ALTERO.

Alterum uero Symphyton duum cubitorum altitudine ex se mittit, leuem, crassum, angulosum, Sonchi modo cauum: circa quem folia sunt non magnis interuallis distantia, hirsuta, angusta, oblonga, ad Linguæ bubulæ, quam Buglossam uocant, foliorum figuram accedentia. Habet & caulis secus angulos illos, exilium, & cauli adiacentium foliorum a singulis alarum cauis eminentes productiones quasdam, in quibus flores lutei sunt, Rutæ similes, & semen quale Verbascus habet. B

PLINIVS lib. 27. cap. 6.

Alum nos uocamus, Græci Symphytum Petræum, simile Bubulæ folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice, cacuminibus Thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens, longa radice, rutila. Nascitur in petris. Ideoq; Petræum cognominatum.

APVLEIVS.

Symphytum nascitur in petrosis, lignosisq; locis, iucundi odoris, saliuam prouocās, ramis Origano, aut capitelli Thymi similibus: radice longa, fulua, in robore digitali: & habet thyrsum bicubitalem, geniculatum, inanem: in quo folia hirsuta, angusta, & ueluti longa, cum adnationibus: flore nigro, fructu sine semine floccorum corticis simili, pruritū mouens, radices exterius argillosas, uirtutis densabilis.

AVTOR PANDECTARVM.

Præter Symphytum, est alia Consolida, dicta Rubea, uel Bistorta, uel Tormentilla: habetq; uirtutem consolidandi.

Tormentilla species Consolidæ.

HERMOLAVS BARBARVS, de Petræo Symphyto.

Symphyton Petræum, nos Alum Gallice uocamus, folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice. Nascitur in petris. Symphyto autē Græci nomē imposuerunt, quod consolidet. Hanc Veneti Cotoneam appellant, rosæ, ut inquit Plinius, radicis alibi albæ, alibi nigræ.

Cotonea.

C

IDEM DE MAIORI SYMPHYTO.

Hoc Galenus Symphyton mega, id eſt, magnum cognominat, nec guſtu dulce, nec odoratu, ut ſuperius. Herbarij recentiores tria genera Symphyti conſtituunt, præter Petræum, quod ne cognoſcunt quidem. Magnum. Minus, ſed radice intus & foris alba, fere bulbi effigie rotunda. Minimum, flore in ſpicam purpureo, nec folio quidem Origani ut Petræum, ſed in humidis genitum, radice lignoſa, ſuperuacua, nec odorata, nec dulci, nec ſaliuam ciente: quæ ſunt in Petræo omnia.

MARCELLVS VERGILIVS.

Iactant ſupra Dioſcoridem noſtræ ætatis herbarij plura etiã alia Conſolidæ genera ſe inueniſſe, quæ medicis, & illis cenſenda relinquimus.

ERROR AVICENNAE CIRCA SYMphytum & Sucutum, quem deprehendit Mainardus. Epiſtolarum lib. 6. Epiſtola. 6.

Error Auicennæ.

D

Ad id, quod tertio loco, de Sucuto petis, nemo qui Auicennæ caput. 642. lib. 2. ubi de Sucuto agit, capiti Dioſcoridis de Symphyto comparauerit, ambigere poterit, idem eſſe Auicennæ Sucutum, & Dioſcoridis Symphyton: erroreq; uel interpretis, uel ipſius met Auicennæ contigiſſe, ut Semperuiuum dicatur. Erraſſe autem Auicennam, uel potius neſciſſe quid eſſet, ex eo conſtat: quod uarias de eo opiniones & 2. & 3. lib. affert, nec uni præ alijs adhæret. Secundo enim lib. alios exiſtimaſſe, quod eſſet Semperuiuum, alios quod Mandragoræ cuiuſdam ſemen, alios aliam rem. Lib. etiam. 3. cap. de ſputo ſanguinis, duas de ea ſententias affert. Nam poſt quàm dixerat, quod eſt Semperuiuum, aliam cuiuſdam Aggregatoris ſubdit opinionem. Non enim de alia medicina loquitur, ſicut Iacobus cognomento de Partibus eſt arbitratus, ſed de eodem Sucuto ait, ſcripſiſſe uirum quendam in ſuis aggregationibus, eſſe Calamenti, id eſt, Origani ſpecie, hoc eſt, ſimilitudine. Origanum autem dici ab Auicenna Calamentum. 2. lib. manifeſtatur, cap. 158. ubi ſub Calamenti nomine, de omnibus Origani ſpeciebus pertractat. Deinde ſubdit eundem uirum dixiſſe, quod naſcitur inter lapides: utrumq; autem primæ Symphyti ſpeciei adſcribit Dioſcorides, naſci uidelicet inter petras, & Origani trahere ſimilitudinem, tertiumq; cum his, ſputo ſanguinis prodeſſe. Melius igitur quàm Auicenna conieciſti, & Sucutum eſſe Symphytum, & utramq; eius ſpeciem uulgo dici Conſolidam. Quarum Maior paſsim apud nos naſcitur, & a ſimilitudine radicis, Lucanicam uocant: Miranduleñ. Alam nominant, Alum uolentes, uel potius debentes dicere. Ita enim primam eius ſpeciem nominat Plinius lib. 26. & 27. in ſaxis naſcentem, ramis Origani tenuibus, in cacumine thymi capitibus, ſurculoſam, odoratam, guſtu cum dulcedine, ſaliuam ciente, radice longa, rutila, digitum craſſa. Quam ſi (ut ſcribis) conſpicatus es, & apud te habes, rem mihi pergratam facturum ſcias, ſi uidendam miſeris.

Iacobus de Partibus.

Lucanica Ala.

CENSVRA NOSTRA.

Nemini dubium eſt, quin ab effectu nomen inditum Solidagini ſit, Nempe a glutiando, figendoq;, quod præ multis alijs in primis facit. Nihil itaq; uetat, quin et alijs quoq; herbis poſsit competere id nominis, quibus uires pares, & temperamentum æquale. Quod ſi donamus, nihil etiã hallucinari mihi uidentur, qui hodie quatuor, uel quinq; eius ſpecies oſtendunt. ſ. maiorẽ, minorem, mediã, & regalem. Libenter igitur autori Pandectarũ permittimus, ſuam Tormentillã, triuialibus Herbarijs ſuam Conſolidam regalem, uulgo, Ritterſporen, alijs ſuam Anagallida. Agnoſcimus quoq; ſub eo nomine, quam D. Theobaldus Fettichius nobis exhibuit, minuſculã, & humi ſe propagantẽ Solidaginem, quã ille appellat, Maßlieb, uel Zeitlößlin. Cuius ego iudicium malim, quàm centum ſomniatorũ, qui præter eruditionẽ & experientiã, de qualibet herba pronunciant.

Theobaldus Fettichius.

TEMPERAMENTVM. A

Ex contrarijs potentijs constat, ut inquit Galenus. Habet namq; uim siccandi, qua comprehensum in thorace & pulmone pus purgat. Habet & hoc pariter, ut eductionibus sanguinis opituletur. Ob humiditatē uero mansum, sitim sedat, arteriæq; asperitati medetur. Ideo inflammatis in testinis imponitur, & ad rupta, & conuulsa cum melle bibitur.

IOANNES VIGONIVS.

Cōsolida ē calida et sicca, cū caliditate tēperata, et cū hūiditate uiscosa.

VIRES ET Iuuamenta EX DIOSCORIDE.

Trita, & pota, cruentis exspuitionibus, ruptisq; proficit.

Recentia uulnera conglutinat illita.

Inflammationibus, præsertim sedis, & intestinorum, cum folijs Senetionis utiliter illinitur.

Enterocœlas cohibet.

EX PLINIO.

Si inter duos lapides conterat̄, miraculose antraces extinguit, & dysenterias compescit.

EX APVLEIO.

Ad profluuium mulierum, herbæ Consolidæ puluerem mollissime contritum, potui dabis in uino, & restinguet.

Radicis cinerem tepidum coquito, & ex melle ieiuno da, medebiturq; conuulsis, uel intus ruptis, & ex thorace laborantibus.

Ad stomachi dolorē, si cum oxygaro edas, magnū beneficiū senties. B

Contra tussim, herbæ Cōsolidę radices in chaldari decoques cū melle & pipere, & castoreo ad quartas, & in uino ueteri, ieiuno dato in potu.

Hęc herba hoc augmentū habet, ut carne bubula concisa, & in cacabū missa, eius radicis si miseris drachmas. ij. cocta caro in unū cohærebit.

IOANNES VIGONIVS.

Omnes Consolidæ, uirtutē habent consolidandi, & conglutinādi uulnera recentia.

EXPERIMENTA.

Oris ulcera, rimas, & condylomata mirabiliter restituit.

Item uulnera recentia, inspersa cum panno illius aqua, uel succo, pondere unc. 1 5. pota quotidie, sanat uulnera interna, & rupturas.

Conuulsiones sufferuescentes cōpescit, siue quascunq; alias etiā ustuiras, & ardores.

Succus, cum oleo mixtus, sanguinem sistit.


Breuiter, uulneribus omnibus commodissime adhibetur.

DESCRIPTORES SOLIDAGINIS.

Dioscorides lib. 4. dict. συμφύτον.
Galen. lib. 8. simpli. cap. 125. 126.
Ad Paternianum. 153.
Georgius Valla, dict. Symphyton.
Simon Ianuensis.
Hermolaus Barbarus.
Hieronymus nobilis Empiricus.
Plinius lib. 27. cap. 6.
Idem lib. 26. cap. 8.
Apuleius dict. Consolida.
Ioannes Vigonius.
Autor Pandectarum.
Marcellus Vergilius.

DIAPENSIA:

the right sanicul ... but it be called Diapensia this last name belong not to any other kinde of them



Sanickel.

De SANICVLA.
Rhapsodia Decima.

¶ NOMENCLATVRAE.

Latinæ, Diapensia, Sennicula, Sanicula.
Germanicæ, Sanickel.

SCRIPTORVM PLACITA.

Sententia HERMOLAI BARBARI, de Sanicula lib. ꝝ. DIOSCOR. dictione, Peplis.

SVNT APVD Grecos, qui Peplium pro Senna accipiunt: inter quos est Isacius. Ego diuersum puto genus: cum Senna siliquas, & in his semen ferat, Peplis non: transalpina herba, folio Vitis, aut Apij rubentibus. In fine sectionum, maculis quibusdam, surculis quoq; rubris, ad radicem, quæ multis ei fibris subest, capitulis in summo frutice pusillis, subnigrisq;. Huius succum uulneratis in potum commendant.

SENTENTIA PANDVLPHI COLLENVTII, de Sanicula, lib. defensionis Plin. dictione Pentaphyllon.

Est Venetijs, in eo uico, quem Speciarium appellant, seplasiarij cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo, insigniq; sit, Aethiopis caput. In ea liber est herbarius, tanta arte ac diligentia pictus, ut natas paginis illis suis herbas, non effigiatas, credas. In ea pictam uidimus, ijsdem prorsus, quæ hic diximus, signis herbam, folijs quinq;, quę & ipsa quinq;, ut pinximus, porrectiores angulos sinuatosq; haberēt: sed & fructus, quos fraga dicas: tum ad ipsam herbam, latinum nomen, Sanicula, Germanicum, Sanickel, scriptum est. Citanturq; inibi de Sanicula hæc scribentes, in dinamidijs Galenus. Et petrus Hispanus, is qui postea Pontificatum gessit, & Ioannes uicesimusprimus, nuncupatus est: eum de medicina librum scripsit, qui Pauperum thesaurus inscribitur. Tum Ceruiensis episcopus quidam. Et laudensis Maphęus. Et Gilbertus anglicus, chirurgicus. Ea Sanicula Pentaphyllum ne sit, cur affirmem nō habeo: cur negem, non uideo.

Ex uulgo Herbariorum sententia.

Diapensia græce, latine, Ferraria maior, siue Consolida minor, siue Sanicula.

Nobilis Herbarius HIERONYMVS.

Sanicula latinis dicta, Ferraria maior, siue Cōsolida minor, herba palmæ altitudine, uel amplius paulo, uulneraria. Est & altera quædā species, agrestis, rariorq; et minus perspecta herbarijs, solo Maio & florens, et apparens, flosculis albis, ijsq; lepidis admodum: indeq; enim paulatim dispersit, abditq; sese.

C

IVDICIVM NOSTRVM.

Plura de Sanicula apud probatos autores non lego, nec quæ sit dicta Græce, uel apud Dioscoridem, a quoq; comperi. Diuinati sumus ultro, citroq; multa, uerum cum uana sit ea diuinatio, quā non firmat certa ali= qua scriptoris autoritas, nihil temere uoluimus pronunciare. Dij potius malefaciant ignauis & male gratis prioris seculi herbarijs, qui in descri= bendo tantopere illam posthabuerūt, uel nomen potius ipsius genuinū, germanumq;, in barbarum cōmutauerunt. Interim uehementer probo uulgi herbariorum sententiam, qui hanc minorem Solidaginem consti= ,, tuunt. Dicimusq; id cum Galeno, facessent nomina & uerba, rem tenea= mus. De re itaq; & eius effectibus, cum iam multa experientia constet, græcam eius nomenclaturam, & quibus sub nominibus apud Dioscori= dem & Plinium legatur, proinde an uera Penthaphyllon sit, uel potius eius species, ociosis, & nobis peritioribus, relinquimus.

TEMPERAMENTVM.

Compertū est esse calidam & siccam, tenelloq; succo, eoq; purissimo.

VIRES ET IVVAMENTA.

Omnia præstat, quæ Consolida.

Adijciunt Experimentatores & herbarij, tumores reprimere, illitum, decoctumue succum, tam in homine q̄ in pecudibus.

Eius quoq; puluerē intritū melle, & glycyrrhizæ succo, in ieiunio po= D tum, interanea omnia phlegminantia, & pituitæ obducta, repurgare.

Idem efficere illius decoctum cum melle rosaceo, & sacchari addito. Præcipuus est eius usus, in potionibus uulnerarijs, cum Solidagine & Peruinca.

COLLECTIO.

Colligitur in mense Maio, & uel in puluerem teritur, uel in umbra sic catur.



C

De CONSOLIDA REGALI, Rhapſodia Vndecima.

¶ NOMENCLATVRAE.

Latinæ, Conſolida regalis.
Teutonicæ, Ritterſporen.

VIRES ET IVVAMENTA.

ABSTERGVNT ruborem oculorum flores eius triti, atq; in aqua roſacea macerati: adeoq; tota ocularis herba eſt, quæ, quibuſcumq; facile oculorum malis medicatur, & quæ uel conſpecta etiam crebro ſanet.

Ab ſtudioſis in precio habetur, una cum Ruta. Siquidem credunt illius crebro intuitu, nunq; ſe ex oculis laboraturos. Quare in muſæis ſuſpeudunt ſuis.


Aqua illius, uel decocto florum utuntur experimentatores, contra atram luem, ardores et æſtus, tuſſim, tumores, uenena, uomitiones, & cholericam paſsionem, aduerſus ſtranguriam, calculos, iſchiada, & coxendicen. Item ad deijciendam aluum.

D Ei quoq; qui iam ex calore in ſyncopin decidit, ſi porrexeris Conſolidæ regalis unc. I. aquæ roſaceæ, Boraginis, & Bugloſſæ florũ drach. iij. continuo refocillabitur.

TEMPERAMENTVM.

Calidi & ſicci temperamenti.

TORMENTILA. A



B

Tormentill.

De TORMENTILLA, & uero Pentaphyllo. Rhapsodia Duodecima.

¶ NOMENCLATVRAE.

Græcæ, ἑπτάφυλλον.

Latinæ, Tormentilla, Bistorta.

Germanicæ, Tormentill. Rotwurtz. Blůtwurtz.

PLACITA SCRIPTORVM.

Sententia HERMOLAI BARBARI de Tormentilla lib. 2. Dioscor. dictione, Sarxiphagon.

ALII TRITICI foliorum figuram Sarxifagæ, alij marinæ Bati similem dixere, alij Tormentillæ uulgo dictę. Est autem, ut uolunt, Tormentilla, Quinquefolio herbę similis, nisi quod septem habet fere folia, non quinque.

C EODEM LIBRO dictione, Pentaphyllon.

Hippocrates duo uidetur nouisse Quinquefolia. Candidum, quod & herbaceum, & procerius est a terra. Nigrum, quod humilius. Et est quæ Tormentilla uulgo dicitur, Quinquefolio simillima, nisi quod septem, non quinque folia habet. Potest a nobis Heptaphyllon uocari, hoc est, Septemfolia, ex cuius radice pastillos theriacos, si Diis placet, officinæ pro uiperarum carne subiiciunt, quoniam uiperæ modo, ut ipsi putant, nonnunquam uisitur.

SIMON IANVENSIS de Tormentilla.

Tormentilla, Potentilla, Consolida rubea, species Heptaphyllon, similis Pentaphyllo, nisi quod habet septem folia, sicut illa quinque, radicem rubeam.

Sententia IOANNIS MAINARDI de Tormentilla & Pentaphyllo, Epistolarum lib. 6. In Epistola ad Franciscum Graballum.

Tormentilla est uera Pentaphyllon secundum Mainardum.

De Pentaphyllo ego libenter intelligerem, uulgarem ne hanc passim in uiis etiam stratis nascentem accæperitis. Ego non huius radicem accipiendam puto, sed eius quam Tormentillam uocant, quam licet Septifoliam maiore ex parte in Italia uideamus, hic, hoc est, in Pannonia, sæpius uidi Quinquefoliam.

Sententia Autoris PANDECTARVM.

D Bistorta, uel Consolida rubea latine, uel Tormentilla, Arabice Buseke. Est herba similis Pentaphyllo, nisi quod habet septem folia, utrinque pilosa: & ideo uocatur Heptaphyllon. Cuius radix est rubea, & tortuosa, similis Galangæ, sed non habet acumen. Flos eius aurosus.

Sed notandum, quod est species Bistortæ, habens folia similia Lapatho acuto, nisi quia color foliorum ex uno latere est cœlestis, & ex alio uiridis. Flos eius rubeus, & radix rubea: quæ ab aliquibus uocatur Bardana maior, & ab aliquibus Lappa minor. Virtus eius, in omnibus est sicut primæ speciei, sed remissior.

IVDICIVM NOSTRVM.

Nihil habeo quod respondeam. Nisi, si non Heptaphyllon esset Tormentilla, facile me pertrahere sinerem in sentẽtiam Barbari, ut crederem esse congenerem Pentaphyllo: tam quadrant enim in eam Theophrasti & Plinii descriptiões, ut nullus pictor festiuius ac curiosius potuisset acu pingere. Pentaphyllon inquit Plinius cum effoditur, rubram habet radicem: hęc maturescens, nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit, & desinit cum Vite. Quæ ex Theophrasto Plinius mutuatus est. Siquidem torta est Tormẽtilla: dein rubea: nec mature prouenit, sed cum uites iam florent. Vnde fortasse herbarii etiã, Bistortam uocauerunt. Et quia uulneraria quoque est, Consolidæ quoque nomen addiderunt. Quanquam quæ de foliis controuersia est, facile etiam elui potest, quod quibusdam in locis, non solum Heptaphyllon, uerũetiam

Plini. lib. 25. cap. 9.

quincꝫ folijs uisitur. Confirmant hoc iudicium nostrum multi etiam alij docti uiri, quibus cum contulimus. A

IVVAMENTA eius ex autore PANDECTARVM.

Habet uirtutem consolidandi, & confortandi conceptum.

Datur & contra dissuriam, cum succo Plantaginis.

Menstrua cohibet ex ea fomentum, cum aqua fluminis, uel pluuiali, & puluere friato.

Idem operantur pulueris partes duæ, spicæ una, si cum melle interantur, & uentri in modum emplastri imponantur.

Ad conceptum iuuandum fit emplastrum ex puluere, & pulueribus alijs, quæ matricem & fœtum corroborant.

Vulnera sanguinem sudantia stringit, & glutinat.

Cum albumine oui puluis mistus, & in tegula coctus, uomitum cholericum refrenat.

EX HIERONYMO HERBARIO.

Aqua Tormentillæ, uel eius decoctum, omnibus facile uenenis resistit. Vnde & ad præseruandum, & pellendam atram luem, tempore pestifero datur.

Et hominum, & pecorum tumores potenter repellit.

Dysenterias, & omnes sanguinis fluxiones compescit.

Pota singulis diebus aqua unc. ij. pondere, uulnera sanat, absqꝫ omnibus prorsus cataplasmatis. B

Eadem iniecta oculis caligantibus, clarificat ea, si sæpius inspergatur, idqꝫ noctu, in somnum concessuro.

Confortat interanea omnia, cor, hepar, lienem, uentriculum, & cerebrum.

Cancros, fistulas, carcinomata siccat & sanat.

Breuiter, quocunqꝫ modo, & quibuscunqꝫ morbis adhibeas, salubris esse creditur.

betoni



Betonien.

DE BETONICA, Rhapsodia Duodecima.

A

¶ Nomenclaturæ.

Græcanicæ, κέστρον. ψυχότροφον. θεία ῥίζα.
Latinæ, Vetonica. Betonica. Radix diuina. Chiron. Serratula.
Germanicæ, Betonien kraut. Brun Betonien.

PLACITA AVTORVM, de herba Betonica.

Epigraphe DIOSCORIDIS Betonicæ lib. 4.

VETONICA herba est, quadrangulum, tenuem, altitudine cubitali, & aliquando minorem caulem habens: folia longa, & mollia, Quernis similia, per ambitum incisuris diuisa, & odorata. Inter que maiora sunt, quæ ad radicem uiuunt. In summo caulium semen est, Satureiæ modo spicatum. Carpuntur folia eius, & siccantur: quorum frequentior usus est. Radices illi sunt graciles, quales Veratri, quæ pituitosas uomitiones cient, in dulci aqua potæ.

Picturatio BETONICAE ex PLINIO.

De inuentoribus Betonicę.

Vetones in Hispania inuenerunt eam, quæ Betonica dicitur in Gallia, in Ialia autem Serratula, a Græcis κέστρον, aut ψυχότροφον, ante cunctas laudatissima.

Exit anguloso caule, cubitorum duum, a radice spargens folia fere Lapathi, serrata, semine purpureo.

B

REPREHENSIO PLINII per Nicolaum Leonicenum.

Lapsus Plinij in Betonica.

Betonicam a Romanis dictam, a Gręcis Cestrum, pingit Plinius, folio Lapathi: Dioscorides autē, cui magis adstipulatur sensus, folio Quercus. Alteram uero Betonicam, quæ alio nomine Britannica appellatur, folia Lapathi habere idem Dioscorides tradit: ut uerisimile sit, Plinium alteram pro altera pinxisse.

PLINII DEFENSIO P. COLlinutij contra Leonicenum.

Pari quoq; impudentia fertur, cum errasse Pliniū uerisimile sibi esse dicit in describenda Betonica, quod folio non quercus (ut Dioscorides) sed Lapathi similem Betonicā pinxit: quodq; ea pictura Britannicæ herbæ ex Dioscoridis sententia, magis conuenire uideretur. Sed mirum prorsus, ut indiligens accusator apparuit, homo alioquin haud indoctus, qui Plinij uerba, nec penset, nec referat. Betonica, inquit Plinius, Serratula a nostris uocatur, a radice spargens folia fere Lapathi serrata. Quis Lapathum ipsum, Betonicamq; agnoscēs (nemo enim unus est, qui ambas non norit) non graphice descriptā a Plinio Betonicā dicat: cum Serratulam uocari, & folia fere Lapathi, & serrata habere illam uideat, meliusq; aliquanto q̃ quercus similitudine a Dioscoride designatā? Cum folio quercus, non ipsa Betonica (a quercu prorsus dissimilis) sed Trixago magis, & Hierabotane describātur. Non ergo Lapathi folia simpliciter dixit Plinius, sed serrata adiecit, quod subticuit, aut dissimulauit Nicolaus. Cum in Britannicæ descriptione notissimæ herbæ, folia nigra, oblongaq;, eodem libro dixisse satis esse putauerit: nec serrata adiecit: quoniā incisuris illis, quibus Betonica distincta non sint. Quid autē aut frigidius, aut iniquius dici potest, q̃ ideo errasse Plinium dicere, quia Dioscoridis uerba, similitudinesq; in pingēdis herbis non usurpauerit, sed signa alia, & quæ aptiora uidebantur, adhibuit?

ADMIRATIO HERMOLAI BARBARI circa Betonicas.

Illud mirum quibusdam, quod Plinius Betonicæ folia Rumici scribit

C similia, hoc Dioscorides Britannicę adsignat: cum Betonicæ querna potius uisantur. Nec illud minus licet mirari, quamobrem mentiones duas Betonica meruerit. Nisi quis duo quoque genera Betonicæ demonstrata nobis a Dioscoride contenderit: duas & Paulus Aegineta Betonicæ facies intelligit, effectu parili, ut prædiximus.

SENTENTIA APVLEI de Betonica.

Betonicam, siue Britannicam, Græci Cestron, & Prioniten, ijdem Pyrinem, ijdem Alianthon, ijdem Psychotrophon. Item Thyarizon, Serospodion, & Pandiona appellauerunt, Prophetæ Hierathiorine. Romani Betonicam, nonnulli Serratam, et Ruszmarinam. Hæc herba nascitur in pratis, & montuosis locis, & opacis circa frutices. Animas hominum & corpora custodit, & nocturnas ambulationes a maleficijs, periculis, ab iustis etiam, & uisionibus metuendis tuetur ac defendit, & omni rei sancta est. Cestron uocatur, & Psychotrophon: siquidem frigidis reperitur in locis. Radicibus quidem tenuibus, & rubicundis, thyrso tenuiore, ultra cubitum quadrangulo, folijs Quercui similibus, boni odoris, semine in summitate thyrsi spicato, modo Thymbræ.

Superstitiosa nimis Betonicæ uis.

Hæc fere Apuleius, uel Antonius Musa. nam de autore addubitant, qui nuper Apuleio, ex Basiliensi editione, uolumen de laudibus Betonicæ appenderunt. Quanquam non abludit fere Dioscorides, in alterius Vetonitæ descriptione: quod tamen caput omnes adulterinum, nothumque existimant.

Platon Apoliensis, nō Apuleius ea scripsit, Herbario suo Musam de Betonica ad Agrippam citans.

D

CONFVTATIO descriptionis Apuleinæ, & capitis in DIOSCORIDE Betonica, per MARCELLVM VERGILIVM.

Britannicæ caput, in cunctis fere Græcorum codicibus, alterum Betonicæ caput superstitiose, et imprudenter est adiectum. In antiquissimis enim, quos habemus Dioscoridis Græcos & Latinos codices, nullibi legitur. Nec uerisimile est, post tractatam semel totam Vetonicam, intercedente alio capite, de eadem iterum agendum huic scriptori fuisse. Accedit ijs, quod nihil in hoc scriptore maiestate eius indignius, nec cui minus credere oporteat, quam ubi superstitiosum aliquod, & ad religionē nostram pertinens, ab eo docetur. Poterunt legentes, quod dicimus, ex his, quæ alij interpretes reddiderunt, censere. Nobis non placuit, religionem naturæ miscere, & quæ tam longo interuallo distant a scriptore hoc, eadem facere. Vana hominum mortalitas, hæc primum infert: mox imprudentia, & salutis studium excipit, exceptaque per manus diu feruntur.

Contra herbarum superstitiones.

εἰκών Betonicæ ex SERAPIONE.

Kastara, id est, Betonica, est herba, quæ nascitur omni anno, habens uirgam subtilem, cuius longitudo est unius brachij, aut plus, & est quadrata: & habet folia longa, mollia, similia in figura sua folijs glandium, & in scissuris suis, habentia bonum odorem: & folia quæ sunt propin-

qua terræ, sunt maiora folijs alijs: & in summitate uirgæ, est semen col= A
lectum in se, prope collectionem spicæ frumenti. Et asimilatur Satu=
reiæ, quæ dicitur Thymbra, & habet radices sicut Helleborus. Folio=
rum usus est tantummodo.

TEMPERAMENTVM EIVS.

Calida est, & siccans in tertio, ut inquit Platearius. Et uirtus eius est, uulnera mundificare, & incarnare.

VIRES EIVS, & Iuuamenta
EX DIOSCORIDE.

Folia Betonicæ exhiberi debent, ruptis, conuulsis, mulieribus uuluæ malo opportunis, & ad laxãdos uteri strangulatus, drachmæ unius pon= dere, cum hydromelite.

Tres in uini sextario drachmæ, contra serpentium morsus ebibuntur.

Herba magna utilitate, illatis a serpente uulneribus illinitur.

Aduersus etiam uenena, drachma ex uino pota, conuenit.

Præsumpta ea, si uenenum hauriatur, nihil nocebit.

Vrinam ciet.

Aluum subducit.

Medetur comicialibus, & insanis, pota ex aqua, & iocineris, lienisque uitijs drachmæ pondere in aceto mulso.

Concoctionem adiuuat, si quis ea fabæ magnitudine secundum cœ= nam, cum melle cocto deuorarit. B

Modo consimili acide ructantibus propinatur.

Stomachicis eam manducare, & succum deuorare proderit, si postea dilutum uino sorbeatur.

Datur sanguinem exscreantibus, tribus obolis, cum diluti uini, aut lactis cyatho.

Ischiadicis, renum & uesicæ doloribus ex aqua.

Aquæ inter cutem binis drachmis ex hydromelite.

Regio morbo laborantes recreat.

Menses pellit, drachmæ pondere cum uino pota.

Aluum purgant drachmæ. iiij. potæ in hydromelitis decem cyathis.

Facit cum melle ad tabem, & purulentam exscreationem.

Folia sicca, tritaq; fictili uase reconduntur.

EX PLINIO.

Fit uinum ex Betonica, & acetum, stomacho & claritati oculorum.

Tantumq; gloriæ habet, ut domus in qua sata sit, tuta existimetur ab piaculis omnibus.

Tanta uis inesse Betonicæ putatur, ut inclusæ circulo eius serpentes, ipsæ sese interimant flagellando.

EX APVLEIO,
Fracturis CAPITVM sanandis.

Herba Betonica contusa, et super capitis ictum posita, uulnus mira ce=

C leritate conglutinat & sanat. Eoq; efficacius, si ter die refectam, hoc est, recentiorem frequẽtius imposueris, donec sanescat. Eius potestas tantã fertur habere utilitatem, ut ossa quæ fracta consolidet, & ui sua extrahat.

OCVLORVM doloribus medendis.

Betonicæ herbæ radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto. Ipsam, aut eius folia certa supra frontẽ, & oculis imponito.

AD OCVLORVM caligines.

Betonicæ drachmam unam, aquæ calidæ cyathos quatuor, ieiunus bibat: deducit ad inferiorem partem eum sanguinem, qui caliginem oculorum fecerat.

AD OCVLOS lachrymosos.

Betonica manducata, aciem oculorum clariorem facit. Item Betonicæ herbæ tritæ, paululum salis adijcito, digitis duobus, & pollice quantum tollere potueris, sublatam, formatam * tormidulam si naribus inseris, idem efficies.

* Alias, torundulam.

AVRIVM doloribus succurrendis.

Herbæ Betonicæ recentis folia, uel per se, aut in aqua madefacta. Deinde adiecta rosa liquida tepefacito, et in aures stillato, lanaq; spissato, mire proficere creditur.

Ad dolorem DENTIVM.

D Herbam Betonicam ex uino ueteri & aceto ad tertias decoctam gargariza, dolorem dentium discutiet.

AD VOMITVS, & suspiriosos.

Herbæ Betonicæ drachmam unam, & sumptis ex aqua tepida cyathis duobus, bibendum si dederis, iuuat. Idem suspiriosis prodesse creditur.

PHTHYSICIS, & eis qui purulentũ egerunt curandis.

Betonicæ drachmas treis dato cũ melle, & glutiat ieiunus, auxiliatur.

SPLENI CVRANDO.

Betonicæ drachmas treis dato manducare per triduum, uel in aqua frigida cyathos dabis bibere.

Betonicæ drachmas quatuor, aquę calidæ cyathos quatuor da, ut bibat per triduum.

Herbam Betonicam ex uino decoctam, & potui datam, lienosis prodesse experti affirmant.

Betonicæ drachmæ binæ ex mulso cyathis duobus, bibentẽ sanabit.

AD RENES.

Betonicæ drachmas treis ex uini ueteri cyathis tribus, piperis grana xxvij. contrita & calefacta, ieiunus bibat.

VENTRIS DOLORI medendo.

Herbæ Betonicæ drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendam da. His autem dumtaxat hæc apta erit compositio, quibus non ex cruditate intestina torquebuntur.

AD VENTREM concitandum.

Betonicæ drachmas quatuor, hydromelitos, octo dies bibendum

dato, uentrem mouebit. A

Ad LVMBORVM dolorem.

Betonicæ drachmas tres ex uini Amynęi cyathis tribus, piperis grana xvij. contrita & calefacta ieiunus bibat, curabitur.

Betonica ex mulso potui data, febrienti ex aqua calida, lumborum dolores sanare credit.

Ad COLVM.

Herba Betonica, cum uino austero æque proficit.

Ad TVSSIM.

Herbæ Betonicæ uncias duas ex melle accipiat per dies octo.

Ad typum QVOTIDIANAE.

Herbæ Betonicę drachmas. ij. Arnoglossæ unam ex aqua calida cyathis quatuor bibendum sub accesione ministra.

Ad typos TERTIANAE, atq; QVARTANAE.

Herbæ Betonicæ drachmas treis, mellis attici unciam, aquæ calidæ cyathos tres in unum miscebis, & ante accesionem potui dabis, mire sanabitur.

Ad VESICAE dolorem.

Betonicæ drachmas quatuor, apij radicis scrupulos treis decoquito: radices uero apij in aquæ sextario ad medium quum decoctę fuerint, tum demum Betonica admiscenda, potuiq; exhibenda: dolorem ita extermi- B nant, ut postliminio redeat nunq;.

Ad CALCVLVM.

Betonicæ drachmas treis ex aceto q̃optimo, & mellis & aquæ calidæ cyathos octo bibere confert.

HYDROPICIS curandis, mulieribus item, quæ PARTV laborant, necnon & ijs qui FEBRICITANT.

Betonicæ drachma una ex aquæ calidæ cyatho uno pota, medetur.

Betonicæ item drachmæ duæ, aquæ calidę cyathis quatuor, si sine febre fuerit: si cum illa, ex uini cyathis duobus ministra, fert opem.

Ad PARALYSIM.

Betonica trita et imposita, neruos etiam præcisos glutinare, & persanare creditur.

Contra HORRORES.

Betonicę drachmę duę ex uino austero, cyathis duobus: item ex aquæ calidę pari mẽsura, sub accessione bibere dato.

Pro muliercululis quibus loci frigore uexantur.

Betonicę drach. iij. ex aqua calida, totidẽ cyathis ꝑ triduũ bibere dato.

Aduersus EBRIETATEM.

Betonica si prius sumatur, ebrietas uinum non comitatur.

MORBO REGIO curando.

Herbam Betonicam ex uino sępius sumptã, mire proficere didicimus.

CARBVNCVLO sanando.

C Betonica in aquę calidę cyathis duobus pota, carbunculo medetur.

His qui perfrictionibus laborant.

Betonica cum axungia trita, plagę imponatur, prodest utiq;.

LASSIS ex itinere.

Betonicæ unciam ex uini cyathis tribus, triduo ex itinere lassus bibat.

Aegris FASTIDIENTIBVS CIBVM.

Betonicę drachmas geminas, ex aquę mulsę cyathis tribus potui dato.

Vt facile quis DECOQVAT.

Betonicæ drachmas treis, mellis decocti unciam sumito, mel quoad in durescat coquito ex aqua, calida cyathos duos potui dato. Pastillos quoq; ex eo facere conuenit, & calide deglutire.

Ad SERPENTIVM morsum.

Betonicæ drachmas treis ex uini cyathis tribus diluito, & potui dato. omnium quippe serpentium morsus sanat, Betonicam quoq; uini nigri cyathis tribus conterito, & uulneri inclinito.

VENENIS datis expellendis.

Betonicæ drachmæ tres statim potæ, uenenum discutiunt.

Ad morsus rabidi CANIS.

Betonica contrita & contusa, morsui imponitur.

Ad FISTVLAS

Ex Betonica contusa, & contrita turundulas facito, & pusillum salis in serito, fistulam obligato, expurgat.

D PODAGRAE fugandę.

Betonicę radices, cũ folijs, coctas ad tertias, in aqua potas, ipsam quoq; per setritam, et applicatam, mire dolorem Podagrę lenire expti affirmãt.

Ad PVRGATIONES.

Betonicæ drachma purgationes hęrentes in uino expellit.

Ex IOANNE VIGONIO.

Betonica inter herbas, quę capiti conferunt, obtinet principatum.

Et folia eius imposita fronti, medentur dolori oculorum, & destillatio nes retinent.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides, principio lib. 4.
Plinius, lib. 25. cap. 8.
Apuleius, lib. de laudibus Betonicę.
Galenus. 7. simplicium.
Serapion, cap. 322. & cap. 20.
Platearius, cap. 7. Betonica.
Hermolaus Barbarus, in Corollario.
Marcellus Vergilius.
Aemilius Macer, dict. Betonica.
Pandulphus Collinutius
Oribasius, dictione, Betonica.
Ioannes Vigonius.
Nicolaus, Leonicenus.

DE CONSOLIDA MEDIA, A

Rhapsodia. XIIII.



NOMENCLATVRA

Teutonica, Gulden Guntzel/Brimel/oder Großz Guntzel.

SVPRA testati in Solidagine sumus, multas esse Consolidarum species, ex quibus & præsens est, quam Mediam, uel Minorem Consolidam uocant, uulgo, Guldenn Guntzel, teste HIERONymo herbario. Qui & huius quoq; triplicem differentiam facit. Et Primæ quidem nomen indit germanum, Brimel, flore purpureo. Alteri, Gulden guntzel, flore uieto, blaw. Et Tertiæ nomen Maiusculæ, teutonice, Großz Guntzel, sine floribus figura Betæ, folijs paulo exiliori- B bus. Quo uero nomine sit apud Dioscoridem alio ab Solidagine, ingenue fateor me ignorare.

Fol. 78. D

VIRES ET IVVAMENTA.

Vt superiores Consolidæ, uulnera glutinat.

Sanguinis trombos, ex casu, uel contusionibus cōactos in corpore, disijcit, & dissoluit.

Præsens remedium est alcolę, & oris ulceribus serpentibus.

Decoctum eius, uel aqua tumoribus illita, dissipat tumores omnes.

Datur apopleticis desperatis eius aqua, et ardore linguę laborātibus, si subinde ozymi seminis aliquot grana in eo macerentur.

Maiusculæ usus est ad intertrigines, ad ulcera penis, pudendorum, ad mariscas, & ad omnes tumores atq; abscessus.

Sunt qui in dolore neruorum aqua eius se obliniunt, atq; inde melius incipiunt habere.

Vidi qui colicis bibendam propinauerunt, & corrosione intestinorū laborantibus.

Herba Paralysis.

C



D

Himelschlüssel.

DE HERBA PARALYSI, Rhapsodia XV.

¶ NOMENCLATVRAE.

Latinæ, Herba paralysis, Margarita.
Germanicæ, S. Peters schlüssel/ Himmelschlüssel/ Schlüsselblumen/ Weiss Betonien.

MVLTA SVBINDE apud autores de Paralysi herba uestigauimus, plurima cum herbarijs contulimus, uerum necdum quicq; comperimus, quod ad stomachũ fecerit nostrum. Nomen ignotũ ueteribus scriptoribus. Barbari tam inscite, tam inepte, cõfusaneeq; oĩa miscent, ut maius etiam negociũ fecerint. Sic enim reliquit de ea Pandectarum rhapsodus. Herba Paralysis est, cuius folia florere incipiũt tempore hyemis, quę se extendunt in terra, quasi alba & crispa: ut Alisfagus, florem album profert.

Pandectarius

A



B

Quibus quid sibi uelit, non intelligo. Nam aliam longe hodie nobis demonstrarunt herbarij, principio ueris subalbidam & sublucentem, floribus Betonicæ fere folijs erumpentem, cui tam similis est, ut nullum lac lacti sit similius: quod mihi suspicionem facit, Betonicæ quandam speciẽ esse, albam scilicet: tametsi refragante Hieronymo herbario. Verumtamen id coniectura esto, nulla dialectica dignitas. Plura apud probatos autores non lego, nisi in Barbari Corollario. Qui in syluestri Cucumere de Paralysi quadam herba sic meminit.

Alius quoq; flos habetur, Bellis nomine, pratẽsis, & candidus, & quadamtenus rubeus, aduersus strumas efficax, ut Plinio uidetur. Sit autem Bellis idem qui & Bellius, siue Bellio, & ipse flos pratensis, quem Plinius quinquagenis quinis barbulis pastillicantibus coronatum scribit, animaduertendum puto. Quanq; enim luteus uidetur a Plinio describi Bellio, uolumine primo & secundo, Bellis uero candidus, sexto et uigesimo, non tamẽ ita in omnibus Plinianis codicibus luteum eum esse legimus.

Hermolaus Barbarus de Paralysi.

C Quidam luteum ei semen, non ipsum florem audiũt,& Paralysin dictam uulgo interpretantur: qui & primus ueris flos, & Margarita cognominatur, et hyeme quoq; tota nascit̃, ex Occidẽte, ut qdam existimant, in Italiam conuectus. Quinquagenas tñ ei ternas, non qnas barbulas inuenio. Laudat̃ ad Paralysim, a qua & nomen. Itemq; ad Podagras, & Ischiada. Paralysi uocatæ florẽ habet similẽ, paucioribus tñ barbulis. Flos, qui qm̃ a longinquo conspicuus est, Paradelis uulgo dicit̃: folio eñ non admodũ diuerso, nisi q; serratum est huic, non Paralysi. Sunt qui Buphthalmon, & Bouis oculum appellent. Nam qui Antipatrem uulgo dictum rentur eum esse, liquido fallunt̃: cũ sit Antipater surculosus, & flore luteo, quasi Cunilaginis minore. Folia Roris marini, latiora, minusq; lõga. Christophorianã, & oculũ Consulis nonnulli uocant. Huius illa proprietas, quod flores post nascentes, altius tollunt̃, q̃ prius nati. De cuius rei argumento uideri posset aliquibus, hãc herbã esse, quã Plinius Impiam uocari tradit. Herba inquit Impia uocatur incaua, Roris marini aspectu, thyrsi modo uestita, & capitata: inde alij ramuli assurgũt, sua capitula gerẽtes. Ob id Impiam appellauere, qm̃ liberi supra parentẽ extollant̃. Alij potius ita appellatã, quod nullũ animal eam attingat, existimauere. Hæc inquit, inter duos lapides trita feruet, p̄cipue aduersus anginas succo. Nec D tentati unq; eo morbo interiere. Sunt et qui in auium nidis inseri aliquid ex ea putent, iamq; ita non strãgulari pullos, auidius deuorãtes. Hæc Plinius. Cęterũ, quanq; similitudo in ea proprietate sit, multa sunt inter utrãq; discrimina. Primum, quod Impia incaua est herba, Antipater non est. Alterum, quod trita non feruet. Tertium, quod nec capitula, nec thyrsos gerit, sed flores dumtaxat. Hæc Barbarus.

Antipater herba Buphthalmus. Christophoriana. Oculus consulis. Herba Impia.

LOCVS.

Prouenit ultro in pratis uirentibus,

COLLECTIO.

Colligitur, partimq; in alembico exstillatur, partim siccatur in umbra, in principio Maij.

VIRES ET IVVAMENTA.

ex HIERONYMO herbario.

Eius decoctum, uel aqua illita capiti dolenti, dolorem reprimit.

Stomachum calefacit, & hepar, & matricem.

Quamobrẽ conuenit & grauidis laborãtibus, menstruaq; prouocat.

Serpentium quoq; morsus sanat, & uenenatorum omnium.

Tumores capitis sedat, & repercutit, lineo paño in eius aqua intincto, & subinde cataplasmata.

Macerantur flores eius in oleo oliuarum, et fit ex eis unguentum ad paralysim, & neruos frigore, & humoribus resolutos.

Vitiligines exterit, & in facie & in reliquo corpusculo.

Humores parientes Ischiada resoluit, expellitq;, & per urinã reducit.

A

Fumus terræ.



Daubenkropff.

B

DE CAPNO, id est, Fumaria herba, uel Fumo terræ, Rhapsodia Decimaquarta.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, καπνός. κορυδάλιον. κόριον. κορυδάλιον ἄγριον. καπνίτης. μαρμαρί-τις. καπνογόργιον. χελιδόνιον μικρόν. πιρισίριον. κασθαρίς.

Latinæ, Herba Fumaria. Fumus terræ. Capnitis. Apium.

Germanicæ, Erdrouch. Daubenkropff. Katzenkörbelkraut.

PLACITA AVTORVM de Fumaria.

Fumariæ herbæ descriptio ex DIOSCORIDE.

FRVTICOSA herbula est Fumaria, prætenera, Coriandri similis, folijs candidioribus undiq; numerosis, cineracei coloris, flore purpureo.

Eiusdem deliniatio ex PLINIO.

Capnus prima, quam Pedes gallinaceos uocant, nascens in parietibus, & sepibus, ramis tenuissimis, sparsisq;, flore purpureo, uiridis. Succo caliginem discutit. Itaq; in medicamenta oculorum additur.

Capnus duplex.

C Similis & nomine & effectu est alia Capnos fruticosa, prætenera, fo= lijs Coriandri, cineracei coloris, flure purpureo. Nascitur in hortis, & hordeaceis segetibus.

PARAPHRASIS HERMOLAI Barbari de Herba Fumaria.

Capnos, siue Capnion, hoc est, Fumus, duplex. Alia hic descripta, na= scens in hortis, & segetibus hordeaceis. Alia & nomine & effectu similis, quam Pedes Gallinaceos uocant, in parietibus & sepibus genitam, ramis tenuissimis, sparsisq;, flore purpureo, ut inquit Plinius: quam nonnulli modo Cimbalarē uulgo dictam, nescio q̄ recte interpretantur, folio He= deræ prętenui: ut in Cotyledone cōmonuimus. Hanc autē Capnon, quæ nascitur in sepibus, Cheliduniā phragmitem uocare moris est Aetio, ad exinanitiones partiū in iocinore curuarū utilem dictā: ut puto, quoniam succo discutit caliginem, ut Chelidonia: & ob id in medicamenta oculo= rum additur: ut in Collyrium Marciani, eam Chelidoniā Capnitida co= gnominantis. Quod si eadem probetur esse cum Cimbalari, ut quidam conijciunt, etiam illa similitudo confluet, quod folium Hederę habuerit, ,, quale Chelidonio minori contigit. Propterea consyderari cupio, nūquid ,, non similis, sed eadem omnino sit Capnos hæc, cum Chelidonio mino= re. Multa certe paria comperio. Cæterum ex eo, q̄ Capnon Plinius a no stris Pedes gallinaceos uocari scribit, magnus plerosq; inuasit error, exi= stimantes Capnon a Dioscoride monstratum, non aliud genus esse, q̄ D quæ uulgo Sanguinaria, & galli Crus dicitur. Pudenda & pœnitenda in scitia: nisi frons attrita multis esset. Quandoquidem ea quæ galli Crus uo catur, Gramini est tam similis, ut ab eo forte non admodum seiungi pos= sit: nisi q̄ folio minore cernitur, & fibris potius q̄ radice nititur. Id autem quod in utroq; summo frutice Trifarin, gallinacei Pedis imitationem ha bet, candidius in hac, q̄ in Gramine conspicitur.

Pes Gallinaceus congener Fumariæ. Cimbalaris herba quæ.

Vnde dicta est Fumaria ex, MARCEL. VERGILIO.

Fumariæ herbæ notissima res fumus, quondam nomen fecit: haud sa= ne, quia tricliniorū parietibus, eorūq; cameris inducta, nigredine noceat, aut quia, ut Poëta cecinit, suspensam exploret, duretq; ad fabricam mate riam, sed quoniam uis illi cōtra hominis oculos lachrymosa sit, qualis in fumo est. Ob quam caussam Flaccus, lachrymosum in carmine suo fu= mum appellauit: & Aristophanis seruus, in scænam redisse se dicebat, fumo coactum, nec potuisse domi cum cæteris esse, ὅτι ἔδακνε τὰ βλέφαρ' αὐτοῦ, quod est, quoniam eroderet palpebras eius & oculos. Quod maximum a fumo huic parti tædium est: cui potens idem Fumariæ herbæ succus a fumo indicata in græcis fuit. Nec tantū Capnon æquali fumo appella= tione eam uocauerunt, sed Capnitim etiam, id est, Fumariam dixerunt. Quemadmodum a similitudine Coriandrum: quæ uox in scriptore hoc multifariam creuit, alijs simpliciter Coriandrum, alijs agreste Co= riandrum, alijs diminutiua forma Coriandron uocantibus. Nasci hic

in segete hordeacea ait, Plinius tamen adiecit, & hortis: nec male: quoniam frequentior in hortis, quam in segetibus inueniatur.

SERAPIONIS ὑπογραφὴ, de Fumaria.

Scehiterig, id est, Fumus terræ, est herba similis Pastinacæ agrestis: nisi quia est magis minuta, & amarior, & habet radicem, cuius color uergit ad albedinem.

Laus Fumariæ ex MESVE.

Fumus terræ est ex medicinis benedictis, uerum exuberantia eius, & nimia copia, exemit eam e numero medicinarū preciosarum. Cum hoc enim quod aluum soluit, etiam uehementer confortat cætera membra. Nec est in ea aliquod nocumentum apparens. Est alia eius species, cuius flos est subalbidus, cinericeus: & alius, cuius color est pallens, uiolaceus.

ELECTIO.

Melior est, quæ uiret, folijs teneris, planis, & uiolaceo flore. Crispior ignobilis est.

TEMPVS COLLECTIONIS.

Colligenda est, a principio Veris herba, semen a fine.

TEMPERAMENTVM.

Calidæ & siccæ est complexionis in secundo. Acutæ simul & amaræ qualitatis. Nec prorsus ab acrore abest. Subtiliat, & penetrare facit, aperit occlusa, & resoluit.

RECTIFICATIO.

Nihil quidem habet noxij, uerumtamen exacuatione indiget, ut uehementius operetur. Censet igitur Mesue, in laxanda aluo, adijciendam illi aquam casei, mirabolanos, uel senas. Item passulas, & mel. Succus eius æquiparatur succo Absinthij. Et si repleantur ex succo eius uitra angustis orificijs, superinfuso oleo oliuæ, durat integro anno.

VIRES & iuuamenta eius ex DIOSCORIDE.

Huius succus claritatem facit oculis, delachrymationemque: unde nomen traxit.

Illitus cum gummi, euulsas palpebras renasci prohibet.

Commanducata herba, biliosam urinam cit.

EX MESVE.

Solutionem facit facilem, educitque choleram, & humores adustos.

Et uirtus eius extenditur ad uenas, & mundificat sanguinem.

Est medicina benedicta, iuxta omnem modum administrationis eius, ægritudinibus, & infectionibus choleræ, & humorum adustorum: cuiusmodi sunt, lepra, scabies, & impetigo.

Salubris quoque est medicina opilationum omnium.

Confert stomacho, hepati, & intestinis.

Vsus eius etiam est in febribus cholericis, & opilatis.

DE DOSI, & ministratione eius.

Potio succi ipsius est, ab drachma 5. usque ad. ij. Et decoctionis eius

C ab unc. x. usq; ad. xv. & pulueris eius ab drachm. iij. usq; ad. v.

EX IOANNE VIGONIO.

Succus eius inspissatus succo Lapathi acuti, & modico oxymelis, unamquanq; morpheam curat.

Item decoctio Fumi terræ, maluarum, uiolarum, & Lapathi acuti, cum furfure hordei, & nepita, unamquanq; scabiem potentissime curat, & mundat.

EX AETIO.

Vino subacta Fumaria, mixtaq;, stomachum roborat: datoq;, inquit Aetius, quantumcunq; febricitantibus.

EX PLATEARIO.

Contra hydropisim, & præcipue contra leucophlegma, succus eius addito puluere Esulæ drachm. ij. cum aqua calida. Vel fiat syrupus ex succo Fumi terræ, apij, fœniculi decocti, puluere esulæ, addito saccharo.

Contra arteticam dentur drachmæ. ij. hermodactylorum, cum succo Fumiterræ.

Herba autem ipsa in uino cocta, & cataplasmata super locum podagricum, multum ualet.

Ad melancholiam, uel phlegma, & nauseam in ore stomachi, datur succus eius cum aqua calida, addito zucchario.

D Nota quod quidam in mane, quidam sero, quidam simpliciter, quidam cum adiuncto ministrant.


Vesperi semper porrigitur cum aliquo uentositatem reprimente, & dissoluente: ut semine fœniculi, uel mastice. humores enim uentris disijcit, & exinde tormina sistit.

EX HIERONYMO Herbario.

Fumariæ potio, medetur pesti, oris ulceribus, reprimit tumores illita, purgat menses, & pulchritudinem inducit.


AVTORES, & DESCRIPTORES Fumariæ.

Dioscorides lib. 2.
Plinius lib. 25. cap. 13.
Hermolaus Barbarus in Corollarijs.
Marcellus Vergilius.
Mesue, de simplicibus.
Serapion cap. 71.
Ioannes Vigonius.
Aetius de simplicibus.
Galenus. 6. simplicium cap. 95.
Platearius cap. 3.
Georgius Valla dictione, Capnon.



Stendelwurtz.

Satyrion mas.



Knabenkraut.

Cynoſorchis.



Ragwurtz.



SATYRION
odoriferum.





Satyrion fœmina.

DE SATYRIIS, Rapſodia. XVI.

A

ℭ Nomenclaturæ.

Græcæ, ὄρχις. ὄρχις κυνός.

Latinę, Satyrion, Leporium, Teſticulus uulpis.

Germanicæ, Stendelwurtz/ Knabenkrut/ Kreützblůmen/ Ragwurtz.

PLACITA AVTORVM, de Satyrio.

HSENTENTIA THEOPHRASTI de Satyrio lib.9.cap.19.

HVMANIS corporibus, ultra illa quę ſanitatem, morbos, mortemcꝫ ſpectant, alia quocꝫ herbas afferre ſuis uiribus poſſe affirmant: utputa generandi ſeminis facultatem, atcꝫ ſterilitatem: ut quaſdam, ex eodem facere utrūcꝫ ualere: ſicut qui Teſticulus appellatus eſt. Cū enim gemini ſint, alter magnus, alter aūt paruus, magnum, efficacem ad coitū, datum e lacte caprino tradunt: minorem uero obeſſe ac inhibere. Habet aūt foliū Laſeris, uerū leuius, atcꝫ minus, caulem ſimillimum ſpinæ, quam pirum uocant. Mirum ergo, ut dictum eſt, ab una, eademcꝫ natura, diuerſitatem tantam uirium proficiſci.

Sententia DIOSCORIDIS lib.3.de Satyrijs.

De primo SATYRIO quod κυνός ὄρχις dicitur, id eſt, Teſticulus canis.

Teſticulus canis, quem Gręci Orchin, aut Cynoſorchin appellant, folijs circa caulem mollis, Oleæ ſimilibus, in terra ſtratis, longioribus, anguſtis, leuibus, caule dodantrali, floribus purpureis, radice bulboſa, oblonga, Oliuæ modo anguſta, duplici ordine: ſuperiore, quæ plenior eſt: inferiore, quæ mollior ac rugoſior.

Explicatio HERMOLAI BARBARI.

B

Cynoſorchis inueniri ſolet fere in uineis, folijs ternis, paruis, ſemipedalibus, radice ad formam teſtium hominis, alternis annis intumeſcente ac reſidente, atcꝫ hic mas eſt: & fœmina eiuſdem nominis: quæ diſtinguuntur internodijs, et ramoſiore frutice, radice faſcini. Naſcitur fere iuxta mare, & Satyrion uocatur, minus proprie. Aliud enim genus eſt, quod proprie Satyrium uocatur.

De altero SATYRIO DIOSCOR.

Teſticulus q alio nomine Serapias, Andrea autore, uocat̃, qm̃ inter pauca radix utilis ſit, folijs eſt Porri latioribus, oblōga, pinguibus, ex alarꝫ ſinu inflexis, caule palmeo, floribꝰ pene purpureis, radice teſticulis ſimili.

De Tertio SATYRIO.

Tertium Satyrion trifolium, quod tria fert folia, ad terrā infracta, Rumici, aut Lilio ſimilia, minora tn̄, ac rubea: caulem cubitalem, nudū, florē Lilij effigie, candidū: radicē bulboſam, mali magnitudine, fuluam intus ut ouum, candidam, guſtanti dulcem, & ori non ingratam.

De Quarto SATYRIO Erythronio.

Satyrion Erythronion, alij Erythranicon, alij Melion aqueum, alij Eu

C taticon, alij Priapicum, aut Satyriscon, aliqui satyri Testiculum appellant. Latini Molorticulum Veneris, semine lini, maiore, duro, leui, splendente, quod fertur non secus atq; Scincus libidinem excitare. Cortice radicis gracili, ruffo. Intus autem album includitur, sapore dulci, non ingrato ori. In montosis & apricis nascitur.

BARBARVS de Quarto hoc SATYRIO in Corollario.

Satyrion hoc notum pastoribus: quoniam arietibus & hyrcis segnioribus in potu dat̃, & in Sarmatia equis, ob asiduũ laborẽ pigrioribus in coitu: quod uicium Prosedamũ uocant. In totum quidem Græci concitationem hanc uolẽtes significare, Satyrion, et Satyrismon, et Satyriasin appellant. Ideo & Aristolochiæ genus unũ, quod Polyrrhizon cognominant, Satyrion ex facto uocari censeo. Herbam quoq; illam Satyrion Indam appellauerim, Theophrasto allatam ex India, cuius contactu libidinem durare septuagesimo coitu meminerit, nec speciem eius, aut nomen aliud reddiderit. Habent hodieq; Syri herbã simili effectu, Bucheidemq; nominant, et Indicam Satyrion: fortasse cum ea, cuius mentionem Theophrastum fecisse diximus, eandem, radice candida & dura, commendatiore, quo crassior & rugosior, & albior, podagris utili.

APVLEIVS de Satyrio.

Græcis dicitur Satyrion, alijs Cynosorchis, alijs Eutaceon, Eraten, Panion, Serapion, alijs Orchis. Aegyptij Menem, Galli Vram, Itali Priapistum, alij Torminalem, alij Testiculum leporinum nominant. Nascitur D in montibus, locis solidis & cultis, in pratis item, & locis maritimis. Lege eam mense Iulio.

Sententia PLINII de Satyrijs lib. 25. cap. 8.

Comitatricem uim habet Satyriõ. Duo eius genera. Vna longioribus folijs q̃; Oleę, caule quatuor digitorũ, flore purpureo, radice gemina, ad formã hominis testiũ, alternis añis intumescẽte, ac residente. Altera Satyrion Orchis cognominat̃, & fœmina esse credit̃: distinguit̃ internodijs, et ramosiore frutice, radice fascinis utili. Nascitur fere iuxta mare.

Græci Satyrion folijs Lilij rubri minoribus, & tribus, non amplius e terra exeuntibus tradũt: caule leui, cubitali, nudo, radice gemina. Cuius inferior pars & maior mares gignat, inferior fœminas. Est et aliud genus Satyrion, Erythroneon appellant, semine uiticis maiore, leui, duræ radicis, cortice rubro, intus album includit̃, sapore subdulci. Fertur in montosis inueniri.

Sententia SERAPIONIS de Satyrio cap. 90. & 91. cap. Chasialchel.

Satyrij duo sunt gñа. Vnũ habet radicẽ seu testiculos albos, & uocatur Chasialchel. Primũ genus Satyriõis uocat̃ Testiculus canis, & grece Cynosorchis: & est planta, quæ habet folia extensa super terram, & prope ipsam, & ortus est ex radice unius stipitis: & folia eius sunt similia folijs Oliuę: nisi quia sunt subtiliora eis, & longiora, super terrã extensa: & lon

gitudo eius est fere in lõgitudine unius palmi, & florẽ habet coloris pur- A
purei. Radix eius est similis radici Bulbi, nisi quia est tendens ad longitu
dinem & subtilitatẽ. Et est duplex, sicut sunt duę Oliuę in figura. Vna in
ferius, alia supius: una plena, & alia uacua et rugosa. Et comedit̃ radix ei9
elixata sicut Bulbus: et istud est Satyrion quo cõmuniter utunt̃. Secundũ
uero genus Satyrionis habet quoq; duas species: una est, quę uocat̃ Ara-
bice Chasiaalhabel, idest, Testiculus uulpis: et nominat̃ hęc in Gręco Tri
folium: quia plurimum quod de eo nascitur, est habẽs tria folia declinan
tia uersus terram: & similantur folijs Acetosæ maioris, aut folijs Lilij, ni
si quod sunt minora eis: & in testiculo suo est rubedo declinans rubedi-
ni sanguinis. Et habet stipitem subtilem, lõgitudine unius brachij. Et ha
bet florem similẽ floribus Lilij albi in figura. Et radix eius similatur cæpe
Bulbi in figura. Et est in magnitudine mali, exterius rubei coloris, interi-
us albi sicut ouum: & quod de ipsa administratur, est radix.

Genera Satyrionis.

AVTORIS PANDECTARVM.

Sciendum, quod est alia species Satyrionis, quæ uocat̃ herba Basilica grece, arabice, Digiti citrini, uel Bucheidem, Latine uero, Palma Christi, cuius folia sunt folia primæ speciei Satyrionis, sed graciliora, cum nigris punctis. Radix eius brancę manus, uel palmę manus habet similitudinẽ, floris crocei. Cum uino uel aqua tritum, crocatum efficitur.

Satyrion fœmina.

TEMPERAMENTVM

Humidum est & calidum temperamento in primo: ideo etiam gustantibus apparet dulce. Redundantem ac sufflantem humiditatem obtinet. Vnde propter suam inflationem libidinem citat.

VIRES ac iuuamenta primi, ex DIOSCORIDE.

B

Maiorem radicẽ si edant uiri, mares generare dicuntur: si minorem fœminæ, alterum sexum.

Addunt, in Thessalia mollẽ mulieres in lacte caprino bibere, ad stimulandos coitus: aridam uero, ad inhibendos, & alterũ alteri9 potu resolui.

Eius quæ uocatur Cynosorchis.

SECVNDI

Illita tumores discutit.

Vlcera purgat, & serpere eadem non patitur.

Abolet fistulas. Et illitu inflammationes lenit.

Aridę radices nomas inhibent, sanantq; oris putredines, & ulcera Cacõethe.

Aluum sistunt, e uino potæ.

De hac, eadem quæ de Testiculo canis producuntur.

TERTII.

Eam in uino nigro, austero, bibere conuenit, contra opisthotomum.

Vtendum ea dum concumbendi incessit cupiditas.

QVARTI.

Venerem, ut produnt, si omnino manu teneatur radix stimulat: eoq; magis, si bibatur uino.

C

Ex PLINIO.

Arietibus & hyrcis segnioribus in potu datur a Sarmatis.

Equis in potu datur, ob assiduum laborem pigrioribus ad coitũ: uim eius restinguit aqua mulsa, aut lactuca sumpta.

Ex ORIBASIO.

Radices tritæ, cicatrices nigras tollunt.

Ex APVLEIO.

Vlceribus difficilibus, herbæ Priapisti radices tusas impone, & repurgat, & cicatrices claudet.

Herbæ Priapisti succo oculos inunges, & lippitudines, & dolores tollet sine mora.

Si quis mulierem subagitare non poterit, herbæ Priapisti radicem, id est, testiculum dextrum, quia maior est, & piperis albi grana.27. mellis unc.iij. in uino optimo dissoluat, & de hoc medicamine pondo scropulorum.9. per triduum sumat.

Ex IOANNE VIGONIO.

Vinum decoctionis eius, uel radix in gallinarum brodio decocta, libidinem plurimum excitat.

Ex AGGREGATORE Herbario.

Mulieres Italiæ, radicem tritam ministrant cum lacte caprino, ad excitandam libidinem. Resoluit apostemata inflata.

Cum melle rosaceo mundificat uulnera.

Curat Herysipilam, quæ est defœdatio cutis uitio cholerici sanguinis.

D

Et in ipsa est parum stipticitatis, ideo retinet uentrem, potum Satyriõ.

Quod habet flores purpureos, cum sale aperit hęmorroides.

Et quando administratur sicca, prohibet dilatationem ulcerum, & abscindit putredinem. Vlcera oris sanat.

Ex HIERONYMO nobili Empirico.

Decoctum, uel aqua Satyrionis masculi, confortat stomachum potum pondere unc.15. Et Ictericiam profligat, & urinam cit.


Sanat omnia & externa, & interanea uulnera, potum pondere unc.15.

DESCRIPTORES Satyrij.


Dioscorides, libro.3.
Plinius libro.25. capite.8.
Theophrastus lib.9. cap.19.
Her. Barbarus in Corollarijs.
Serapion, cap.90. &.91.
Apuleius, capite.15.
Autor Pandectarum.
Georgius Valla, dictione Satyrion.
Galenus lib.8. cap.28. &.29.
Aggregator.
Hieronymus herbarius.
Ad Paternianum cap.220.
Oribasius, lib.3.
Ioan. Vigonius dictiõe, Satyrion.

Buglossa syluestris.

wild buglosse
or the alkanet
buglosse wher
of cometh the
red tincture w^ch^
called alkant



Wild Ochßenzung.



Ochßenzung.

Borago.



Burretsch.

C

DE BORAGINE, ET BVGLOSSO, Rhapsodia Decimaseptima.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, βούγλωσσος. γόνος αἰλοόρον.

Latinæ, Lingua bubula. Euphrosynum.

Germanicæ, Burretsch/ Ochssenzung/ Gegenstraß,

Problemata Marcelli Vergilij, Hermolai Barbari, & Nicolai Leoniceni, de Borragine & Buglosso.

Sentencia MARCELLI VERGILII in Capitulo Dioscoridis de Cirsio lib. 4. cap. 120.

Buglosson & Cirsion figura fere non differunt. Cirsion est Borago. Permutatio nominum in Boragine & Buglosso.

CIRSION, grande Buglossum, de quo mox dicendum erit, aliqui uocauerunt, non leui inter hanc, & illam dubitatione, utra uerum Buglossum, & quænam Buglosso congener Cirsion hæc sit. Sunt enim multæ inter se similitudinis Cirsion, et Buglossum: licet illa a boum linguis indicata fuerit, hæc a uaricibus: de quibus paulo ante diximus: notumq; omnibus modo Buglossum est. Quę si sit qualis in hortis & agris foditur, necessario relinquitur esse Cirsion, quam nostra ætas, Boraginem uocat. Verum, quemadmodum Nicolaus Leonicenus in hac ipsa re cōmentatus iampridem est, non importune dubitauerit aliquis, cōmutatas inuicem duarum herbarum appellationes fuisse: esseq; antiquam Buglossum, nostram Boraginem, Cirsion uero hoc, nouam, & nostram Buglossum. Quæ enim huic & illi notæ, uiresq; tribuuntur, mutatis hac ratione plantis, magis conuenient. Purpurea enim florum cacumina, quæ in Cirsio hic describit, eius potius sunt, quæ Buglossum nunc dicitur, q̄ Boraginis, quæ cæruleos habet flores. Quodq; Buglosso hic paulo post tribuet, læticiam & hilaritatem facere in uini pocula demissam, Boragini passim tribuitur: iactatq; quotidie gens nostra hilaritatem, multo eius cibo utendum esse. Quinetiam quæ eodem loco describuntur folia aspera & nigriora, Boragini magis q̄ Buglosso competunt: quæ albicante folio penitus est. Sunt præter hæc alia etiā, quibus significari id poterat: sed in re iam pridē tractata, satis hæc sint.

D

ET RVRSVM cap. 129. de Buglosso, eodem lib. 4. DIOSCORIDES.

Vulgata Buglossus, est Borago. M. Cato.

Polliciti sumus in Buglosso, addituros nos esse aliqua, quæ nullo modo alia sunt, q̄ propensiores continue in eam partem fieri, ut credamus, quam ueteres Buglosson dixerunt, nostræ ætatis Boraginem esse. Vtimurq; ad eam rem hac etiam coniectura: q̄ M. Cato. 40. capite operis sui de re rustica, insitionem arborum docens, cum instituisset quatenus, & quomodo surculos inseruisse & circumligasse oporteat, addidit. Insuper Lingua bubula obtegito si pluat, ne aqua in librum permanet: eam Linguam, insuper librum alligato, ne cadat. &c. Veri simileq; est, in operiendo truncæ & insitæ stirpis rotunda sectione, rotundiore potius q̄ longiore folio uti præcæpisse. At Boraginis tale est. Eius uero quæ nunc Buglossus habetur, longa folia sunt: ideoq; operiendæ rotundæ stirpi minus apta. Scimus quidem, non posse, nec debere rem certam docentes, tam incertis & ambiguis uestigijs niti: potuisseq; antiquos insitores illa etiam uti: quoniam satis esset insitam stirpem quocunq; operimento a pluuia defendere: & quod primum inferenti se obtulisset, luto, palea, alijsq; huiuscemodi uti. Non tamen negligendum, qualecunq; id fuerit, ignotæ rei uestigium. Nec nos alio consilio id retulimus, q̄ ut haberent legentes, hanc etiam eruscandæ ueritatis ansam: scirentq;, antiquæ Buglossi, quam Cato, omnesq; alij a boum Linguis, quas imitatur, bubulam Linguam dixerūt, hunc etiam fuisse in rustica re usum. In urbana autem præcipuum, quod in scriptore hoc postremum est, deiecta in uinum Buglossi folia, uoluptates animi, & læticiam augere: neq; ultra hunc usum Buglosso aliud multifaciendum ab antiquis scriptoribus tribui. Plinius. 25. uolumine, cap. 8. sic de ea egit. Iungitur huic Buglossos boum Linguæ similis: cui præcipuum, q̄ in uinum deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphrosynon. Mox. 26. capite. 12. Buglosso inarescente, si quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt a febre liberari. Quod amuleti potius q̄ medicinæ rationem habet. Paulus itidem Aegineta in sexto de Buglosso hæc tantum monet. βούγλωσσον ὑγρόντε καὶ θερμόν ἐστι τῇ κράσει. ὅθεν τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενος εὐφροσύνην ποιεῖν λέγεται. Quod est. Humidum, calidumq; temperamento Buglossum est. Eamq; ob caussam uino iniectum, læticiam animi facere dicitur. Nec ultra hæc quicquam de Buglosso tradidit. Galenus etiam nihil dictis ab alijs aliud addi-

Præcipua uis Buglossi. Plinius. Paulus Aegineta. Galenus.

A

dit, q; tuſsibus & faucium aſperitatibus utilem eſſe. Nulluſq; non ex antiquis, læticiæ & uoluptatis ſpem in Bugloſsi uſu legentibus proponit: quod in Boragine nunc paſsim fertur. Veriſimileq; eſt, quaſi per manus traditam, ſeu opinionem, ſeu famam ad nos perueniſſe, & adhuc ſeruari. Non utimur ad hanc rem populari omnino ſenſu, & iudicio plebis: non tamen negligimus penitus. Quodq; nos magis urget, Cirſij hiſtoria eſt, in qua flores ἀκρεπόρφυροι, id eſt, in ſummo purpurei deſcribuntur: qui color proprius floris eius eſt quam Bugloſſum nunc paſſim uocant. Vrgent longiora folia quæ in Boragine decurtatæ rotunditatis ſunt. At dicet aliquis: boum Linguis ſimilior noſtræ ætatis Bugloſſus q; Borago eſt. Non negamus id. Verũtamen illud etiam monemus, neſcire modo nos quæ fuerit antiquis Græcis comparationis huius ratio: & quid nam boum Linguæ illi comparauerint: uerbi cauſſa, aſperitatem, latitudinem, colorem, longitudinemue. Pro noſtræ ætatis Bugloſſo longitudo præcipue & color eſt: pro Boragine contra tam multa hactenus numerata indicia, quæ diligentius cæteri etiam excutient. Nos enim pro deprehendenda ueritate, cogitanda alijs hæc tantum proponimus. Nec laboramus pro re (cunctis enim nota eſt) ſed pro medicæ materiæ antiquis nominibus & hiſtoria: quæ a poſterioribus græcis toto hoc capite male habita eſt. Credimuſq; nos, ex obſeruatis hactenus, non eſſe Dioſcoridis quæ a principio capitis longius leguntur, uſq; ad, Verbaſco ſimilia habet folia. &c. Quæcunq; enim a Serapione, antiqua ſcriptoris huius interpretatione, & aliquot græcis Bugloſſo huic tribuuntur, nulla alia ſunt, q; Verbaſco ſimilia habere folia. Folio in terram deciduo eſſe: eodemq; aſpero, & nigriore, boum Linguę ſimili: idq; in uinum coniectum, læticiam augere credi. Cætera nulla in antiquioribus græcorum codicibus & latinis ſcriptoribus ſunt. Et Plinius, quæ nunc in ſcriptore hoc leguntur, dandam eſſe ſcilicet Bugloſſum hanc quæ tres caules protulerit, ad tertianas: quę uero quatuor, ad quartanas, non Bugloſſo, ſed Cynogloſſo tribuit. Verba eius ſunt lib. 25. capite. 8. Iungitur & Cynogloſſos caninas imitans linguas: aiuntq;, quæ tres thyrſos ſeminis emittat, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe: quæ quatuor, ad quartanas. Accedit his etiam carpendi Bugloſſum hanc Iulio menſe præcęptum: quem hic ſcriptor Romana uoce ἰούλιον uocat: quod in græcis antiquis ſcriptoribus nunq;, aut raro inuenitur. Dico aũt antiquos, nondũ penitus oblitterata græcorũ re: quoniam poſt Cæſares Romanos, latinis menſium appellationibus potius, q; græcis, ſuadẽte id fortuna eius gentis & maieſtate, uſi omnes ſunt. Quodq; coniunctũ huic eſt, non conſueuiſſe Dioſcori. temporũ notas ex menſibus accipere, ſed ex anni tempeſtatibus: uerbi cauſſa, ſolſtitijs, uere, autumno, hyemeq;, & æſtate. Scimus medicinæ hæc nihil, aut parum conferre. Sed nos herbariã tractamus: conamurq; in hoc ſcriptore, minus corruptã ſaltem latinis eam reddere: quoniã integram, in tanta poſteriorũ incuria & imperitia impoſsibile eſt. Effugerat pene nos quod ad Bugloſſum & Boraginem, earũq; notas adhuc pertinet. Id huiuſcemodi eſt, Cirſij Bugloſſo hic ſimilia eſſe folia dixit, mediocriter hirſuta, longioraq;, & albeſcentia, in extremitatibus aculeata: Bugloſsi autem φύλλον χαμαιπετὲς, τραχύ τε καὶ μελάντερον, quod eſt, folium in terram deciduũ, aſperumq;, & nigrius. Conferatur nunc cum naturæ exemplaribus utriuſq; hiſtoria, carptaſq; ex horto Bugloſſum & Boraginem diligẽtius contemplemur. Mihi ſane prior illa Cirſij hiſtoria noſtræ ætatis Bugloſſo reſpondere, poſterior autem Boragini undiq; uidetur. Sunt enim Bugloſsi folia longiora q; Boraginis. Albicant illa, hæc contra nigricant. Illa ſurgunt, & per ſe ſtant in altum nitentia: Boraginis in terra iacent. Eſtq; illi proprium quod hic ait χαμαιπετὲς, id eſt, humi ſtratum folium.

Obiectio tacita.

Plinius.

B

Aliud diſcrimen Boraginis, & Bugloſsi.

Opinio Vergilij in ea con trouerſia.

IVDICIVM NICOLAI Leoniceni de Bugloſſo, et Boragine lib. de erroribus Medicorum.

De Bugloſſa aũt, de qua quæris, an ea qua pro Bugloſſa utimur, ſit uera Bugloſſa, ſi tibi q̃d ſentio, reſpondero, uereor ne ſicuti tu admodũ docte dubitaſti, ita ego omniũ proterue uidear uniuerſam noſtri temporis medicinã euertere. Nam ſi probare contendero, Bugloſſam, quam medici iuniores ad uſum medicinæ adhibent, non eſſe ueram Bugloſſam, cur etiã inquiet aliquis, Lactucã, qua ueſcimur, uerã eſſe Lactucam non inficiaris? Non ita tamen ſumus animati. abſit enim a nobis tanta temeritas, ut omnia iuniorũ medicorum placita uelimus demoliri: ſed ſicuti multa eorum probanda cenſemus, ita plura ſunt in quibus autores ueteres magis ſequendos iudicamus, atq; in illis præſertim, in quibus ijdem medici iuniores inuicem uidentur diſſentire. De Boragine Simon Genuenſis in litera B, ita ſcribit. Borago herba nota, cibo apta, & medicinæ, & flos, & folia, & ſemen: Bugloſſa dicitur ſpecies eius ſylueſtris. Non reperio autorem aliquem autenticum, facientem capitulum de utraq;: ſi ſcribit de una, non ſcribit de alia. Hæc ille. Pandectarius autem aliter ſentit. Nam undecimo capite ſcribit alterum de Boragine, in quo allegat Dioſcoridem: alterũ de Bugloſſa, in quo citat Serapionẽ ex eiuſdem Dio-

Modeſtia, & iudicium Leoniceni.

Simon Genuenſis de Boragine.

Pandectarius.

C

Bartholomęus de Montagnana in consilijs.

De Buglosso plura creduntur, quam sit.

Pugnãtia Neotericorum in Boragine & Buglosso.

Duæ herbæ Linguæ bouis similes.

scoridis autoritate de Buglossa loquentem. Montagnana uero in quodam consilio scribit hæc uerba. Borago autem non placet, quia planta multum uentosabilis, & uentositiua: quod ostenditur propter multitudinem eructationum quas efficit. Et licet ponatur temperata, quia est species Buglossæ, quæ tẽperata est, de ea tñ parum ab autoribus scribitur, & plura de ea credũtur, quam ratione & autoritate uerificari possint. Auicenna tamen de ea nihil dixit. Vide quanta sit istorum autorum discordia. Alter dicit, nullum autorem de utraque, scilicet de Boragine, & de Buglossa loqui: alter super ambabus herbis citat Dioscoridem: alter facit Buglossam spẽm Boraginis syluestris: alter Boraginem Buglossæ tanquam generi subijcit. Auicenna quoque secũdo canone, capite de Lingua bouis, notat sui temporis medicos, qui non uera Buglossa uterentur, sed alia quæ non habet easdem utilitates. Quare in tanta medicorum, tum latinorum, tum etiam Arabum de herba Buglossa controuersia, quid mihi uideatur, aperiam. Primum illud pro confesso habetur, Buglossam græco interpretamento Linguæ bouis assimilari. Duæ autẽ sunt herbæ Linguæ bubulæ, atque ideo etiam inuicem similes: altera a nobis Lingua bouis, altera Borago nominatæ. Sed duæ quoque herbæ itidem Linguæ bubulæ similes celebrantur græcis nominibus apud Gręcos, altera Buglossum, altera Crision ab eisdem gręcis nuncupatæ: adeo, ut minime dubitem, duas illas herbas, quarum alteram Linguam bubulam, alteram Boraginem sermone nostro uocitamus, ad duo capita apud Dioscoridem debere referri: quorum alterum est de Buglosso, alterum de Crisio. Nam & hoc propter magnã quam habet cum Buglosso similitudinem, Buglossum magnum pariter a Græcis appellatur. Verum diligentius consideranti bus, descriptio Buglossi apud Dioscoridem plus Boragini conuenit: descriptio autẽ Crisij, siue Buglossi magni plus alteri quadrat, quam nos uulgo Buglossam, seu Linguã bubulam nominamus. Siquidem idem Dioscorides inquit folia Crisij esse longiora folijs Buglossi. Quanquam apud Pliniũ, qui Crision lib. 27. cap. 8. fere eodẽ modo quo Dioscorides describit, eandem Crision habere folia nõ longiora Buglosso, seu ut ipse interpretatur, Lingua bouis, sed potius minora, scribatur. Quem puto errorem ex uocabuli Græci similitudine, & codicis mendo, quem Plinius habuit, contigisse: quoniam pro macrotera, quod uerbum significat longiora, microtera, id est, minora scriptum inuenit. Ego uero in multis codicibus græcis, non solũ impressis, sed etiam manu scriptis, apud Dioscoridem, μακρότερα, id est, longiora, non autem μικρότερα, id est, minora reperi. Liquido autem sensui subijcitur, folia herbæ illius, quæ uulgo Buglossa dicitur, esse folijs Boraginis longiora. Item idem Dioscorides inquit, in summo caule Crisij esse capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines: quod etiam in herba Buglossa a nobis appellata uisu deprehenditur. Contra in Boragine capitula cerulea, non autem purpurea conspiciũtur. In autore autem de simplici medicina leguntur hæc uerba. Buglossam Romani Linguam bubulam, Lucani Corago. Nascitur locis cultis & sabulosis. Forte autem pro borago uerbo, corago uitiose scribitur: aut nomẽ coraginis, una litera uariata, est in Boraginẽ uersum. Quod autem inquit, nasci locis cultis & sabulosis, hoc idem de suo Buglosso Dioscorides tradit. Pandectarius quoque, si qua est huius hominis autoritas, in litera, l, Lisinaltaur, quod nomen apud Arabes significat linguam bouis, ipse Boraginẽ interpretatur. Quare forte melius fuerit, cum Buglossam, de qua Dioscorides, Galenus, & autores Arabes utrumque allegantes, ad usum medicinæ adhibemus, Boraginem potius, quam illam quæ passim Buglossa nuncupatur recipere. Atque ita falsum erit id, quod Montagnana existimauit, Auicennã nihil de Boragine dixisse. Nam, nisi mea me fallit opinio, caput de Buglossa, seu Lingua bouis apud Auicennam, est caput de Boragine, sicuti etiam apud Serapionem. Falsum etiam erit, id quod Simon scribit, qui putauit neminem autorem de utraque herba simul scripsisse. Siquidem Dioscorides apud Græcos, & Plinius apud nos, tam de Buglossa, quã etiam de Crisio fecere mentionẽ. Negari autem non potest, quin Borago sit alterũ duorum apud Dioscoridem, aut Crision, aut Buglossum, ab his præsertim, qui Boraginem Buglossæ, uel Buglossam Boraginis speciem confitentũ: quando & Dioscorides ipse Crision habere folia similia Buglosso, & Buglossum magnũ uocari testificatur. Si tamen Borago sit Crisium apud Græcos, uerum erit quod a Montagnano scribitur, tam multa de Boragine a iunioribus medicis temere prædicari. Nam Dioscorides hoc tantum de Crisio retulit: quod si radix eius alligatur super locum dolentem, sedat dolorem. Plinius autem, quod herba aut radix alligata sanat dolores uaricũ. Quare medici iuniores utrum uelint accipient, aut quod Borago sit uera Buglossa, ut nos opinamur: aut quod eius herbæ usus non sit ad illa utilis, ad quæ ipsi arbitrantur.

Explanatio Dioscoridæ.

D

Pandectarius notatur.

Error Montagnanæ.

Ignauia Simonis.

IOAN. MAINARDVS lib. 5. Epistolarum.

Ex herbis congruunt, lactuca, cichorium, portulaca, Buglosson, quam Boraginem uocant. Et sic ubique fere alias.

HERMOLAVS BARB. in Capitulo de Cirsio. A

Cirsion potius q̃, ut quidam legunt Crision, a uaricibus dicta est, qui bus utilis existimatur. Ita enim uarices ab Hippocrate dicuntur. Quas Aristoteles Ixias uocauit. Huic herbæ similis est, quæ Hircina lingua uulgo dicitur, sed caule tamen rotundo, non angulоso ut Cirsion: nec dissimilis huic uidetur, quam Boraginem, siue Porraginem olitores nostri uocant, flore interim purpureo, Cirsion interim ceruleo: quę si Cirsion non est, mirum, quamobrem sit indicta ueteribus, quæ sit & uulgatissima, & cibo gratissima. Nisi quis Buglossæ generibus contribuat.

Ixiæ. Hircina lingua. Borago.

Verba DIOSCOR. de quibus est Controuersia, Cap. de Buglosso.

Buglossum nascit̃ in campestribus, & uaporosis, Verbasco simile est, foliũ in terra sparsum, nigrius, asperum, bubulas imitans linguas.

EIVSDEM descriptio Cirsij, quã contendunt Boraginem.

Crision aliqui Buglossum magnum uocant, Romani Spumam mollem. Caulis est tener, duorum cubitorũ, triangulo similis, anguli spinosi, per interualla mollis: folia Buglosso similia, maiora, subcandida, modice hirsuta, hispida, in quo capitula purpurea, quæ soluunt̃ in lanugines.

IVDICIVM NOSTRVM.

Iam penes te sit, Lector, quicũq; es, iudicium. Nos utramq; tibi adpinximus, & Buglosson, & Boraginem. Habes præterea doctorum hominum iudicia, & Dioscoridis uerba tibi subscripta: uerisimileq; mihi uidetur, ut in floribus & herbis conueniunt, ita quoq; in iuuamentis. B

TEMPERAMENTVM.

Vtraq; calida est, & humida in primo.

VIRES ET IVVAMENTA ex DIOSCORIDE.

Aiunt eam, quę tres thyrsos emittit, cũ semine & radice tritam, potãq;, contra tertianos rigores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos.

Ea in uino decoquitur. Herbam abscessibus utilem esse uolunt.

Proinde in uinum deiectum, animi uoluptates augere.

Ex AEMILIO MACRO.

Lingua Bouis, græco sermone Buglossa uocatur.
Hæc choleram rubeam, nimio feruore perustam,
Purgat, cum uino fuerit si sumpta frequenter.
Cordiacum, choleræ quem feriat copia nigræ,
Consimili potata modo, curare ualebis.
Humores nocuos pulmonis detrahit hausta,
Mixtus aquæ tepidæ, si succus sumitur eius,
Illi qui patitur schiasim, mire medicatur.
Vim memorem cerebri dicunt seruare periti,
Vinum potatum, quo sit macerata Buglossa.
Lætos conuiuas, decoctio dicitur eius
Reddere, si fuerit inter conuiuia sparsa.

C

EX GALENO.

Congruit ob gutturis aſperitatẽ tuſsientibus coctũ Bugloſsũ in mulſa.

EX IOANNE VIGONIO.

Bugloſsũ generat ſanguinẽ bonũ, & uirtutẽ habet ſimilem Boragini.

Et eius radix ſub prunis decocta, cũ pannis madefactis piſata, cum æ=quali portione pulpæ pomorũ, & ſub prunis decoctorum, & butyri pa=rum, panaricij dolorem mitigat.

Et omnes furunculos maturat.

In ore quoq; detenta, ſi prius in uino granatorum ſit macerata, & in=fuſa, aſperitatem, & ſiccitatem linguæ febricitantium mitigat, & ſitim re=ſtinguit, nec ingrata etiam infirmo.

EX APVLEIO.

Herba Bugloſſa, ex melle et pane piſata, uice malagmatis mirifice rũpit.

EX SERAPIONE.

Siquando folium eius comburitur, confert fluxibilitati dentiũ & gin=giuarum, & ad alcolam, & proprie quæ accidit in ore puerorũ, & omni=bus caliditatibus quæ fiunt in ore.

Proprietas eius eſt, purgare cholerã: ſed ſumẽda eſt cũ bolo armeno. Et doſis eius eſt ab drach. iij. uſq; ad. v. cũ ſaccharo, et cũ drac. i. boli armeni.

EX HIERONYMO herbario.

D

Aqua Bugloſſæ diſsipat Ictericiam, mundificat lepram & ſcabiem, & fluxiones capitis mitigat.

EX IOAN. VIGONIO.

Virtus eius eſt, ſanguinem bonum generare.

Et uniuerſaliter uulneratis conceditur in ferculis, cum petroſelino, & mentha, præſertim in iure gallinarum decocta.

EX PLATEARIO.

Conualeſcentibus ex ægritudine ualet.

Item ſyncopizantibus, cardiacis, melancholicis, comeſta cum carni=bus, uel condita cum ſagimine.

Contra ſyncopim talis eſt uſus. Ex ſucco Boraginis cum ſaccharo, fiat ſyropus, addito oſſe de corde cerui.

Contra melancholicam paſsionem, & epilepſiam ſic fiat decoctio in ſucco eius de ſene, & in colatura fiat ſyropus. Si deeſt herba, ſemen eius decoquatur in aqua, in cuius colatura fiat ſyropus. Et nota, quod ſemina per duos annos poſſunt ſeruari in multa efficacia.

Radix competit uſui medicinæ. Contra Ictericiam comeditur cocta cum carnibus: & ſucco eius, & ſcariolæ, utatur in potu.

AVTORES ET DESCRIPTORES Bugloſſæ & Boraginis.

Dioſcorides, lib. 2.	Hermolaus Barbarus.	Mar. Vergilius.
Platearius, cap. 2.	Serap. cap. 83.	Apuleius, cap. 21.
Aemilius Macer.	Mianardus.	



Verbena Mascula

C

VERBENA fœmina.



Yßenkrut weiblich.

D

DE VERBENA,

RHAPSODIA Decimaoctaua.

Nomenclaturæ.

Græcæ, ἱεραβοτάνη. περιστερεὼν ὕπτιος. ἠριγένιος. σιδηρῖτις. κουρῖτις. πέρσεφόνιον. Διὸς ἠλακάτη. διχρώμος. κάλλησις. ὑππάρισος. Δημητριάς. ἐρυσίσκηπτρον.

Latinæ, Verbenaca supina. Sacra herba. Verbena. Sideritis. Curitis. Demetrias. Erysisceptrum. Cincinnalis herba. Lachryma Iunobis. Herba Sanguinalis. Sanguis Mercurij. Mustelæ sanguis. Hierobotane. Licinia. Lustrago. Columbina. Militaria. Vertipedium. Crista gallinacea.

Germanicæ, Yßenhart. Yßenkrut.

AVTORVM PLACITA de Verbena.

Sententia DIOSCORIDIS de Verbena.

CVBITALES hæc Verbenaca profert uirgas, aliquando etiam maiores & angulosas: circa quas folia sunt ꝑ interualla, quernis similia, angustiora tñ, minoraq́ꝫ, sed ꝑ ambitũ secta, colore quadãtenus glauco. Radicem habet oblongam, gracilemq́ꝫ: flores purpureos, tenuesq́ꝫ.

Præconium Verbenæ ex PLINIO, libro,25.cap.9.

A

Nulla herbarum Romanę nobilitatis plus habet, quàm Hierobotane. Aliqui Peristerion, nostri Verbenacam uocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa uerritur, domus purgantur, lustranturque.

Superstitiosa herba Verbena.

Genera eius duo sunt. Foliosa, quam fœminam putant. Mars rarioribus folijs. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora quàm Quercus, angustioraque, diuisuris maioribus. Colos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis, aquosis. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus faciũt, quoniam utraque eosdem effectus habeat. Vtraque sortiuntur Galli, & pręcinunt responsa. Sed magi circa hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare quę uelint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortũ debere, ita ut ne luna, aut sol cõspiciatur, fauis ante & melle terræ in piamentum datis. Circumscriptam ferro, effodi sinistra manu, & in sublime tolli: siccari in umbra, separatim folia, caulem, radicem. Aiuntque, si aqua spargatur triclinium, qua maduerit, lætiores cõuictus fieri. Aduersus serpentes conteritur uino. Est similis Verbasco herba, quę sæpe fallit, pro ea capta, folijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta, blactas in se contrahit. Ideoque Romæ Blactariam eam uocant.

Terentius in Andria. Ex ara hinc sume Verbenas tibi. Verg. eglo. 8. Verbenas adole pingues, et mascula thura. Coniugis ut magicis sanos auertere sacris Experiar sensus, nihil hic nisi carmina desunt.

B

Idem lib.22.cap.2. Autores imperij Rom. conditoresque, immensum quiddam & hinc sumpsere: quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationibus, quàm Verbenæ. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est, gramẽ ex arce, cum sua terra euulsum. Hoc semper & legati, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur usi, id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius uocabatur.

Picturatio Verbenæ ex APVLEIO.

Nascitur ubique in planis, & aquosis locis Verbena. Folijs subalbis, & uelut incisis, radice simplici atque thyrso, uirtute redarguenti, quam Stypticen uocant. Est quæ uulnera conglutinat, atque putredines abstergit. Est autem columbis esca iucunda.

Autor PANDECTARIVS de Verbena.

Species Hierobotanos est Centrum galli, & est supina. Secunda est Verbena, quæ dicitur Gallinacea, & est recta, & ideo uocatur ὄρθος.

Centrũ Galli Gallinacea. ὄρθος.

Verbena unde sic dicta est, ex HERMOLAO BARBARO.

Peristereon a Gręcis uocata, quod columbę in ea mansitent. Vnde Columbaris uocatur. Item Lucinia, & Lustrago, & Militaria. Sunt qui Petonomon, a uolucrum pastu nominent, & a colorum uarietate Panchronon. A nostris Verbena, & Verbenaca, siue (ut arbitror) corrupte Verminaca dicitur. Item Ferraria, non feria, etiamsi Dioscorides ita nominasse uideatur. Quandoquidem secundũ huius herbę genus, ab ipso

Columbaris. Petonomon, Panchronos Verminaca.

C met Dioscoride Sideritis appellaur.

TEMPERAMENTVM.

Virtutem habet exsiccandi, & uulnera consolidandi.

VIRES ET IVVAMENTA eius ex DIOSCORIDE.

Folia cum suillo adipe recenti, aut rosaceo imposita, uulneris dolores finire putantur.
Ignem sacrum, illita ex aceto reprimunt.
Putrida ulcera cohibent.
Vulnera glutinant.
Veteraq; ex melle, ad cicatricē perducunt.

Ex AEMILIO MACRO.

Verbenam, Hierobotanem, Peristereonq;
Appellant Græci, species hæc fertur habere
Binas, effectus est idem pene duabus.
Cum uino iuuat ictericos si sæpe bibatur. *Vires Verbenæ.*
Pestiferos morsus curat, superaddita trita:
Cum uino renouanda quidem per quatuor ista
Est medicina dies: oris bene uulnera purgat,
Illius succus tepidus si uoluitur ore.
Hoc quoq; facta recens herbæ decoctio pręstat.
D Hac etiam quæuis putredo repellitur oris,
Si tepefacta diu uoluatur fauce sonora.
Glutinat herba recens uulnus, supperaddita trita.
Occurrit cunctis cum uino sumpta uenenis.
Quæ fuit alternis febris accedendo diebus,
Pellitur hac, tribus sumptis radicibus eius.
Cum totidem folijs potentur aqua soluta.
Ista prius patiens, q̄ frigus senserit ullum.
Hocq; modo febribus quartanis illa medetur,
Bis binis folijs, cum tot radicibus haustis
Illius in uino si sit decoctio facta.
Conuiuas hilares inter conuiuia sparsa
Reddere narratur, ut iam præscripta Buglossa.
Hanc herbam gestando manu, si quęris ab ægro, *Superstitiosum.*
Dic frater, quid agis? bene, si responderit æger,
Viuet: si uero, male, spes est nulla salutis.
Ex hac compositam quidam iussere coronam,
Apponi capiti caussa quacumq; dolenti,
Sic dicunt illam celerem conferre medelam.
Plinius affirmat, hanc omnibus esse salubrem
Visceribus, lateris morbis, iecorisq; quærelis,
Pectoris & uitijs, & præcipue medicari

Pulmonum caussis, hanc asserit ille, phthisiq;.
Parotidas reprimit, adipi commixta uetusto.
Herbam, cui nomen folijs de Mille dedere,
Betonicamq; pari Verbenæ pondere iunge,
Hæc mixta potentur aqua, nullum medicamen
Vtilius credunt illis, quos calculus angit.
Non modicum laudare magos hanc asserit herbam
Plinius. hanc cunctis dicunt obsistere morbis:
Et quod quisq; petet, hac impetrare perunctum.
Sic & amicitias captari posse potentum,
Et pelli febres, & plurima talia fingunt.
Quæ quamuis natura potens concedere posset,
Vana tamen nobis, & anilia iure uidentur.

EX APVLEIO cap. 3. & 66. Nam duobus capitibus, eandem rem fere agit.

AD VLCERA, & PAROTIDAS

Herbæ Verbenacæ radix in collo ligata, summe proficit.

AD STRVMAS, & Parotidas.

Herba Verbenaca tusa, & imposita, mirifice sanat.

Ad eos qui INDVRATAS VENAS habent, & cibos non recipiunt.

Herbę Verbenacę succus datur bibere, sed cocta: postea miscetur cum uino & melle, & aqua, & statim sanat.

AD HEPATIS dolorem.

Herba Verbenaca solstitio lecta, in puluerem redacta, robusto dabis cochlearia quinq;, ex uino q; optimo cyathis tribus potui sumpta, mire proficere creditur. Cæteris pro cuiusq; uiribus sic dabis.

AD CALCVLOSOS.

Verbenacæ radix contusa ex mulso optimo, tepido data, incredibiliter calculosis succurrit: nec solum ipsis calculosis, sed & quicquid esset, quod urinam impediret, celeriter reducet.

AD CAPITIS dolorem.

Herbæ Verbenacæ corona facta, & capiti imposita, dolorem capitis tollet.

AD SERPENTIVM morsus.

Herbam Verbenacam cum suis folijs & radicibus, quisquis offultam, cinctamq; secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

AD MORSVM ARANEORVM, quos Græci Phalangios uocant.

Herbæ Verbenacæ ramulos ex uino decoctos & contritos: deinde quod acetauerit, plagæ impones, & adaperiet: postea crudam cum melle contritam in ulcus audacter insertam, mature ad sanitatem perducere certus autor affirmat.

C

AD MORSVM RABIDI CANIS, & hydrosa hydri.

Herbam Verbenacam in uulnus adponito, tritici quoque grana integra indita uulneri donec humore remollita expleant: iam tumidas proiijcito illas gallinæ: si non appetit, simili modo alia grana coniijcito: si sic esse cœperint, periculi sublati signum erit.

AD VVLNERA recentia.

Herba Verbenaca contrita cum butyro uulneri imponitur.

Ad morsum SERPENTIS.

Herbæ Verbenacæ ramuli ex uino decocti & contriti, si cæca erit plaga, cum tumore impositi adaperiunt primum: exulcerant deinde: postea crudi cum melle contriti, & ulceri inserti, donec ad sanitatem (quod celeriter fit) perducunt, imponuntur.

MORBO REGIO laborantibus, auruginosisue.

Herbæ Verbenacæ drachma una, & nardi oboli tres, baccæ crudæ foliorum expressus succus, & paulolum myrrhæ contritæ, ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.

AVTORES, ET DEscriptores Verbenacæ.

D

Dioscorides lib. 4.
Plinius lib. 25. cap. 9.
Galenus. 8. simplicium pharmacorum, cap. 44.
Ad Paternianum cap. 222.
Apuleius, cap. 3.
Aemilius Macer dict. Verbena.
Autor Pandectarum.
Hermolaus Barbarus.
Paulus, cap. de Peristereo.

Chamædrys.

A

germander



Gamenderlin.

B

DE GAMANDRAEA, Rhapsodia Decimanona.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, χαμαίδρυς. χαμαίδρωψ. λινόδρυς.
Latinæ, Gamandræa. Trixago minor. Quercula minor.
Germanicæ, Gamenderlin.

PLACITA AVTORVM de Trixagine.

Historia TRIXAGINIS ex DIOSCORIDE lib. 3.

NASCITVR asperis, & petrosis locis, estq; breuis frutex, altitudine quantum a summo pollice, ad extremum minimum digitum patet explicita hominis manus. Folijs paruis, figura diuisurisq; quernis similibus, gustu amaris. purpurescente flore, & ipso etiam exiguo. Carpenda est suo semine prægnans herba.

PLINIANA Trixaginis historia, lib. 24. cap. 15.

Chamædrys herba est, quæ latine Trissago dicitur. Aliqui Chamædropen, alij Teucrion appellauere. Folia habet magnitudine Menthæ, colore & diuisura Quercus. Alij Serratam, et ab ea serram inuentam esse

Serrata.

C dixerunt. Flore pene purpureo. Carpitur prægnans ſucco.

De Nomenclatura Trixaginis MAR. VERGIL.

Trixago. Chamædrys. Chamærops.

Cöactæ breuitatis quercus quędam Trixago eſt, & inde illi a Græcis nomen. neq; enim Chamędrys aliud, q̃ humilem & terreſtrem quercum ſignificat. Ab eadem breuitate aliud Chamæropis nomen illi ab aliquibus factum eſt. Sic enim ex ueterum Gręcorum & Latinorum fide legendum eſſe exiſtimamus, etſi hic Chamędropa uocari tradat. Plinij eñ codices omnes ante Barbari caſtigationem, Chamęropen, non Chamędropen uocari Trixaginẽ dicebant. Eam uocem ſcriptoris huius lectione ille emendauit. Is etiam quẽ nos habemus Longobardis literis ſcriptum latinum ueterem Dioſcoridem, Chamęropa, nõ Chamędropa Trixaginem dici teſtatur. Nec nos rationem, aut cauſſam habemus, cur hoc magis q̃ illud dici oporteat: etſi excogitanda aliqua ſit, nulla uero ſimilior erit, q̃, quoniã humi ſerpat, ſic dicta quondã fuerit. Et ſi id recipiatur, tunc Chamærops dicenda potius erit. Nos in ambiguo plures ueluti teſtes ſecuti, Chamęropem potius diximus. Cur aũt Teucrion hęc etiã diceretur, cauſſam hic ipſe oſtendit: ideoq; a nobis relinquenda eſt, qui multo labore quęſitam Romanę appellatiõis originem, nondũ inuenimus. Nihil enim Plinius aliud inquit, q̃ Trixaginem latine dici Chamędryn herbam. Deſcripſit tamen eam: & quæ hic, folia parua dixit, ille Menthæ magnitudine: & quæ hic figura & inciſuris quernis ſimilibus, ille colore & diuiſura

Teucrion.

D quercus. Adiecit pręterea, Serratam ab alijs hanc herbam dici: et ab ea, id eſt, ab inciſuris illis quas per ambitum habet, eodem quo nunc modo in ſerra uidentur dentes, inuentã fuiſſe ſerram. Theophraſtus cum lib. 9. de Plantarum hiſtoria eius meminiſſet, de notis, partibusq; eius breuiter egit: ſed quas habet in medicina uires multas numerauit alias ab hoc ſcriptore, ideoq; repetendas hoc loco a nobis: quæ huiuſcemodi ſunt. Trixaginis autem folia ruptis, uulneribusq; proſunt: in quem uſum ex oleo trita imponuntur. Proſunt & depaſcentibus ulceribus. Purgat ſemen bilem. Confert idem oculis: oportetq; tritũ folium ex oleo illis admouere. Habet Trixago quernis ſimilia folia: totumq; eius incrementũ dodrantale eſt: quod a nobis in Dioſcoride expanſę manus menſura ſignificatum eſt. Adiecit pręterea Theophraſtus, odoratã, ſuauemq; Trixaginẽ hanc eſſe, facilem inuentu, & ubiq; ex his notis cognoſcendam herbam. In cuius menſura, a Barbaro non leuiter nos & alij diſcrepamus. Ille eñ quatuor digitorũ altitudine eam deſcribit: nos, ut ſolemus, ſemper ubi ſphitame ſit, quantum tota hominis explicata manus patet. Id enim obſeruauimus eam ſignificare uocem. Quatuor uero digiti, quos ille in ſphitame numerat, palmi menſura ſunt, quæ longe minor q̃ dodrans eſt: qua uoce priuatim Plinius græcam ſphitamen in. vij. manifeſte cõuertit. Sic etiam quem ille florem exilem dixit, nos ſimpliciter paruũ uertimus. μικρὸν enim hic ait. Quod præterea Dioſcorides ait ἄγειν ἔμβρυα ad abortus pertinens, ille ad partus facilitatem pertinere opinatus, partus ciere dixit.

Theophr. de Trixagine.

Medicinæ Trixaginis.

TEMPERAMENTVM. A

Eſt illi calefaciendi uis, ſimul & ſiccandi, uſq; in tertium gradum, ut inquit Galenus & Macer. Nam in qualitate eius diſſonant ſcriptores.

VIRES ET IVVAMENTA eius ex Dioſcoride.

Decoquitur uiridis in aqua, bibiturq; utiliter conuulſis decoctũ eius.

Tuſsientibus itidem, duratis lienibus, urinæ anguſtijs, & cutem incipientibus ſubire aquis,

Menſes eadem trahit & fœtus.

Lienem minuit cum aceto pota.

Contra uenenata cum uino bibitur.

Poteſt idem emplaſtri modo impoſita etiam.

Quinetiã conciſa, tritaue, contra prædicta in pilulas cõformari poteſt.

Purgat uetera ulcera ex melle.

Contra oculorum caligines trita inſpergitur, & ex oleo inungitur.

Eſt autem illi calefaciendi uis.

EX PLINIO.

In petroſis aduerſus ſerpentium uenena, pota, illitaq; efficaciſsima.

Item ſtomacho, tuſsi ueteri, pituitæ in gula cohæreſcenti, ruptis, conuulſis, lateris doloribus.

Lienem conſumit.

Vrinam & menſes cit. B

Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis eius, in tribus ſeminis aquæ decoctis, uſq; ad tertias. Faciunt & ex ea paſtillos, terentes eam ex aqua ſupradicta.

Sanat & uomicas, & uetera ulcera, uel ſordida, cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitijs.

Foliorum ſuccus cum oleo, caliginem oculorum diſcutit.

Ad ſplenem ex aceto ſumitur.

Excalfacit perunctione.

EX AEMILIO MACRO.

Depellit abortum, ſi mixta potentur aqua unc. ij.

Cætera æqualiter cũ Plinio, uel ut inqt Hieronymus, pondere unc. ij.

EX APVLEIO.

Ad Rupturam.

Impendio prodeſt Chamædrys herba contuſa de ligno in lignum, adiecta uino, potui data: cum mira celeritate ruptos ſanabit.

AD MORSVM ſerpentis.

Herba Chamædrys in puluerem molliſsimum redacta, in uino ueteri potui data, uenenum uehementer diſcutit.

AD PODAGRAM.

Herbam Chamædryn perinde dabis ut ſupra, calidam, mire Portagoriam præſtat.

Legenda uero eſt menſe Auguſto.

C EX AVERROE Quinto Colliget.17.cap.

Chamædryos est calida & sicca in secũdo gradu. id significat amaritu= do cum acumine. Incidit humores grossos, & exopilat mẽbra interiora.

EX PLATEARIO de Chamædry & Chamæpithy.

Chamædrys calida est, & sicca in quarto gradu, similiter Chamæpi= thyos. Chamędryos quercula maior, Chamępithyos quercula minor ap pellatur. Virtutemq; habet dureticam, & mundificatiuam.

Error Platearij in Chamędry, & Chamæpithy.

Contra uomitum factum ex anatropha, uel ex aliqua caussa frigida, coquantur herbę ipsæ diutissime in aqua salmacina, uel naturaliter salsa, & addito oleo, & modico aceti, fiat cataplasma supra pectus, maximum remedium est contra uomitum quemlibet ex frigida caussa.

" Puluis etiam eius cum melle datus, lumbricos occidit.

" Contra catarrum ponantur pulueres calidi in sacculo, & capiti superponatur, optimum remedium est.

Ad furfures capitis, uel barbæ, farina lupinorum decoquatur in aqua salsa, addito aceto, & in colatura addito puluere utriusq;, uel alterius, ea postea caput lauetur.

Contra paralysim, in uino herbæ decoctæ, loco dolenti superponant.

Vlcera & uulnera consolidat earum puluis.

Ad matricem mundificandam, & eam infrigidatam ex superfluitatibus phlegmatum calefaciendam, coquantur herbę illæ in aqua diu, & fomentetur inde mulier, & herbæ ipsæ cataplasmentur super pudendis.

D Puluis earum in oleo decoquatur, & bombix intinctus superponatur: uel puluis conficiatur cum succo Mali terræ, & superponatur.

EX HIERONYMO HERBARIO

Gamãdreę aqua in ieiunio pota, sanguinẽ purificat, & scabiem pellit.

Sanat eadem alcolam, & oris ulcera.

EX AGGREGATORE Herbario.

Huic herbæ cognatum ferunt, ut qui eam gestauerit in sinu, palam omnibus perosus habeatur.

Caliginẽ quoq; oculorũ clrarificat, inditus oculis illius succus, uel aqua.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides lib. 3.
Plinius lib. 24. cap. 15.
Apuleius cap. 24.
Theophrastus lib. 9.
Macer dict. Chamædrys.
Auerrois Quinto Colliget.
Platearius 18. cap.
Serapion cap. 180.
Galenus. 8. simplicium cap. 153. &. 66. Ad Paternianum cap. 72.
Georgius Valla, dict. Chamædrys.
Hieronymus Herbarius.

NARCISSVS.

A



B

De NARCISSO, & Hermodactylo, Rhapsodia Vicesima.

Nomenclaturæ.

Græcæ, νάρκισσος. ἀυτογιτίς. βόλβος ὁ ἐμετικός. λείριον. ἄνυδρος.

Latinæ, Narcissus, Hermodactylus.

Germanicæ, in Marcio, Hornungs blům. In Septembri, Zeytlößlin.

PLACITA AVTORVM de Narcisso.

Historia Narcissi, secundum DIOSCORIDEM, lib. 4.

NARCISSVS folia Porro simillima habet, tenuia, multo minora, & angustiora: caulis uacuus, & sine folijs, supra dodrantem attollitur: flos albus in medio, intus croceus, in quibusdam purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen uelut in tunica, nigrum, longum. Probatissimum nascitur in montibus suaui odore. Cætera Porrum imitatur, atque hærbaceum uirus olet.

C

Hermolai Barbari Iudicium de NARCISSO.

Εἰκὼν Narcissi

Narcisso folium Albuci, terræ proximum, sed latius, ut Lilio pingue, frequens, angustum, caule sine folijs herbaceo. Flos in cacumine, post Arcturum, & circa æquinoctium, ac uere: item post Lilium, & Violam, Flameã uocatã, membrana inclusus ceu uasculo, ampliusculus, nigricãs, oblõgus: qui defluens, sponte germinet: præsertimq; defixus in terrã: manu seritur: & radice ampla, rotunda, carnosa. Caulis, & cũ eo flos erumpit, ut in croco, anteq; folium: quod non anteq; reflorescat, cernitur. Caulis cum flore suo emoritur. Radix Bulbo assimilis, nisi q; non est squamata. Narcissus toties florendo, tria sationũ tẽpora demõstrat. In coronamẽta flore ueniens. A narce, hoc est, torpore dictus: qm̃ caput grauet: non ut fabulæ, a puero. Plinius duo genera constituit. Vnum flore candido, calice purpureo. Alteri cętera eadem tribuit, sed calicẽ hęrbaceũ. Omnes inquit serotini, post Arcturum enim florent, ac per æquinoctiũ Autumni. Duo hæc inquit genera medici pręcipiũt, quasi & alia sint, quæ non recipiant, hoc est (ut arbitror) genus illud quod uere, aut æstate nascit: ut ex Thephrasti sententia prædiximus. Sciendum porro est, cum florem eius nigrum a Theophrasto dici legimus, nõ de flore ipso, quem candidũ esse conuenit, intelligi, sed de semine: quod & membrana contegi, & nigrum, ac prælongum esse constat: quo in terram cadente, propagat se, atq; serit Narcissum. Eumachus cyrenæus in Rhizotomico, etiam Crotalon, & Acacalida Narcissum uocari tradidit. Nam & Crotos in Hippocrate, ad ulcera uetera, & uulnera recentia probata, quid aliud sit q; Narcissus, non uideo. Nisi quis Crotum pro Crotone, hoc est, Cici capias in eo. Iulius Pollux autor est, Theophrasti morem fuisse, Lirium pro Narcisso dicere: Homerum uero Lirij appellatione, complecti florum omne genus. Narcissum ab adolescente suimet amore capto, & in eum florem conuerso, natum in Boætia Thespienses garriunt, fontem Donaca monstrantes, ubi se speculatur puer stultissimus: qui umbram suam a se nesciret distinguere. Cõarguit hanc fabulam uetustissimns poeta Pamphilus, qui Proserpinam multis annis anteq; Narcissus esset, captam a Plutone cecinit, carpentem Narcissos.

Narcissus sæpius floret miraculo naturę. Narcissꝰ quare sic dictus. Duo genera Narcisi secũdum Pliniũ. Hæc oia adsti pulãtur opinioni nostræ. Narcissusqua re uocatur niger.

D

Crotalos. Acacalis. Crotos.

Narcissus nomen multorꝫ. Fabula de Narcisso.

Idem rursus in COROLLARIO. LILIORVM.

Quatuor genera Narcisi.

LILII QVADRVPLEX genus in Theophrasto. Primi flos uere cum Viola sæpe alba, pauloue postea erumpit. Hoc ab eo proprie, Crinon, hoc est, Lilium uocatur.

Lilium trans maria. Cerinthus.

Alterum genus Lirium appellat, uere quidem omnino florẽs, uerum serius cum Narcisso. Forteq; hoc sit, quod a Plinio Lilium trans maria nuncupatum est. Tertium æstate floret, & Cerinthum priuatim uocari puto; quanquam & alias res Cerinthus significat, ut inferius

liquebit. Quartum genus, quod item Lirium grçci appellant. Autumno floret: emicatq; primis hymbribus. Est & rubens Lilium, differens (ut arbitror) a Purpureo, uisum a nobis Patauij in Felicis horto. Probatissimũ in Antiochia & Laodicæa Syriæ: mox Phaselide: quartum locum obtinente, quod in Italia nascitur. Hoc genus proprie Crinon a Græcis uocari, & florem eius Cynorhodon, autor est Plinius. Hoc & Hippocrates acceperit, cum rubentia Cynorhoda fœminarum purgationibus commendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fæce uini scapis antequã serãtur, mense Martio, & in scrobe circumfusis eadem fece: in quem usum scapos arescentes colligunt Iulio mense, Lilia in fumo suspendentes. Caule gemino Purpurea uisuntur aliquando, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix hærbaceus. Post Arcturum & çquinoctium Autumni florent Purpurea: quorum genus unũ uocant Narcissum: cui uidelicet in radice sunt folia, calices, ut diximus hærbacei, cætera eadem quæ candidis. Albo nihil est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe nutriente bulbos.

A — Lilium rubens. — Crinon. — Cynorhodõ.

Iudicium MARCELLI VERGILII de Narcisso.

Lilio congenerem Narcissum antiquiores oẽs faciũt, a Lilio statim continuata historia de eo agentes. Omniũq; certisime Theophrastus lib. 6. de plantarũ historia his uerbis inter cætera de eo agens, ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον, οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δ᾽ ἐκεῖνο καλοῦσιν. Quod est. Narcissus autem aut Lirion, Sunt eñ qui hoc, et qui illo nomine appellent. Manifesto argumẽto, congenerẽ, aut similem saltẽ Lilio Narcissum esse. Ex quo Lirion, qua uoce Lilia ueteres appellauerunt, & ipse quondam dici poterat: & si ex antiquis græcis testati aliqui fuerint, Lirion priuatim Narcisum indicare. Quemadmodũ Crinon solum Lilium. Addiderunt quidã, etiã ab Homero flores oẽs una Lirij appellatione indicari. Quod & Aristophanes in Comœdia etiã seruasse creditur. Sed quemadmodũ nos in scriptore hoc, & in alijs obseruauimus, uaga hæc nomina, similitudo, & pene eadẽ natura fecit. Vocariq; solitũ Lilium a græcis Lirion, manifeste hic scriptor ostendit, cũ ait: Quidã etiã quemadmodũ Liliũ Liriũ Narcissum uocant. Videnturq; Latini una tantum mutata litera, & ut balbutientes solent pueri. pro, r, l, pronunciasse: sicq; ex grçcorũ Lirio suum Liliũ fecisse: eodem mõ quo lepidissimus grçcorũ comicus in equitibus suis blesa lingua in cõcione loquentẽ Alcibiadem finxit, ὀλᾷς θέωλος κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Cum tñ in eo q̃d intelligi uolebat, ubi, l, litera auditur, intelligẽda, r, erat, ὁρᾷς θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Sed ut rem nostram agamus, pro comperto sit, cõgenerẽ Lilio, aut illi penitus similẽ Narcissum esse: & qm̃ dolores & torpidas capitis grauitates faciat, a narce, qua uoce græci torporẽ indicãt, nõ a fabuloso puero, ut poëtæ finxerunt, Narcissum græcis dictũ fuisse. Testes in eo nomine rõnis eius sunt Plinius. 21. uolumine, cap. 19. & Symposij sui. 3. cõmẽtario, cap. 1. Plutarchus. Cuius obiter de Narcisso uerba hæc sunt. καὶ τὸν νάρκισσον ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις. διὸ καὶ σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν τουτέστι τῶν χθονίων στεφάνωμα προσηγόρευκε. Quod est. Et Narcissum appellauerunt, quasi neruos hebetantẽ, & torpidas facientẽ grauitates. Quapropter & Sophocles magnorũ Deorum, idest, subterraneorũ coronamentũ eum uocauit: q̃ scilicet defuncti & morte torpidi, torpido flore merito coronarent̃. Anydron uocasse quosdam Narcissum etiã in Dioscoride legitur: idq; nos factũ illi nomen credimus, q̃ longe ab aquis in montanis floret. Quod etiã illi adiectũ est Autogenes, quæ uox a seipso genitũ, uel per se nascens significat, rationẽ eam habet quã Theophrastus his uerbis indicauit. οὗτος δ᾽ ἐκ πίπτων ποιεῖ βλάστησιν αὐτόματον, de flore & semine dicta ea sunt, significantq;. Hic autẽ decidens sponte sua germinat & nascit̃. Etsi idem scriptor statim testetur, colligi semen eius, seriq; opere humano, nec minus etiã, ut in cæteris Bulbis plantari radicem. Vocari a quibusdam etiã Vomitorium Bulbum in Dioscoride audimus: haud sane, quia idem Vomitorio Bulbo sit, qui. 2. uolumine descriptus est, sed quia bulbosæ radicis, simulq; Vomitorius ut ille est: quẽ in antiqua medicina habet prçcipuũ usum. Serebat̃ quondã in hortis ad coronamẽta Narcissus: nũc montanis locis, in qbus nascit̃, quærendus est: non difficilis inuẽtu, si diligentius qu̧rat̃. Totam eñ, excçpta caulis alti-

B — Narcissus cõgener Lilio. — Lirion priuatim est Narcissus. — Aristophanes. — Narcissus a Narce. — Plutarchus.

Alia pictura Narcissi.

Plinius in Narcisso cespitat.

Theophrastus.

Narcissum angusto, numeroso et pingui folio esse.

Narcissus qualis usus Vergilio in Appennino monte.

Narcissi nomen uagum, multis comune floribus.

C tudine, & calathi ambitu, quæ duo minora, q̃ in Lilio sunt, Liliorũ speciem referre eum testati oẽs sunt. Et præter id serotinus flos (post arcturũ enim Augusto mense, & ad Autumni æquinoctiũ floret (inter Lilia floresq; alios, qui fere oẽs tunc defecerũt, latere nõ potest. Habet & alias in scriptore hoc notas, qbus deprehendi possit: Folia porracea: quæ Plinius in radice esse illi ait, minora tñ & angustiora: Concauũ caulem, & sine folijs dodrantali altitudine. Postremoq; florem candidum, in medio croceũ: & quod alteri eius generi cõpetat, necesse est, in aliquibus purpureũ. In qua descriptione, nisi in cunctis græcis, q̃s hactenus uidere licuit, uitiũ sit, ratiocinari oportet, duplicem esse Narcissum. Quod Plinius sane manifeste indicat duobus locis. Primum. 21. uolumine, capite. 5. in Liliorum historia, dicens. Narcissum uocant, huius alterũ genus candido flore, calice purpureo. Mox eiusdem libri, cap. 19. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Vnũ purpureo flore: & alterum herbaceũ. Non leui, ut uidetur in docendis his uarietate. Siquidẽ in priore illa descriptione, alterũ Narcissum flore candido, & calice purpureo: in posteriore alterum purpureo flore, alterum uero herbaceum esse dixit. Theophrastus quod hactenus in eo obseruauerim, cum sæpius Narcissi meminerit, nulla huiuscemodi generũ diuisione usus est: semperq; tanq̃ unus Narcissus sit de eo docet, nunc folia, nunc florendi tẽpus, nunc caulem describens: a quo credimus Plinium alterum genus herbaceum uocasse. Siquidẽ in eius historia inter cætera auditur, τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν ποώδη δὲ. Quod est. Caulẽ quidem sine folijs, uerumtamen herbaceum. Ex quo potuit Plinius non a flore herbaceum alterum id genus appellare. Non ideo tamen nõ recipiendum, duplicem Narcissum esse. Hoc enim a Dioscoride, Plinioq;, & ab alijs traditur. Sed quæ eorum discrimina in flore docentur, non satis & in scriptore hoc, & in Plinio certa sunt. Cætera quidem, ut ex Theophrasto patet, eandem habent historiæ ueritatem. Ille enim. 6. de plantarum historia Narcissum his uerbis descripsit. Narcissus uero, aut Lirium (sunt enim qui hoc, & qui illo nomine appellent) folium Asphodeli figura terræ proximum habet: latius tamen q̃ Asphodeli, & quasi liliaceum. Caulem nudum quidem folijs, uerumtamen herbaceum: in summo cuius flos est. Semen ueluti in uasculo membranaquadam clausum, grande, nigrum, & figura oblongum. Id decidens sponte sua germinat. Verumtamen id colligentes, etiam in terra depangunt. Serunt & radicem, quã rotundam, carnosam & grandem habet. Serotinus flos est, Post arcturum enim & circa æquinoctium floret. Idem eodem libro in foliorum disciplina ait, Narcissum angusto, numeroso, et pingui folio esse. Nec multo post de caulibus plantarũ agens ait. Mirabile aũt in cũctis, quod in Scylla & Narcisso accidit. In alijs enim & quæ a principio conferunt, & per se regerminant, uere folia primũ prodeunt, dein caulis: in his autem, id est, Scylla & Narcisso caulis pręcedit, & in Narcisso floris tantum caulis. Post quę cum longius descripsisset Scyllæ caulis & floris ortum, subiecit. Cũ

D autem caulis hic consenuerit, tunc post aliquot dies folia prodeunt. Similiterq; & in Narcisso fit, πλὴν οὔτε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους ὥσπερ εἴπομεν. οὔτε καρπὸν φανερὸν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει καὶ ὅταν ἀπανθῇ τότε τὰ φύλλα ἀνατέλλει, id est, Verumtamen nullũ alium caulem pręterq̃ floris causa prolatum, ut pręmonstrauimus, Narcissus habet. Manifestum itidem non habet semen. Flos autem ipse una cum caule arescit: & cum aruerit, tunc folia emergunt. Præterea florere prius Scyllam, postea uero Narcissum, idem paulopost testatur scriptor. Nosq; tam multa ex eo collegimus, ut facilius & certius deprehendi possit tanti nominis in antiquorum coronamentis flos. Quæ enim Plinius diuersis locis de eo tradidit, ex Theophrasto quidem deflexa sunt: sed tanta breuitate ab eo tractata, ut obscuriora legẽtibus aliquãdo sint: & ut respondere sibi inuicem Theophrastus & Diosc. uideantur. Cuncta enim de folijs, caulibus, & semine ambobus eadem sunt. Floris color, & coloris discrimen in Theophrasto tantũ desyderatur: idq; obseruasse & discreuisse legentes oportet: pręsertimq; quod hic croceũ & purpureum in medio describit: quod Plinius florem appellat, non satis certo intellectu, totum ne florem sic uocet, an quę crocata in eo sunt & purpurea, ut hic manifeste docet. Potest enim utraq; pars flos dici: quemadmodum in Viola nigra de duplicis floris ex disciplina Theophrasti floribus diximus. Nos in Apenninis montibus his nostris, frequentem uidimus florem Augusto & Septembri mensibus florentẽ, figura Lilij, dodrãtali altitudine: folijs qualia in Narcisso hoc describuntur: singulari caule, ijsdemq; alijs omnibus, excepto colore, qui nec cãdidus, nec purpureus ut Plinius docet sit, sed inter candidum & luteum colorem nullius, aut exigui odoris. Vidimus & in mitioribus collibus natum, sed non tam speciosum, & magis albicantem: diuq; credidimus Narcissum eum esse: neq; ab opinione ea longius adhuc discedimus. Inclinat enim animus, potuisse antiquis uagum Narcissi nomen esse: & ut in plantarum disciplina sæpe alias testati sumus, congeneribus, similibusq; multis cõmunem eam appellationem fuisse. Tantũq; abest, ut constituamus luteo colore Narcissum esse: ut inueniendum hunc florem legentibus relinquamus, q candido colore sit, croceis intus staminibus, et in aliquibus purpureis: quod unũ in colore eius a Diosc. discrimen tradi. Nobis enim hactenus uidere non licuit candidos Lilio

rum figura flores, capillamentis, aut staminibus intus purpureis. Relinquimus etiam peritioribus cogitandum, probauerit ne hic scriptor Narcissum simpliciter montanis locis nascetem, ut a satiuo & hortensi secerneret: an desyderari ultra aliquid possit, quale scilicet Plinius ait probatissimum nasci in Lyciæ montibus: in quam partem propensiores trahimur. Superlatiuum enim illud κάλλιστον, certiores sibi nescio quomodo natales locos exigere uidetur: & præpositiuus ille articulus eodem sensu rem etiam indicare credi potest. Suspicio tamen hæc sit, non decretũ. Qualis etiã est in uerbo πρασίζει, quod statim sequitur, significet ne uirescere, & herbaceo colore esse: an potius a Porro uerbum factum fuerit, significetq; Porri odore sentiri. Quod tamen nullibi inuentum in antiquis a nobis est. Quæ omnia diligentius obseruanda & constituenda alijs relinquuntur.

A

In Narcissum IVDICIVM NOSTRVM.

Ab annis fere duobus, uehementer nos torsimus, & omnibus pene nostræ urbis doctis uiris molesti fuimus, proinde & ex uulgo hærbarijs illis, ut nomen saltem huius floris percunctaremur: uerum adeo certi nihil ualuimus expiscari, ut mirari satis non queamus, quomodo hærba, alioqui uilissima, tamq; in omnibus pratis, cum hirundine prima conspicua, ex omni hominum noticia disperierit. Flori nomen, Hornungs blům. Sic enim in superiori Germania eam appellant. Fuerunt ergo, qui persuadere nobis conabantur, albam Violam esse, quia prima Veris flos est alba Viola. Alij constanter Ligustrum adseruerunt, aut illi certe congenerem: donec in Narcissum Theophrasti & Dioscoridis incidimus, & herbarios aliquot percunctari cœpimus: qui non ex libris sapiebant, sed experientia rerum edocti erant. Sic in Narcissum omnia quadrare animaduertimus, ut nisi plane noctuinis oculis simus, uidemur nobis semel apprehendisse. Quod igitur ex hærbarijs accepimus, quodq; partim etiam nos obseruauimus, id est. Duorum, inquiunt illi, generum flos est, Mas.s. et Fœmina, purpureus, luteus, et albus. Bis etiam in año florent, semel in Martio, inde in Septembri. Pentecoste semen fundit. Et initio quidem albo, & luteo, hyeme purpureo flore prodit. Idq; naturæ quodam miraculo se dicunt deprehendisse. Nam si quis fodere pertentauerit in Martio, uno digito facile exscalpit: ab eo autem tempore indies magis atq; magis in terram desidit, idq; usq; ad Septembrem, quo tempore uix absq; negocio effoditur. Interdum altitudine unius cubiti in terra delitescens, mox hyeme rursum succrescit, ut supra terram etiam exiliat, primo flore, & ubi adspirauerit Ver. Quod ita habere, & nos quoq; experti sumus, obseruauimusq;, primo teneram & bulbosam radicem, & Porri, uel Satyrionis folia: mox eandem durari, & pinguiora folia, eaq; sine caule, e radice tantum prodeuntia: in Septembri prorsum et duratam, et profundissime delitescentem, tenello tantummodo & liliaceo flore, palmi altitudine in summa terra se aperiẽte, post alteram pratorum detonsionem. Cui obseruationi quoniã respondere uidimus Dioscoridis & Theophrasti Narcissum, postremo ijs adstipulari doctorum etiam uirorum commentarios, ausi constanter sumus, Narcissi nomen indere, uel Lirij Februarij: ut diuersus quidem flos sit. Cæterum ex una radice bulbosa procedẽs, & qui a Dioscoride Narcissus, & ab Arabibus, & neothericis Hermodactylus uocatur. Quã aũt probe hæc obseruauerimus, & q; scite etiam illi nos docuerint, arbitrium aliorum, existimationemq; uolumus esse, quos & ipsos tantę rei periculum aliquando facere monemus atq; obsecramus.

B

VIRES ET IVVAMENTA ex Dioscoride.

Radix cocta, siue estur, siue bibitur, uomitoria est.

Ambustis igni prodest, cum exiguo melle trita.

Præcisos neruos illitu glutinat.

Luxatis malleolis, diuturnisq; articulorum doloribus, trita ex melle et imposita subuenit.

Vitia cutis in facie, uitiliginesq; cum semine Vrticę & aceto emaculat.

Cum eruo & melle ulcerum sordes expurgat.

Abscessus rumpit concoctioni repugnãtes.

Infixa corpori extrahit, illita cum lolij farina, & melle.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides, lib. 4.	Plinius.
Herm. Barbarus.	M. Vergilius.



Geel Violaten.







DE VIOLIS RHAPSODIA XX.

Nomenclaturæ, Violæ Nigræ.

Græcæ, ἴον μέλαν. δασυπόδιον. ἴον ἄγριον. τιριαπῆτιον. κυβίλιον.

Latinæ, Seſsilis. Muraria Viola. Viola nigra. Viola purpurea.

Germanicæ, Blaw Violaten. Gel Violaten. Braun Violaten. Zamm Violaten. Wild Violaten.

C

PLACITA autorum de VIOLIS.

Sententia DIOSC. de purpureis Violis.

Viola purpurea.

VIOLAM purpuream, aliqui Daſypodion, alij Priapeion, alij Ion ſyluestre, alij Cybelion, Romani Violam purpuream uocant. Folium habet Hædera minus, tenuius, ac nigrius, nec multo diſsimile. Cauliculus a radice prodit, in quo floſculus ſuauiter olens, purpureus. Opacis & aſperis naſcitur.

Paraphraſis HERMOLAI BARBARI ſuper eiſdem purpureis Violis.

Viola, quare dicta ἴον.

Phrygana.

Violam Græci Ion pro flore, Violariũ Ioniam, pro frutice appellãt. Nicander in Georgicis Ion uocatã credit Violã, quia nymphæ quædã Ioniæ florẽ eum Ioui primũ dedere muneri. Naſcit̃ uitis modo e ſupernis, quaſi e puppi dicas, non prora, ut Ruta, Siſymbriũ, Serpillum: eoq; oẽs Phrygana, hoc eſt, ſurculi, ſiue Cremia Violæ dicunt̃: excępta Nigra, quæ hoc capite deſcribit̃. Viret hæc perpetuo, & ut quidã ferunt, ſi certo gñe colat̃, anno toto. Serit̃ plantis ut olus. Vere floret, poſt Leucoion, & ante Flãmeam. Cũ Ion Græci dicũt, Nigrã, ſeu Purpuream fere intelligũt. Humilis hæc, & latiore folio, ſtatim ab radice multa carnoſo exeunte, ſine ramis: ob id uulgo Loripedẽ Violã uocamus. Hæ noĩe a cæteris diſtinguunt̃, ſolæ Ia appellatæ Græcis: ut ab ijs Ianthina ueſtis, & uiolacea diceret̃. Alia uiolaꝶ genera in Leucoio reddidimus. Violas Sarranas, a colore, cũ purpureis eaſdẽ eſſe apud Columellã arbitror. Purpureas, Vaccinia, & Hiacynthũ dici, Seruius Grãmaticus exiſtimat. Dioſcorides quoq; Hiacynthũ, latine Vacciniũ appellari ſcribit. Admonendi ſunt, qui hæc legũt, purpureas Violas duoꝶ generũ haberi. Alias inter Loripedes, ſiue Seſsiles, de quibus hic agit̃: alias inter Leucoia, odoratasq; oẽs eſſe. Sed & candidaꝶ q̃s gemina hęc diſcrimina cernunt̃. Alię Loripedes: alię Leucoia. Leucoia intelligo, quas Mauritania Cheiri appellat: Loripedes, q̃ uulgo Claudæ noĩant̃, & Maurice Senephigi.

Loripes Viola.
Violæ Sarranæ.
Vaccinia.
Hiacynthus.
Seſsiles uiolę.
Leucoia.
Cheiri.
Violę claudæ Senephigi.

Annotatio VERGILII in purpureas Violas.

D

Quæ ferrugineos Hiacynthos, & nigra Vaccina uocari a latinoꝶ poëtis fecit nigricãs purpura, uel ut aptius loquamur, in nigro purpureus color, eadẽ Theophraſto, grę corũq; alijs ſcriptoribus cauſſa fuit, ut Viola, quæ nunc tractanda a nobis eſt, nigra diceret̃: tam frequẽti, recę ptoq; paſsim in ea coloris diſcrimine huiuſcemodi, ut multis locis Theophraſti in plantaꝶ hiſtoria, nihil certius intelligat̃, ubiq; μέλαν ἴον, dicenti Violã, quæ nigricante purpura, ad murorum radices, hortoꝶ marginibus, & ſepibus, florens prima, aut cũ primis aduentũ ueris mortalibus nunciat: nota uulgo, & ubiq; inuẽtu facilis, quæ toto anno uireat, & flores tenui quidem, ſed longiore coliculo altius a terra inter folia erigat. Quæ hic merito Hæderæ cõparauit: quoniã proxime ad eam figurã accedunt. Murariã Violam a latinis uocari in Dioſcoride legit̃. Neſcimus tñ, q̃ uetuſta ea uox ſit: ſed quæcunq; ea eſt, naturæ eius rñdet: quoniã, ut diximus, ad muroꝶ radices, umbroſis locis frequẽs & ſpecioſa naſcit̃. Eadẽ cauſſa fuit, cur ſylueſtris Viola itidẽ diceretur: qm̃ locis non cultis naſcit̃: nec uiolaria in hortis, ut cęterę illi cognoĩes habet. Potuit quondã etiã religione aliqua, & numinis gratia cõmendari, ideoq; Cybelios Viola, ab antiquiſsima dea Cybele dicta, laudẽ potius q̃ nomen id inueniſſe. Sed nobis nulla eſt eius noĩs certa ratio, aut coniectura: quẽadmodũ & reliquæ aliæ penitus ignotæ. Niſi Priapeios non diſſimili ratione, q̃ Cybelios, ab antiquo ruris & hortorũ numine dicta fuerit. Deſcripſit eã Theophraſtus lib. 6. de plantaꝶ hiſtoria, dixitq;. προσριζόφυλλον καὶ ἀείφυλλον εἶναι, καὶ ὥς τινές φασὶ, δυναμένην φέρειν τὸ ἄνθος, ἐὰν τρόπῳ τινὶ θεραπεύηται. Quod eſt, Exire & uiuere folia eius in radicis capite tantũ, perpetuaq; uirere fronde. Id enim uoces illæ duæ ſignificant. Facileq; eſt uidere folioſum Violæ huius ceſpitem, nullis caulibus, aut ramulis a terra ſurgentẽ, quod cęteræ habent Violæ: nec æſtu anni areſcere, aut hyeme, quod aliæ patiuntur, ſed poſt amiſſos flores, uirentibus folijs, medicinæ toto anno etiã inſeruire. Adiecit præterea, teſtari quoſdam, poſſe hanc Violam continue toto anno florere, ſi aliqua ratione curetur: quam tamen ille non retulit, nec quibus locis id excogitauerint homines. Adiecit eodẽ libro ſcriptor, differre hanc a reliquis Violis in reliqua natura: præcipue autem ὅτι πλατύφυλλος, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλος ἐστίν, quod ſcilicet latiore folio q̃ reliquæ Violæ ſit: intelligitq; reliquas Violas Leucoia ab omnibus appellatas: eodemq; folio ſit ἐγγείῳ, id eſt, terreſtri, quod a terra non ſurgat, & pręter id carnoſo & pingui. Quæ omnia longius forte dicta aliquibus uidebunt̃. Sed nos rerũ certitudini conſulentes, obſcuriores breuitate nolumus fieri. Quo conſilio, in Violæ huius ſignãdo colore, a principio ſtatim uſi ſumus: & contra aliorum interpretũ editiones, Nigram, non purperceam Vio-

Muraria Viola.

Cybelios Viola.
Priapeios.

iam propoſuimus. Ne ſi purpuream diceremus, miſcerentur diuerſi coloris congeneres flores. Sunt enim in Leucoiorum genere purpureæ Violæ, quas Columella Sarranas ab eadem purpura, & Sarrano Oſtro appellat, in cenſu earum & ordine quæ ſurculoſæ ſunt: in parietibusq; & hortis naſcuntur, aliter q̃ hæc, diſpoſitis in Flore folijs, & plures uno pediculo pendentes, quæ proprie & uerius purpureę uocantur. Et hæc pro notiſsimi floris hiſtoria ſatis ſint. Quibus adijciemus, mutaſſe nos titulum capitis huius, & de nigra Viola inſcripſiſſe: quoniam res id exigebat: & in melioribus græcis, aut nulla coloris nota addita fuerat, ſimpliciterq; de Viola caput inſcribebatur: aut ἴον μέλαν, in aliquibus legebatur.

A Sarranæ.

DE ALBIS VIOLIS, SEV CHEiri textus Dioſcoridis.

Leucoion ex Græcis aliqui Baſilion uocãt, Latini Violam albã, aliqui Auguſtiam, nõnulli Violam autũnalem, aut Paſſarinã. Vulgaris eſt noticiæ, ſed in floribus differentia quædam. Namq; aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Luteæ uero præcipui in medicina uſus. Huius aridi flores feruefacti in deſeſsionibus, ualent contra uuluę inflammationes. Et menſtrua expellunt. Sanant oris ulcera cum melle. Cum cærato rimas ſedis. Semen duum drachmarũ pondere ex uino potum, aut cum melle inditum, menſes, ſecundas, & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

λευκόιον.

PARAPHRASIS ALTERA HERMOlai Barbari in albas Violas Dioſcoridis.

Leucoion, etſi candidam Violam ipſo nomine ſignificat, tamẽ & pro lutea, & cærulea, & purpurea ſæpe capitur. Hinc apud Columellam candida Leucoia, quaſi & nigra quædã ſint. Hippocrates certe, nigra inquit Leucoia quærantur. Paulus, loton inquit oleum, hoc eſt, Violaceũ, modo ex purpureis, modo ex candidis, modo ex croceis confici ſolere Violis. Sciendũ & illud eſt, Dioſcoridem hoc loco ſcribere Violam, quæ græce Leucoion dicatur, a Romanis Liguſtriam quandoq; nominari, etiam ſi codices ſunt, in quibus non Liguſtria, ſed Auguſtia legatur: ut fortaſſe Columella in horto ſuo intelligat de Viola, cum cecinit,

B

Liguſtria.

Nigro commiſta Liguſtro.

Nam Liguſtrum candidum, pro Cypri flore capitur. Cæterum de purpurea, ſiue nigra, ſeorſum poſt dicetur. Cærulea quæ ſit, non conſtat, niſi quis Cyanum hanc intelligat. Eſt autem Cyanus flos, roſam accipiens: cuius color honorem, nomenq; dederit cæruleo. Cyanũ Amaranthus excipit. Triuialis, ut quidam exiſtimauere, flos eſt Cyanus, in frumentario naſcens agro, & hortis quoq;, ruſticorum & puellarũ corollis, calice roſarũ, ſed ſquarroſo, atq; triſti, ſine odore. Verum ſumã colori gratia, qui & Baptiſecula ruribus dicatur: quoniã ſecantibus & metentibus officiat, retuſa in occurſu eius falce. Nam & ſeculam ueteres dixere falcem. Florum porro prima ſe oſtendit alba Viola, necdum exacta hyeme. Sub idem fere tempus exit & Viola cognomento Flammea, quæ Phlogion uocatur: Syluestris tantum ab aliquibus Plox: ut errare putem, qui Phlogion eandem eſſe cum lutea Viola ſcripſerunt, quod quidem ex ſe-

Liguſtrum. Cypri flos. Cęrulea uiola Cyanos. Amaranthus. Baptiſecula. Secula, quid Phlogion. Phlox.

C quētibus apertiſsime liquebit. Theodorus Flammā uocauit, colore com
mendabili, odore nullo, ſemine proueniens coronis. Non eſt hæc autem
Iouis flos, aut quod idem eſt, Iouis flāma, hoc eſt, Dioſanthos. Idcꝙ neu
dubitem, facit, ꝙ Iouis flos licet ſine odore ſit, & coronarius, & obſerua-
tur ſemine, tamē æſtate floret, non per hyemē, ut Flāmea. Plinius quocꝙ,
Iouis inquit flos, colore tantū commēdatur, odor abeſt, ſicut & illi, qui a
Grecis inquit Flox uocatur. Diximus & Lychnin uocari quādocꝙ Flam
meam, ſed inter roſas potius ꝙ Violas. Aliud eſt apud Græcos Phlogis.
nam & ueſtis genus ſignificat, quod nos flammeam, & flammearios opi
fices in Plauto uocamus, & carnem toſtam, ut eſt apud Stratidem. Viola
rum ergo alba & flāmea plurimū durant. Sed ſatiuis maxima autoritas
Luteolis, qui colos in nuptialibus flāmeis quæſitus, ritu antiquiſsimo, &
fœminis totus conceſſus traditur: ideocꝙ fortaſſe non numerat̄ inter prin
cipales, hoc eſt, cōmunes maribus & fœminis, quoniā coloribus ſocietas
principatū dabat. Genera Lutearum, Tuſculana: & quæ appellatur Ma
rina, folio aliquanto latiore, ſed minus odorato, in totū uero ſine odore,
ac minuto folio. Calathiana, munus autumni. Cæteræ Veris. Proxima ei
Chalta eſt, concolori amplitudine, uincit numero foliorum Marinam,
quincꝙ folia non excedentē: eadem odore ſuperat̄. Eſt enim grauis Chal-
ta, non leuior ei, quā Scopam regiā appellant. Quancꝙ folia eius oleant,
D non flores, ut inquit Plinius. Quod autē genus ei ſit inter Violas Scopa
regia, parum liquet. Dioſcorides Scopam regiā Naporum generi connu
merat. Plinius alio loco Sideritin, quæ latiſsimo folio ſit, Scopam regiam
a noſtris dici uult. Violæ odor a longinquo ſuauior, propinquus hebe-
tat̄. Vita longiſsima candidæ, trienniū. Ab eo tempore degenerat & mi-
nuit̄: floreſcꝙ aſsidue candidiores affert. Minor uis eſt recentibus. Ideocꝙ
aridis utuntur poſt annū. Honor Violis apud antiquos poſt roſam & li-
lium. Violam iccirco dictam Ion Græci putant, ꝙ cum Io in uaccā a Ioue
conuerſa eſſet, terra florem illū pabulo bouis eius fuderit. Noſtri quocꝙ
Violam, quaſi uitulam, imitatione græca, uideri poſſunt appellaſſe.

Iouis flos. Iouis flamma Dioſanthos. Lychnis. Viola Tuſculana. Marina. Calathiana. Caltha. Scopa regia. Napi. Sideritis. Viola quare ſic dicta.

Optima quæcꝙ de Nomenclaturis VIOLARVM ex M. VERGILII Commentario.

Detulit candori multū in hoc flore antiquitas, nec leuem ſplendoris ſui gratiam illi habuit, una ab eo facta appellatione, tres alios colores indicans: qui in toto hoc Violarum genere a ſcriptore hoc numerātur, & uno excæpto a cunctis paſsim quotannis uidentur. Leucoiorum enim nomine in græcis oēs indicantur Violæ hæ, quæ primæ flores ſuos proferunt, ubi mitior & tepidior aēr fuerit ab hyeme ſtatim, ubi aſperior & frigidior poſtea: ubicꝙ aūt per Ver primæ noui anni aduentū nunciantes, pluresꝙ non uno ramulo tantum, ſed uno pediculo florentes: quæ cauſſa fuit, ut a quibuſdam Polyphęræ inter alias appellationes dicerētur. Id enim ea uox ſignificat. Florent hæ paſsim triplici colore, candido, luteo, & purpureo. Qui quartus deinde ab hoc numeratur, cæruleus in Violarum genere hoc, quod ſciam, in Italia nullibi uidetur. Ex eo oborta nobis ſuſpicio eſt, poſſe in Græcis abundare eam uocem, & ſi in cunctis pariter legatur. Is etiam quem nos habemus egregiæ antiquitatis, & fidei Latinum Dioſcoridem, Longobardis literis ſcriptum, tres tantū colores illos notos omnibus numerat. Quartus hic cæruleus nullus in eo eſt. Nec nos tantū illi deferimus, ut unū uelimus pro cunctis alijs nobis eſſe, ſed accedente rei naturæcꝙ & ſuſpicioni huic noſtræ hoc ueluti teſte, qualiſcuncꝙ ille eſt, non fore credidimus inutile hoc etiā legentes monere. Præſertim nullibi, ut paulo ante diximus, oſtenden-

Leucoiorū nomine quę Violæ ueniant. Polyphæræ.

re in hoc flore eum colorem natura. Alioquin oportebit, quæ primo uolumine in Iasme dicta a nobis fuerunt, meminisse: & quæ longius illic de Violis docentur, in hunc locum referre: opinarique in cæruleo colore hoc, aut alijs locis nasci hunc florem. Late enim patet naturæ uis, & admirabilis eius maiestas: qua potest multa ubique uariare, & quæ nobis, & nostro orbi negauit, alijs dedisse. Aut Violarum appellatione alia etiam censeri florum genera, quales Iesminos omnes tunc esse diximus, modo magnitudine, & forma pares, & similes illis sint: & intellexisse in Dioscoride necesse erit, florem quempiam alium cærulei coloris, qualis uerbi caussa Cyanus est, sic a Græcis a colore dictus, uulgaris flos, omnibus notus inter segetes, Maio & Iunio mense nascens. Quem rura nostra florem Alysum uocant, triplici & ipsum colore, candido, purpureo, plærumque autẽ cæruleo. Nobis tamen in priorem illam sententiã inclinat animus. Credimusque quartũ illum colorem huic scriptori temere accreuisse. Vtimurque ea ratione præcipue, quod non uerisimile est, miscuisse diuersa simul genera Dioscoridem: & cum de Leucoijs certo scilicet genere priuatim ageret, de cunctis Violis, quæ Græci ἴα, non λευκοῖα uocant, agere cogitasse. Obseruauimus enim τῶν ἴων, id est, Violarum latius patere appellationẽ, pluresque complecti flores: Nigram, seu malis ferrugineam Violam, Iesminos omnes, Calathianam, & quam Græci Phloga, Plinius flãmeam uocat, pluresque alios qui figura, quantitate, foliorũ positura, aliaque huiuscemodi ratione aliqua proprie dictis Violis similes æqualesue sint. λευκοίων autẽ triplex tantũ hoc genus, quod solo colore differt, quodque nos paulo ante ex Theophrasto descripsimus. Solæ enim hæ Violæ Leucoia dicuntur. Accedit & illud, quod si Cyanus in hoc genere intelligendus erit, ex qua uoce nos credimus irrepsisse eum colorem in has Violas, uidebitur temere miscuisse Dioscorides, quæ non eodem tempore florent. Cyanus autem prima æstate tantum, ille sponte sua in parietibus, & murorum pinnis aliquando, illi inter segetes passim nascuntur. Possunt quidem ambo in hortis conseri, sed nos simplices naturæ natales & notas, non coãcta artis opera tractamus hoc loco.

Flos Alysus.

Ferruginea Viola.
Phlox.

COROLLARIA HERMOLAI BARB. & Vergilij in Iasminam confectionem.

Vnguentum hoc & Iasiminum, & Iasme dicitur. Quæ uox admonet me, ut ex ea fere Viola compositum intelligam, quæ uulgo Iesiminũ uocatur, distinctiones, & harundineos parietes in hortis opere topiario cõuestiens, Flore candido, præcipuæ suauitatis: folium in uiridi nigricans, oblongum, fastigiatum, mucrone languido, magnitudine rosacei, sed angustum. Hoc Violæ genus Persicum & Particum, & omnino peregrinum uocauerim, ab alba Viola nostrate longo interuallo distans, ueteribus (ut arbitror) incognitum, saltem Italiæ. Recentiores tria Iasmes, siue Iesimini genera constituunt, albam colore, cæruleam, et in Aegypto luteam, qualem & in Venetia nasci modo cernimus.

MARCELLVS VERGILIVS.

Florem quem omnes Iesiminum dicimus, colore candido, Violis figura non dissimilem Violam antiqui uocabant, ignotum diu Italiæ, ut uidetur, nunc autem plebæis hortis etiam grato odore commendantem, tam notum omnibus, ut nulla descriptione nostra indigeat. Credimusque nos de eo egisse hunc scriptorem, cum communis Violarum historia tertio uolumine ab eo tractaretur. Numeratis enim albis, luteis, seu purpureis Violis, quæ communes & notæ omnibus sunt, quartum genus colore cæruleo addidit: quæ nullæ in Violarum genere nunc cognoscuntur, necesseque est ad Iesimini huius florem referri cæruleum colorem illum. Posteriores enim, & inter eos Serapion, tria Iesimini ex colore discrimina, & genera fecerunt. Candidum, luteum, quem ille Citrinum, & Cæruleum, quem cœlestis coloris uocat, omnes quondam peregrinos, & Italiæ ignotos, nunc omnibus communes: uidetque Italia, & habet iam non candidos tantum, sed Luteos etiam Iesiminos. Nec in alio Violarum genere Iasme hæc, & Iasminum unguentum, intelligendum est. Nam quod PALLADIVS Violaceum docet a Græcis ἴατων dictum, ex Violis proprie nunc dictis, conficiebatur. VIOLA Sque nos Græcorum more dicimus eas, quæ primæ Ver nunciantes, plures uno ramulo florent, paucis & exiguis folijs, colore triplici, candido, luteo, & purpureo, præcipui in medicina usus. Quam enim Theophrastus Nigram di-

C cit, in alio genere ab antiquis numerata est, de qua suo loco dicemus. Videntur postremo nobis male sibi inuicem respondere, in Iesimini huius confectione, olei sextarium, & flores unciæ duæ, credimusq; in florum pondere uitium esse, nec tam exiguo flore, tantam olei mensuram satis posse odorari.

ἰστυπία EX PLINIO lib.21. cap.11.

Florum prima uer nunciantium, Viola alba, tepidioribus uero locis etiam hyeme emicat. Postea appellatur Purpurea, proxime Flãmea, quæ & Phlox uocatur, syluestris dumtaxat. Et rursum eodem lib.cap.6. Violis honos proximus. Earũ plurima genera, purpureæ, luteæ, albæ, plantis omnes, ut olus satæ. Ex ijs uero, quę sponte opacis, & macris locis prouenium, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnoso exeunt, solæq; gręco nomine a cęteris discernuntur, appellata Ia: ab his Ianthina uestis. Sed satiuis maxima autoritas luteis. Genera ijs, Tusculana, & quæ Marina appellantur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato, in totum uero sine odore, minutoq; folio. Calathiana, munus autumni, cęteræ ueris. Proxima ei Chalta est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum Marinam, quinq; folia non excedentẽ. Eadem odore superatur. Est enim grauis Caltha, non leuior ei quam Scopam regiam appellant. Odor ei cinamomo proximus, gracili solo, nec humido prouenit.

Calathiana.

THEOPHRASTVS DE VIOLACEO genere, ex quo sua mutuatus est Plinius, lib. 6. cap. ultimo historiæ plantarum.

D Florum prima, Viola alba, sese ostendit. Emicat ob cœlum clemẽtius statim etiam non hyeme exacta: ubi uero immitius, postea: uere nõnunq; cum uiola alba, aut paulo post Lilium exit, & quæ Viola flammea uocatur, syluestris dumtaxat. Hæc cæteris omnibus, quibus coronarij utuntur, longe præcurrũt. Post hæc Narcissus, & Lirium exeunt. Ad hæc bulbi flos. quidam enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur Vitiflora, & Nigra etiam Viola. Et e syluestribus Aurelia, & genus Fremij.

DESCRIPTIO VIOLARVM ex Serapione.

Viola herba est, cuius sunt folia minora folijs Cissos, & nigriora, & non elongantur multum ab eis in figura sua: & habet stipitem egredientem ab una radice, & est super eum pilus, & in sumitatibus eius flos boni odoris, coloris purpurei: & nascitur in umbrosis & asperis.

Aliæ species Violarum, ut inquit Pandectarius, sunt species Cheiri.

PRAESTANTIA omnium, & Electio.

Satiuis maxima autoritas luteis, ut inquit Plinius, sed melior quæ est purpurea, ut contendit Galenus. Subinde, quæcunq; est ex primis, & quam nec solis calor siccauit, nec pluuia nimia tabefecit.

TEMPERAMENTVM.

Frigidæ sunt & humidæ in gradu primo. Quæcũq; tamen siccatæ, & frigidæ, & humidæ sunt, minus infrigidant. Sedant dolores calidos, leniunt, resoluunt, & inflammationes cohibent.

A

VIRES ET IVVAMENTA
Purpurearum ex DIOSCORIDE.

Folia per se, & ex polenta, illinuntur aptissime stomacho æstuanti, & oculorum inflammationibus, sediq; procidenti.

Aiunt, quod purpureum est in flore, anginis et comicialibus auxiliari, maxime pueris in aqua potum.

IVVAMENTA Albæ & Luteæ.

Huius aridi flores feruefacti in desessionibus, ualent contra uuluæ inflammationes.

Et menstrua expellunt.

Sanant oris ulcera cum melle.

Cum cerato rimas sedis.

Semen duum drachmarum põdere ex uino potum, aut cum melle inditum, menses secundas, & partus extrahit.

Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

IVVAMENTA Purpureæ, & Flammeæ ex MESVE.

Solutione educunt Choleram reprimuntq;

Conferunt inflammationibus omnibus.

Sedant Sodam calidam, factam in caliditate uehementi.

B

Ciunt somnum, & leniũt pectus, & guttur.

Conferunt uuluæ, & anginæ.

Sedant sitim, & opilationes hepatis aperiunt.

Dissipant Ictericiam, & febres inflãatas.

Ex SERAPIONE cap. 120.

Quando fit emplastrum ex solis folijs, aut cum sauich, infrigidat, & confert inflammationi oris stomachi, & apostematibus calidis oculorũ.

Et dicitur, ꝙ flos eius a proprietate sua bibitur cum aqua, & confert epilepsiæ, & anginæ puerorum: & illa est, quam uulgares nominant, Matrem puerorum.

Ex PLATEARIO.

Zuccharum Violarum fit ut Rosarum.

Sed Syropus Violarum sic fit. Violæ in aqua coquantur: & ex colatura, & zuccharo fiat colatura.

Syropus Violarum.

Vel sic. Melius est, ut Violę dimittantur in aqua per noctem, & fiat syropus. Si autem ex succo & zuccharo, tanto melius.

Oleum Violarum fiat hoc modo, Violæ decoquantur in oleo, & colentur: uel fiat decoctio in duplici uase. Vel etiam sic, quod melius est. Decoquantur, & colentur: & colaturæ recentes addantur: & sic dimittantur per. 15. dies ad solem, & coletur: & sic secundo & tertio fiet, atq; erit electissimum. Id oleum contra omnem hepatis calefactionem ualet, est somniferum et narcoticum.

Oleum Violarum.

Nota etiam, ꝙ syropus Violarum magis debet concoqui, ꝗ Rosarũ:

C alioqui corrumperetur, & tabesceret.

DOSIS ex MESVE.

Potio earum est ab unc. iiij. usque. viij. Et succi earum ab unc. 1. usque ad. ij. Syrop. earum ab unc. ij. usque ad. iiij. Et conditi earum ab unc. 1. & drach. usque. iij.

Ex IOANNE VIGONIO.

Viola herysipelę non exulceratæ, secundum omnem modum administrationis eius, est optima medicina.

De satu VIOLARVM, Columella lib. 13. Et Palladius Mense Februario, cap. 21.

Violam qui facturus est, terram stercoratam, et repastinatam, minimũ alte pedem in puluinos redigat, atque ita plãtas hornotinas, scrobiculis pedalibus factis ante Calendas Martias dispositas habeat. Semẽ autem Violæ sicut olerũ, in areis duobus temporibus seritur, Vere, uel Autumno. Colitur autem eo modo, quo & cætera olera, ut runcetur, ut sarciatur, ut interdum etiam rigetur.


De oleo & uino VIOLACEO faciendo, ex Palladij Mense Maio.

D Tot Violæ uncias infundas, quot olei libras miseris, & diebus. 40. sub dio habere debebis, Violæ purgatæ, ut de rore nihil habeant: libras quinque uini ueteris. x. sextarijs debebis infundere, & post. xxx. dies. x. mellis ponderibus temperare.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides, libro. 4.
Plinius, libro. 21. capite. 6. 11.
Theophrastus lib. 6. capite ultimo.
Herm. Barbarus.
M. Vergilius.
Ioannes Vigonius.
Mesue in simplicibus.
Serapion, cap. 140.
Platearius.
Macer, dictione, Viola.
Galenus ad Paternianum, cap. 2.





Gefülter Hanfüß.

A

Crus Galli.



Kleiner Hanfüß.

De PEDE CORVINO, Rhapſodia XXIII.

Nomenclaturæ

Græcæ, κορωνόπους. ἄσριον.

Latinę, Pes corui. Silago. Caciatrix. Sanguinaria.

Germanicæ, Rappenfüß. Hanenfüß.

B

PLACITA AVTORVM de Pede Coruino.

Sententia DIOSCORIDIS de Pede Coruino, lib. 2.

CORONOPVS oblonga hęrbula eſt, per terram ſternitur, & folia inciſuris diuiſa habet.

In eandem ſententiam & Plinius lib. 22. cap. 19. Coronopus oblonga hęrba eſt, cum fiſſuris. Seritur interim. quoniam radix celiacis præclare facit, in cinere toſta. Et rurſum lib. 21. cap. 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram ſerpunt, ut eius quam Coronopum uocant.

Apuleius de herba GALLI CRVRE cap. 22.

Naſci amat herba Galli crus locis ſolidis, & circa uias: eius cacumen, inſtar pedis Galli.

C

IVDICIVM NOSTRVM.

Mira est scriptorum uarietas in Coronopode hac. Alijs Batrachion, alijs Flamulam, nonnullis aculeati generis, rursum alijs sine omnibus prorsum aculeis eam suspicantibus & contendentibus. Vnde preciumopere facturos nos arbitramur, si paulisper figentes hic pedem, Leonicenicam disputationem subscribamus: quod ex omnibus nemo prudẽtius philosophatus uidetur de ea hærba, mea quidem sententia. Sumq; & ego in ea opinione, ut non aliam credam esse, quam quę hodie Crus Galli uulgo dicitur, uel pueris etiam nota, qui eam legentes mutuo uesicas cient. Neq; una tantum eius species. Est enim syluestris, quæ in cimiterijs, pratis, & circa sepes oritur. Est domestica & hortulana, satiua, foliatis, luteis, & repletis floribus, qua ad coronas utuntur nymphæ. Est quoq; quæ ueneto, & flore & colore Germaniæ matronis in hortis alitur, prorsus galli, uel cornicis pedem referens, trium cubitorum ubi excreuerit: uulgo uocant Jßenhütlin, quam, in quod aliud quoq; genus recenseam, q̃ Coronopodis, non habeo. Nec aliquis mihi demonstrare hactenus ualuit. Verum quam hæc recte conijciamus, aliorum æstimationi permittimus, Oraculum nullum, uel Sibyllæ folium sunto.

Jßenhütlin.

NICOLAI LEONICENI Iudicium de Herba Coronopode.

De secunda herba, Pede alacohen ab Auicenna uocata, idem expositor scribit, existimare quod sit herba a medicis uocata Pes corui, de qua dicit. 2. huius capite, de Pede Coruino, quod radix huius herbæ cum decoquitur confert solutioni antiquæ: sed radicem huius herbæ, quam nostri herbarij uocant Pedem Corui, esse causticam, ulceratiuam, & de ista non loqui Principẽ. Hic quod deinceps dicit, quod aliqui dixerunt, q; per alacohen Hippocrates intellexit folia ficus: quæ in nullo seruiunt casui præsenti, quia pungunt & excoriant per lacticinium occultatũ

D

in eis. Hæc omnia ad uerbum fere nouus expositor Auicennæ, qui sua expositione non magis hanc, q̃ etiam priorem nobis herbam declarauit. Forte autem sit illi minus pudendum, hanc secundam. s. Pedem coruinũ, de quo Auicenna loquitur, ignorasse: quando & ipse Auicẽna, tantus alioquin medicinæ magister, uel dubitauit, uel etiam nesciuit quid esset, ut plane in multis alijs herbis ipsemer suam fatetur inscitiam: ut etiam secundo Canonis de hac ipsa herba, quæ Pes coruinus nominatur, non modo ambigua, sed etiam contraria loquitur. Sunt autem hæc Auicennæ de Pede coruino inibi uerba. Pes coruinus membra expulsionis, radix eius hærbæ confert solutioni antiquæ. Et dixerunt Paulus & alij, quod confert Colicæ, & efficit operationem Hermodactylorum absq; nocumento. Ego autem nescio, quomodo radix Pedis Coruini possit prodesse solutioni antiquæ & facere operationem Hermodactylorum, qui sunt satis in soluendo potentes. Nisi forte Auicenna uult hoc loco solutionem curare solutione: qui tamen alibi præcipit, non esse faciendam solutionem super solutionem. Fen autem. 22. tertij, cap. de solutione podagrę, & ischiadicorum, Pedem coruinum non colicæ, sed podagræ potius ex eiusdem Pauli autoritate Auicenna prodesse testatur, ita scribens. Et dixerunt quidam, quod Pedi coruino inest operatio Hermodactylorum, & non est eius nocere stomacho. Quæ uerba exponens etiam nouus expositor Auicennæ, in hunc modum scribit. Dicit aliquos asseruisse, quod Pes coruinus operatur, & purgat sicuti Hermodactyli, & nõ nocet stomacho sicuti ipsi. Et pes iste coruinus, est hærba cuius radix ponitur in opere, de qua scribit in secundo huius capite de ea. Dixerunt Paulus & alij, quod confert Colicæ, & efficit operationem eorum absq; nocumento. Deinde subiungit. Radix PEDIS CORVINI, quã nos hic habemus, ab extra appo sita rodit, & pluries hanc feci super pedem illius quassari, qui habebat in unguine bochium epedemille, & protinus illic surgebat ampulla, qua rupta exibat uirus uenenosum, unde aliqui sanabantur. Sed hanc dare per os, nunqam ausus sum: licet sciam aliqua, quæ foris adhibita uesicant, & ulcerant, & comesta noceant. ut allia, & cæpe. Hæc ille. Qui licet uereatur, ut sane debet uereri, dare per os radicem Pedis coruini, quæ uenenum est, ut postea declarabimus, per uerba, tamen postrema uidetur inuere, quod si etiam daretur per os cum aliqua tamen ratione daretur, et non sine Principis autoritate. Ioannes uero Matthęus de grado, alter nouus Auicennæ expositor, in huius radicis expositione magis audaculus, scribit hæc uerba. Intellige, quod cum autores utuntur Pede coruino, in casu etiam isto semper utuntur radice eius, & non folijs. Ita etiam dominus Auicẽnna secundo Canonis, iuuamenta radicis eius. Quę uerba expositoris nobis indicant, ipsum huius herbæ timuisse folia, non radicẽ. quia dñs Auicenna eiusdem radicis usum, & non foliorũ secundo canonis præcipue probauisset. Miseret me humanæ uitæ, quã uideo quotidie sub Auicenna non tanq; principe, sicut medici iuniores ap-

Auicenna de Pede Coruino.

Auicennæ expositor.

Ioannes Mathæus de grado.

pellant,ſed tanq; ſæuo tyranno periclitari. Nam ſi radicem uenenatam,uel intra corpus iuſſerit adhiberi,eam quidam medicorum in ægrotantibus adhiberi non dubitant: contra,ſi radicem ſalutarem,& uenenis aduerſantem dari uetuerit, tanq; medicinam pernicioſam, illā medici etiam celebres non audent dare. Radicem Pedis coruini habentem uim exulcerandi, & tanq; uenenum,præterq; ſi extrinſecus apponatur,in uſu medicinæ fugiendā,alter nouus Auicennæ expoſitor,non ueretur dicere dare,etiā intus aſſumendā,fretus Auicennæ & ſecundo canonis,& xvi. Tertij, qui eam Hermodactylis præfert,autoritate. Ego uero,teſtor Deum,me nouiſſe medicum,qui ex eadem radice,quibuſdam alijs adiunctis,pilulas conficiebat, & eas podagra laborātibus propinabat, non ſine magno quorundā, qui eas accepere periculo:donec tandem a me ſui erroris admonitus, a tam periculoſa abſtinuit medicina. Nonne idem Auicenna,ſi qui tam fatui ſint,qui ei uelint in omnibus credere,ſcribit ſecundo canonis,Napellū eſſe uenenum pernicioſum. & tamen potari ſuadet? cum poſtea ſubiungit, delet albaras linitum & bibitum. Venenum autem quod noſtra ætate Napellum ab herbarijs nominatur, Aconitum,a Græcis atq; Latinis uocatur. de quo Vergilius,

Miſcent aconita nouercæ.

ut iam appareat Auicennā,non tam tyranni,q; etiam nouercæ imitari mores. Contra Galenus Aconitum laudat, ſi abſtergendū ſit aliquid ex corpore: ſed cauendū eſſe,inquit,ne aut in potu,aut in cibo ſumatur. Idem Auicenna radicem Pentaphylli a Dioſcoride cōmendatam ad uenena mortifera,ipſe ſecundo Canonis ſcribit,eſſe medicinā pernicioſam:adeo, ut Michaël Sauonarola medicus,ſuo & noſtro quoq; tempore,propter ſcripta,et quæ de medicina edidit clarus,non auſit eam in quartana dare:non aliā ob cauſſam,niſi quia damnetur a Principe. Tantam habet ut nuper dicebam,Auicenna apud medicos noſtri temporis autoritatem, ut medicinā mortiferam faciat ſalutarem,ſicuti Pedem coruinū ſalutarem,aut pernicioſam, ueluti radicem Pentaphylli,uel eius ſuccum. Nam & Iacobus de Dondis, cognomento Aggregator, huius radicis ſuccum inter uenena pernicioſa,ex Auicennæ numerat autoritate. Forte autem, quantū ad Pedis coruini attinet radicem,non tam Auicenna,q; medici ipſi non recte Auicennam intelligētes,ſunt reprehendendi. Quis enim eos cogit,putare herbam,quā herbarij noſtræ ætatis Pedem coruinū nominant,eſſe illam,quā ueteres medici,Paulus ſcilicet & Dioſcorides, ſub eodem nomine celebrarunt? Quaſi uero ſit neceſſarium,ut quæ nunc ſunt nomina herbarum,etiā priori ſeculo fuerint. Eos autē quos ſupra notaui Auicennæ expoſitores, illud oportuit dididiſſe,aliam eſſe herbā a priſcæ ætatis hominibus Pedem coruinū nominatam,aliam a noſtris. nam ſi id ſcijſſent,neq; tam multa de Pede coruino dubitaſſent,neq; etiā aliqui eorū unq; in animū induxiſſent,herbam Pedem coruinū a noſtris dictam,poſſe ſine periculo,aut in pilulis,aut alio modo intus aſſumi. Hæc enim eſt illa,quā Dioſcorides, βατράχιον, & Apium ſylueſtre nominat. Vnde & medici iuniores,non ſolum Pedem coruinū,ſed etiam Apium Raninum nominarūt, a gemina ſcilicet,animalis, & herbæ alterius ſimilitudine. Huius herbæ Dioſcorides quatuor fecit ſpecies,& unā ex his inter uenena collocat. Omniū autem folia,& caulem,ſi apponātur humano corpori,uim ait habere exulcerandi,& eſcharā faciendi. Quare nullo modo ſuſpicandū eſt,illos qui dixerunt Pedem coruinū in medicinæ capitulis excoriationis inteſtinorū,quos Auicenna allegat.xvi.tertij,eodem capite,de hac Pede coruino, quā ueteres βατράχιον, a rana,cuius effigiem repreſentat,nominarūt,intellexiſſe:ſed neq; Auicenna ſecūdo canonis,cū ſcribit radicem Pedis coruini conferre ſolutioni antiquæ, de hac potuit intelligere. Ideo quantū ad hoc,forte non eſt error Auicēnæ, ſed male exponentium Auicennā,& neſcientiū quid duobus in locis,ſcilicet & ſecūda canonis,&.xvi.tertij, per Pedem coruinū Auicenna intellexerit,ſi modo & ipſe quid eſſet,intellexit. Nam.xvi.tertij,etiā uidetur hæſitare. Secundo aūt canonis oīno Auicēna aberrat,illā oſtendens quā ſupra tetigi in radice eiuſdem herbæ contrarietatē,quod conferat & ſolutioni antiquæ,& faciat operationē Hermodactylorū,abſq; nocumēto. Quibus uerbis poſtremis ſimilia etiā ſcribit.xxij.tertij,ſupra etiā a nobis allegata. Verum utrobiq; male Paulus,& alij ſuper hac medicina,quæ facit operatiōem Hermodactylorū, ab Auicēna citantur. Neq; enī Paulus uſquā herbam Cornopoda,ſic enī Græci Pedem coruinum nominānt,Hermodactylis cōparat,in iuuādo podagricos,ſed compoſitionē quæ noīatur apud Græcos διὰ κορωνοπόδιον,id eſt,per Pedem coruinū,alteri præfert,quæ apud eoſdem Græcos διὰ ἑρμοδακτύλων,id eſt,per Hermodactylos nominatur:quarū utrāq; deſcribit Paulus lib.7.in quo de ſimplicibus & cōpoſitis agit medicinis,proprijs ambas inſcriptionibus notans.

A

Auicenna tyrannus medicinæ ſæuiſſimus.

De quodam audaci Medico.

Napellum, & Aconitum idem ſunt.

Michaël Sauonorola.

B

Iacobus de Dondis, Aggregator.

Non neceſſe eſt,ut quę nūc ſunt herbarū nomina, etiā priori ſeculo fuerint.

Pes coruinus Batrachium, idem Apium ſylueſtre.

Quatuor ſpecies Dioſcoridis.

Expoſitores Auicennæ, Auicennā nō adſequuntur.

Primæ compoſitionis inſcriptio,atq; deſcriptio hæc eſt, PODAGRICA per Hermodactylum.

Hermodactylorum.3. 1 1 1. aneſi,cymini æthiopici, ameos, corymborum, thymi, pipe-

C ris longi, zinziberis, obolos tres. epithymi unciam mediam, dosis oboli. IIII. aut VI. datur mane cum condito, uel hydromelle.

Secundæ autem compositionis per Pedem coruinum inscriptio, atque descriptio talis est.

PER PEDEM CORVINVM compositio, quæ facit ad ea ad quæ & altera per Hermodactylon, stomacho utilis.

Zinziberis oboli duo, piperis oboli tres, agarici obolus unus, cnici interioris oboli quatuor, radicis Pedis coruini oboli sex. Dosis oboli octo. His autem quibus uenter non facile soluitur, siliquæ. xxiij. facit omnino septem, uel octo fere alui deiectiones.

Harum duarum compositionum, Paulus libro sui de medicina uolumine tertio, secundam per Pedem coruinum nominatam, dicit ex Alexandri autoritate prima esse meliorem, ut quæ eandem faciat euacuationem, & æque sedet dolorem: cum hoc, quod nihil obest stomacho. Quorum uerborum sententiam male Auicenna duobus in locis antea alligatis, de solo Pede coruino scribit, ipsum Hermodactylis comparando: quasi radix Pedis coruini, de qua loquitur Paulus, sit par in cienda aluo radici Hermodactylorum, & non habeat potius adstringendi facultatem: quemadmodum de ea sentit Dioscorides, qui ipsam cœliacis prodesse testatur: sicuti & ipse Auicenna primo canonis, eandem dicit radicem prodesse solutioni antiquæ: & etiam. xvi. tertij testatur nonnullos eam nominasse inter medicinas ad ulcera intestinorum facientes. quoniam celiaca dispositio est morbus similis lienteriæ, quæ prouenit etiam ex ulceribus intestinorum. Quare Auicenna hæc omnia de radice Pedis coruini non male scribit. Illud uero non recte, quod faciat operationem Hermodactylorum. Si quis uero miretur, quomodo tota compositio per Pedem coruinum nominata, eandem possit facere euacuationem, quam altera per Hermodactylos, cum Pes coruinus, uel radix eius uim adstringendi habeat, Hermodactyli autem magis purgandi: sciat, dictam per Pedem coruinum compositionem, non habere uim purgatoriam ex Pede coruino, sed ex agarico, & cnico, quod Cartamum medici recentiores appellant. Purgat autem æque atque altera compositio per Hermodactylos nominata: quoniam dosis eius est dupla ad dosim alterius, & in durum habentibus uentrem maiorem multo quam duplam habet proportionem: ut ex his quæ antea scripsimus, ex Pauli sententia patere potest. Neque uero quispiam miretur, compositionem purgatiuam ex medicina uentrem adstringente suam sortiri appellationem: quoniam in podagricis doloribus, atque Ischiadiacis non minus quærimus humorum fluxum ad loca dolentia reprimere, quam eorum qui iam fluxere euacuationem. Vnde & apud Paulum inuenitur alia compositio ad podagras, quæ per corallium nominatur, in quam tamen ueniunt rhabarbarum, & aristolochia, medicinæ euacuantes. De eisdem duabus compositionibus, quas supra secūdum Paulum annotauimus, etiam Auicenna Fen. xxij. Tertij, capite de solutione podagricorum & Ischiadicorum. In quibusdam tamen medicinis, sed præcipue in ponderibus medicinarū, a Paulo euariat: ut quas scribit Auicenna cum his, quas Paulus antea notauerat, conferre uolentibus uideri potest. Hic uero occurret aliquis, ac mihi obijciet id, quod & ipsi Auicennæ, atque eius expositoribus antea obiectaui, non haberi ex eorum expositionibus, neque quid sit herba Tinctorum, siue citrina, neque quid sit Pes coruinus, de quo Paulus, quantumuis male ab Auicenna allegatus, intellexit. Liquet enim ex ijs quæ antea diximus, esse herbam Pedem coruinum a ueteribus dictam, ex cuius nomine compositio tota suam habuit appellationem: nondum tamen quæ, aut qualis nam sit, fuit declaratum. Cum ergo & quæ nam, aut qualis sit herba Tinctorum ab Auicenna dicta, & quo nomine apud ueteres fuerit insignita, antea docuerimus, quod etiam de herba fecimus, quam nostri herbarij Pedem coruinum nominant, restat, ut quid sit Pes coruinus ueteribus, & Dioscoridi, & Paulo, atque Auicennæ doceamus. quandoquidem & ipse Auicenna eam scripsit, cuius Pes coruinus est pars: ne qui uolunt totam facere compositionem, in Pede coruino dubitent, ueluti quidam Auicennæ expositores hæsitarunt: aut sicuti alij radicem perniciosam, pro salutari recipiāt. Coronopus, hoc est, Pes coruinus, inquit Dioscorides, herba parua est, oblonga, humi strata, folijs fissis. Hæc quoque pro olere elixatur. Aliqui amoneos, aliqui astrium, Afri atirsitte, Romani caciatricem, nonnulli stillaginē, nonnulli sanguinariā uocant. Huius radix in cibo sumpta, facit ad celiacos. Nascitur in locis incultis, & in dumetis, & in uijs. Omissis in hac herba barbaris appellationibus, de quibus non possumus, sint ne recte, an perperam scriptę, dijudicare, Romana nomina diligentius inspiciamus: ut si qua eorum sint deprauata, corrigamus, atque inde ad eius quam quærimus herbæ noticiam perueniamus. Caciatrice sane uidetur dictio corrupta, neque enim est gręca, neque latina: quare puto gallitricem esse legendum: uel quod magis græcæ appellationi respondeat, Galli crus: ut sicuti ideo apud Græcos hæc herba Coronopus est nominata, quoniam coruini pedis effigiem representat, simili ratione apud Romanos Galli crus fuerit nuncupata. Est enim herba apud autorem de simplici medicina, quem aliqui putant fuisse Apuleium, Galli crus, atque etiam Sanguinaria nominata.

Celica.

Dioscorid. de Coronopode

Coronopus est Pes Galli.

Apuleius.

Quod etiam nomen uitiatum est, seu decurtatum apud Dioscoridem. nam sanguinari, pro sanguinaria in multis codicibus legitur. De hac autem herba idem autor de simplici medicina, qui cũq; sit, refert eadem, quæ de Coronopode Dioscorides, quod uidelicet in locis asperis, & circa uias nascatur: addit autem & rationẽ, cur tam Galli crus, ꝗ etiam Sanguinaria nominetur: eo ꝙ scilicet naribus imposita, sanguinẽ fluere facit, & habet (ut inquit) in summitate pedem Galli. Hæc autem herba ipsa, si quam sit uulgo nota, & simul eius nomen uulgare manifestauero, uereor ne Auicennæ, atq; eius expositoribus magnã pariam ignominiam, qui in re notissima pueris, hæsitarint. Verum ista celare, non est tam parcere antiquis, ꝗ uitam negligere, quæ ut antea diximus, sub Auicẽnæ, atq; eius expositorũ autoritate periclitatur. Hæc proculdubio illa est, quã partim Sanguinariã ab effectu iam dicto, partim Capriolam uulgo appellamus. Plinius unam speciem Graminis facit, & Gramen uocat aculeatum, quoniã ei in acumine aculei sint plurimi, quos ut idem Plinius inquit, conuolutos naribus inserunt, extrahuntq; ciendi sanguinis gratia. Quæ licet uerba scribat Plinius lib. 25. de secunda Graminis, ut diximus, specie, ipsam nihilominus lib. 21. inter herbas aculeatas, sub græca appellatione Coronopodis numerauit: nesciens, ut arbitror, eandem esse herbam, quem Græci Coronopoda, & Romani Gramen uocant aculeatum: quoniã ut in æra, & lolio, ægylope, & auena, aparine & lappa, nuperrime autẽ in lysimachio, & lutea manifestauimus, plurimarum herbarum, quas latinis nominibus nouerat Plinius, græcas nomenclaturas ignorauit: quam Plinij inscitiam etiam in isatide & glasto, elxine & conuoluolo, oxymirsine & rusco, nardo gallica, & saliunca, in altero nostro libello, de Plinij atq; aliorum erroribus edito, demonstrauimus.

Coronopus Sanguinaria. Capriola. Gramen aculeatum.

HERMOLAI BARBARI Corollarium de Coronopo.

Coronopus, hoc est, Pes cornicis, inter aculeatas a Theophrasto ponitur, sponteq; nascentes. Interim & seritur, medicinæ ad usum, Silago, aut Stillago dicitur a nostris, a Græcis etiam Coronopodion: ut Galeno. Sunt Arabes, qui hanc Coruinum uocent. Nec prohibeo, dum res constet, quibus cuiq; libet uocibus utatur. Illud monendi sunt, herbam, quæ modo Pes coruinus ab officinis & hærbicidis appellatur, non tam Coronopoda uideri, ꝗ Ranunculi genus, quod Polyanthemon cognominat: quandoquidem aculeata, & oblonga esse Coronopus herba traditur, & aluinis prodesse: Coruinus autẽ pes, auis eius, & Ranunculi similitudine conspicitur: plurimis foliorum diuisuris, cuius uel tactu solo pustulæ, ambusti modo corporibus attolluntur, flore aureo, copiosoq;: quibus notis, Ranunculum Polyanthemon uocatum conijciunt.

Silago. Stillago. B. ὑκὸν Coronopodis.

M. VERGILII Annotatio in Coronopo.

Scripsit de Coronopode hac iampridem multa Leonicenus, uir nostra ætate dignus, cui multum deferant bonarum literarum cupidi, in commentariolo eo, quod de Plinij erratis aliquot edidit. Conatusq; inter cætera est, quam hic Romana appellatione Coronopodis Caciatricem esse dicit, ostendere, ab Apuleio Galli crus dictam fuisse: & ex Galli crure ab imperitis Græcorum librarijs, Caciatricem in hoc scriptore factam esse. Quod si confirmare ego ausim, uaticinari magis, quam censere me credam. Nulla enim eius uocis uestigia in hac supersunt: nec coniectura aliqua in ea se offert, qua quod ignoratur & latet, in lucem trahi possit. Illud potius admittendum, quoniam Græci a cornicis Pede eam uocauerunt, uerisimile esse, Latinos a Galli crure, congruentibus alijs notis, ob similitudinem, nomen illi fecisse: quemadmodum ab aliquibus etiam, non cornicis, sed coruinus Pes hæc ipsa nominatur. Idem præterea, eandem a Plinio ait, lib. 24. Gramen aculeatum appellari. De quo dubitandum nulli esset, si hic aut aculeatam dixisset Coronopodem, aut quod aculeos indicaret aliquid illi adiecisset. Quam ob caussam, non sine ratione subsistet in Plinio aliquis, audiens inter aculeatas lib. 21. & secundo Coronopoda ab eo numerari. Nec nos Plinium arguimus, sed uarietatem historiæ demiramur, posse eam notam Dioscoridi deesse. Theophrastus lib. 8. de ea tradidit, humi caulescere, quod hic ait per terram sterni: numeraturq; inter aculeatas, & sponte nascentes. Vulgaris & ubiq; fere nascens herba hæc est.

Laus Nicolai Leoniceni. Galli crus. Theophrastus.

C

HERMOLAI BARBARI opinio alia de Coronopode.

Botrachion. Ranunculus. Strumea. Solanus. Apiastrum. Apium syluestre.

Batrachion, siue Ranunculus, siue Strumea: quoniam medetur Strumis. Nam Strumus Solani genus est. Dicitur & Apiastrum Ranunculus, hoc est, Apium syluestre, uenenatum in Sardinia: manifesto Nigidij doctissimi uiri errato: qui Apiastrum pro Mellissophyllo appellat: quanquam hunc & Varro sequitur & Dioscorides. Opacis gaudet. Primum genus, cui & color liuidus, ad latitudinem Maluæ accedentibus folijs. Secundo generi, caules, ut Plinius inquit, alti, ut Dioscorides, minores quam priori: nisi librariorum culpa fuerit μικροκαυλότερον, pro μακροκαυλότερον scribentium. Genus ab his diuersum in totum uidetur, Batrachion, cognomine Polyanthemos, caustica ui exulcerans cicatrices, & ad colorem eas reducens, et uitiligines concorporans. Neque aliter indicatur a Plinio quale sit. Nisi quis & hoc in unam quatuor specierum cōtribuat, ac reponat, illam uidelicet, quam plurimis foliorum diuisuris, & Plinius, et Dioscorides deliniant, uulgo dictam Pes coruinus, alteram omnino, quam Coronopus, de qua superius habita mentio est. De uenenato Salustius. In Sardinia inquit quędam herba nascitur, quæ Sardęa dicitur, Apiastri similis. Hæc ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. In ea Insula, ut Pausaniæ ac Solino placet, locis riguis prouenit iusto largior, nec tamen aquas inficit. Strabo ex hac ipsa herba Hispanos toxici genus conficere ait, quod urgente ui maiore haustum, citra dolorem humanis rebus exigat. A qua σαρδόνιος uulgo γέλως, quod & Dioscorides in uenenis meminit. Homerus Sardanion risum uocauit illo uersu,

Polyanthemos.

Sardæa herba

D

Risus Sardanius.

μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Meminit & Plato in Republi. Timæus aliam originem prouerbio huic reddidit, aliam Clitarchus, aliam Sophocles & Simonides poetæ: nos id in annotationes Plinianas distulimus.

Vide Erasmi Chiliades.

VIRES ET IVVAMENTA ex Dioscoride.

Coquitur in olere.

Radicem habet tenuem, adstringentem, quæ in cibo cœliacis facit.

AVTORES, & DESCRIPTORES.

Dioscorides lib. 2.
Plinius lib. 22. cap. 19.
Lib. 21. cap. 16.
Apuleius, cap. 88.
Nicolaus Leonicenus.
Hermolaus Barbarus.
Marcellus Vergilius.



Heyter Nesszelen.



Taub Nesszeln weissz.



Daub Nesszel/Männlin.

DE VRTICIS, Rhapsodia XXIIII.

¶ Nomenclaturæ

Græcæ, ἀκαλύφη. κνίδη. ἀδίκη

Latine, Vrtica.

Germanicæ, Nesszelen.

PLACITA AVTORVM de Vrticis.



DIOSCORIDES De Vrticis.

DVO VRTICAE genera, scilicet, Syluestris asperior, latioribus nigrioribusq; folijs, semine Lini, sed minore. Altera non æque aspera, minuto semine.

Periocha HERM. BARBARI de omnibus Vrticis.

Vrtica ex omnibus aculeatis generibus nouissima est. Acetabulis in flore purpuream lanuginẽ fundentibus. Sæpe altior binis cubitis. Mitior fœmina est, inter syluestres, quæ dicitur Cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis folijs. Quę uero etiam odorem mittit, Herculanea uocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum, sine uillis spinarum, aculeis lanuginem ipsam noxiam, & tactu tantum leui, pruritum, pustulasq; adusto similes existere. Notum est remediũ olei. Sed mordacitas nõ protinus cum ipsa hærba gignit̃, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci Vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellẽdos totius animi morbos. Syluestrium quoq; radix, omnem carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ uero ex ijs mitissima, & folijs nõ mordentibus, Lamiũ, siue Aononium uocatur, a quibusdam Vrtica iners, & mortua. Albũ hęc habet in medio folio, sacris ignibus utile. Quidã e nostris discreuere genera temporibus, Autumnale appellando, & reliquas ad eandem rationem. Cele-

Cania.

Herculeana.

Vrtica iners.

brat & Marinam cognomine Plinius ad uesicæ uicia. Condit laudes Vrticæ Phanias physicus, utilissimã cibis coctam, inueteratamq; professus. Si quadrupedes fœtum non admittant, Vrtica naturalia earum fricanda monstrant. Ex Vrtica in Aegypto fit oleum. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad omnia. Vrticam Hippocrates Nidam uidetur appellasse, cum alij Cnidam uocent. Est ubi Clidam legas corrupte, ut censeo, nisi aliud genus sit. Grana inquit Clidę sexaginta, clystera uuluis inijciantur, quas bilis infestauerit.

A — Vrticaꝫ laus

Vrtica Nida, Cnida Clida.

De eadem quoq; VERGILIVS.

Vrtica nihil in censu olerum inuisius nascitur, igneo pruritu urens: & inde facto nomine. Vescebantur nihilominus ea antiqui. Suntq; eius in cibo usus, testes antiqui in latinis Poetæ: quibus iocundum erat Ocimo se & Vrtica recreare. Vbiq;, & omnibus tam nota hęrba est, ut nihil monere in ea opus sit. Præterq; a Græcis Cniden, ab eorum uerbo κνίζειν dictam fuisse: significat id cum dolore pungi, uexariq;. Vocauit Acalyphas etiam Aristoteles in mari Vrticas, tactu eadem in urendo ui. Medetur ea multis in humano corpore morbis, plurimisq; scatet remedijs. Eamq; ob caussam non minus ad medicinam, q; ad cibos medicis & olitoribus curanda.

Vrticaꝫ usus

Acalyphæ.

De GALIOPSI simili Vrticis herba, DIOSCORIDES.

B

Galiopsis latinis Vrtica labeo dicitur. Frutex in totum caulem & folia habet Vrticæ, lęuiora, & quæ grauem odorem trita reddãt. Flore purpureo, tenui. Nascitur circa sepes, ædificia, ac semitas ubiq;.

Vrtica labeo.

Vrticarum ex PLINIO diuisio.

Vrticarum plures differentiæ. Syluestris, quam fœminam uocant, mitior. Et in syluestri, quæ dicitur Cania, acrior, caule quoq; mordaci, fimbriatis folijs. Quæ uero etiam odorem fundit, Herculeana uocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum, sine ullis spinarum aculeis, lanuginem ipsam esse noxiam, & tactu tm̃ leui pruritum, pustulasq; confestim adusto similes existere. Notum est remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa hærba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci Vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoq; radix, omnem carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ uero innoxia est, morsu carẽs, Lamium uocatur.

Vrticarum sexus.

TEMPERAMENTVM.

Calidæ sunt & siccæ Vrticæ in tertio gradu, secundum Serapionem.

VIRES ET IVVAMENTA ex Dioscoride.

Folia utriusq; illita, canis morsibus, addito sale, medentur.

Gangrenas, carcinomata, sordida ulcera, & quę cacoëthe uocantur.

Item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesq; sanant.

C Lienosis cum cerato imponuntur.

Faciunt ad profluuia narium, cum succo trita, & naribus indita.

Menses ciunt, eadem recentia detrita cum myrrha, & imposita.

Procidentes uuluas, contactu resilire cogunt.

Semen potum ex passo, Venerem stimulat, uuluam aperit.

Cum melle delinctum, orthopnææ, & lateris, & pulmonum inflammationibus prodest.

Thoracem expurgat.

Erodentibus medicamentis ammiscetur.

Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt, urinas mouēt, inflationes discutiunt: decocta cum ptisana, uitia pectoris extrahunt.

Mulierum menses euocant, cum myrrhæ modico pota.

Inflāmatione turgentem uuam, gargarisatus succus reprimit.

Ex SERAPIONE cap. 150.

Oleum Vrticæ est magis laxatiuum, q̃ oleum carthami.

Mouet coitum, quando comeditur cum cepis, & uitellis ouorum.

Et de proprietate est, eijcere phlegma crudum.

Quando excoriatur semen Vrticę, teriturq́; & miscetur cum melle, laxat fortiter.

Et cauendum est, ne contingat linguam, & caput meri: ne adurat ea.

D Et dosis eius est, a uiginti granis, usq; ad. xxx.

Ex AEMILIO MACRO.


Græcus Acalephen, nos Vrticam uocitamus.
Feruida non modice uis illi dicitur esse,
Vnde nec immerito nomen sumpsisse uidetur,
Tacta quod exurat digitos Vrtica tenentis.
Hæc solet Ictericos cum uino sumpta iuuare.
Illius semen colicis cum melle medetur.
Et tussim ueterem curat, si sæpe bibatur.
Frigus pulmonis pellit, uentrisq́; tumorem.
Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus,
Aut succus uiridis cum uino sæpius haustus.
Cum sale de folijs eius factum cataplasma,
Vlceribus prodest, & uulnera sordida purgat,
Et contra morsus ualet hoc cataplasma caninos.
Hoc canceros, & parotidas, luxataq́; curat,
Hocq́; reformatur caro quæ discessit ab osse.
Et solet humoros hoc desiccare nocentes.
Acri cum uino radix contrita, tumorem
Compescit splenis, podagræ sic subuenit illa,
Omnibus & morbis sic subuenit articulorum.
Omnibus his prodest supperaddita, uel sibi iuncto
Si coquis hanc oleo, foueasq́; hoc unguine membra.

Naribus impositus succus, foliumue, cruorem
Elicit, innata est illi uis tanta caloris.
Quod si manantem cupias retinere cruorem,
Vrticæ succo frontem line, reprimit illum.
Si supponatur cum myrrha, menstrua pellit:
Si claudit uuluam matrix, humore grauata,
Vrticæ folijs reuocabitur illa fricata.
Cum uino bibitum uenerem semen mouet eius,
Et melius tritæ, si iungas melq́;, piperq́;,
Et sic cum uino prædicto more bibantur.
Pleuriticos, pectus, pulmones, adiuuat eius
Semen, si sumptum fuerit cum melle iugatum,
Cum mulsa bibitum, lotium producit abundans.
Herba recens eius olerum si more coquatur,
Detur & illius decoctio, molliet aluum.
Ore diu clausus succus si uoluitur eius,
Vuæ non modicum poterit sedare tumorem.
Sudorem mouet ex oleo decocta perunctis.
Si quadrupes quæcumq́; marem perferre recusat,
Vrticæ folijs illius uulua fricetur,
Sic naturalem calor excitat ille calorem.
Defluuium capitis, si succo seminis huius
Vngas sæpe caput, reprimit, doctore Galeno.
Illius semen collectum tempore messis,
Et desiccatum, multis erit utile caussis.
Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus.

A V T O R E S.

Dioscorides lib.2. Acalyphen.
Plinius lib.21.cap.15.
Serapio, cap.150.
Macer æmilius.
Herm. Barbarus.
M. Vergilius.





C

DE MARRVBIO RHAPSODIA XXV.

¶ Nomenclaturæ.

Græcæ, πράσιον. ἰυπατώριον. φυλλόφαρις. τριπιδίλον. καμηλοπόδιον. ἄιμα ταύρου ἄφιδρος. γόνος ὥρου.

Latinæ, Marrubium. Prasium. Eupatorium. Sanguis tauri. Vlceraria.

Germanicæ. Andorn. Gottes vergeß.

PLACITA AVTORVM de Marrubio.

MARRVBII descriptio secundum DIOSCORIDEM lib.3.

FRVTEX EST ab una parte ramosus, hirsutus, albescens, quadrangulis caulibus, folijs humano pollici similibus, paulominus, quam rotundis, hirsutis, rugosis, sapore amaro. Semen per interualla in caulibus illi est. Flores asperi, uerticillorum figura. Nascitur circa areas domorum, & inter rudera.

Pictura Marrubij ex THEOPHRASTO lib. 6. cap. 2.

Sunt Marrubij duo genera. Aliud enim folio herbido serratiori, incisurisque profundioribus, & proinde conspectioribus discreto constat: quo unguentarij uti ad nonnulla consueuerunt. Alterum rotundius, squalensque uehementer, sicut * sphaceli, incisurasque habens obscuriores, minusque serratum.

* id est, saluiæ.

D

PLINIVS de Marrubio lib.20.cap.22.

Castor Marrubij duo genera tradit. Nigrum: &, quod magis probat, Candidum.

ERROR PLINII in Marrubio, obseruatus ab Nicolao Leoniceno libro de erroribus Medicorum.

Multæ herbæ Prasio similes

Multas herbas ac frutices, folijs Marrubio similibus, scribunt Dioscorides, Galenus, ac Paulus, quas omnes Plinius, non Prasio, sed Praso, id est, Porro folia tradit similia habere. Sic Horminon libro.22. dixit semen habere Cymino simile, cætera Porro. Sic Balloten, quæ alio nomine Marrubium nigrum similitudine foliorum appellatur. Plinius libro.27. scripsit alia nuncupatione Porrum nigrum a Græcis uocari, ac folijs quam Porri maioribus consistere. Sic Stachyn Porri habere similitudinem, longioribus folijs, pluribusque lib.28.notauit.

DILVTIO CALVMNIAE LEONICENICÆ per Pandulphum Collinucium.

Prasium græce esse, quod nos Marrubium, Prasum uero quod Porrum dicimus, primum Leonicenus edocuit. Didicit (ut opinor) & ipse boni cuiusdam uiri poëticam medicinam, in qua ita scriptum est, Folia Marrubij sunt Prasia, Prasaque Porri.

Quæ quoniam Plinius distinguere nesciuerit, Horminum, Baloten, Stachyn Porri folijs, non Marrubij, ut oportuit, constare dixit. Tum tres illos testes, qui unus sunt, quod supra do-

cuius Dioscoridem, Galenum, Paulum, opinioni suæ adstipulantes citat. Vetat Hadrianus Imperator, his testibus fidem adhiberi, qui unum, eundemq; sermonem (ut de compacto) afferunt. Verum ipse neq; errasse Plinium patiar, qui Marrubium græce Prasium dici. 20. lib. & Porrum Prasum. 7. & . 20. aperte monstrauerit: neq; Dioscoridem crediderim, sed hunc ipsum Pliniomastigen: qui ideo Dioscoridem Marrubium intellexisse opinatus est, q̄ ipse quænam illæ herbæ sint nesciat: placetq; hominis inscitiæ potius, uel codicis uitio, q̄ Dioscoridis adscribere. Ita enim a Leoniceno nostro fieri oportuit, cum Plinium emendaturus uideretur, non quam herbam Plinius pinxisset, negare esse illam, sed quæ, qualisq; illa nunc sit docere: non quid unaquæq; res non sit (quod de Deo dici solet) sed quid ea sit dicere: non destruere, sed adstruere: non ex Dioscoridis sententia, in re non manifesta Plinium euertere. Pariter enim & Dioscorides potest Plinij autoritate superari, sed uel ratione, uel rei ipsius euidentia. Nihil minus philosophi est, ut diximus, q̄ aliquid sine ratione dicere. In herbis quoq; designandis, non scribentis autoritas, non Leoniceni censura, sed uis & figura, & res ipsa consyderanda sunt, palamq; exhibendū quicquid id est medicamentum, de quo disputatur. Quod si ignoretur (neq; enim scire omnia mortalis est) salua apud nos scribentis autoritas sit, & humanæ potius ignorantiam nostram fateamur, q̄ errasse alterum impudenter iudicemus. Sic nos quoq; de ijs, quo ad fieri poterit, primumq; de Hormino transigemus.

A

DE HORMINO.

Horminum, quæ & Geminalis latine dicitur, frumenti genus esse, et inter frumenta connumerari, Theophrastus Plantarum. 8. Plinius uero naturalis historiæ. 18. aperte indicant. Nam frumenta ex satis tempore diuidi, Theophrastum secutus Plinius inquit, cum Hyberna facit, ut triticum, far, hordeum: Aestiua uero frumenta, pannicum, milium, horminum. Galenus quoq; alimentorum primo, quando Horminum in pollinem redigi affirmat, inter frumenta posuisse uidetur. Verum frumentacea omnia harundineo folio constare, tam Plinius, q̄ eodem loco Theophrastus de frumentorū & leguminū differentijs differens, scribit. Plinius Horminū Porri folijs constare dixit: utrū ergo harundineis folijs similius habet foliū? Porrū ne, an Marrubium? Iam si ratione certandū est (ubi res ipsa non exhibetur) Horminū inter frumēta est, frumenta harundineo folio constant, Porrum harundini similius habet foliū. Qui ergo Horminum Porro similia habere folia dixit, ueriora certe enunciauit, q̄ qui Marrubio, cui nulla prorsus cum Harundine cognatio. Pari similitudine quoq; Plinius (ut est in tradendis herbarū notionibus acutus ac diligens) in Oriza usus est. Oriza etenim & ipsum frumēti genus est, quod Rizum uulgo dicimus, nulli ignotū. Hanc. 18. describens Plinius, Porro similia habere folia dixit: nulla alia ratione, q̄ qua Horminū quoq; Porri folijs constare scripsit. Porracei enim folij, ad harundinaceum (quo frumenta eisdem censentur autoribus) nulla aptior est proportio. Adde, quod Horminū Plinius, Theophrastusq; Pannico, & Milio æstiuis frumentis adnumerant: at si Milij, Panniciue folia describenda sint, nullius herbæ magis, q̄ Porri foliorū pingentur exēplo. Sic Hormini quoq; folia Pannico, Milioq; connumerata, Porri folijs, non Marrubij (quo nihil in frumētaceis figuris ineptius) effigiari oportet. Hæc de Hormino, rationem sequutus, reiq; ipsius euidentiam scripsi, quæ si Nicolaus penitus inspexisset, nec notissimi frumenti Plinio, nec Prasij Græci uocabuli ignorationem obiecisset.

Horminum. Geminalis. Galenus. B Oriza. Rizum.

DE BALOTE.

In Balote uero describenda, quid est quod Prasij, & Prasi uicinitate errasse Plinium credamus, quem quæ uera Balote esset (ut quæ plurima ubiq; nascatur) ignorasse non nisi ignorantissimus crederet? Qui lib. 20. Marrubium inquit, Græci Prasion uocant: & ex Castoris magistri sui sententia, nigrum etiam Marrubij genus esse scribit: ut sciamus etiam Marrubium nigrum dicere potuisse, sicut Porrum nigrum dixit, cum de Balote ageret. Baloten inquit Plinius, Græci Porrum nigrum uocant, folijs maioribus q̄ Porri. Addit. Et uestientibus, & graue olentibus, canis morsibus efficacem. In nullo Marrubij genere folij uestiunt: at in Porro, Allio, Harundine uestiunt. Maiora inquit, sunt q̄ Porri. Magna esse Porri folia, non ignorabat Plinius: ideo maiora, adiecit. Graueolentiam in nullo Marrubij genere (nisi manu teratur) esse, certum est. Ea quoq; genera si terantur, non graueolentiā, sed acrem, neq; iniucundum inter Abrotanum atq; Asinthium odorem reddunt. In Porro nigro recte graueolentiam dixeris: quippe, quod fœtidum, grauem, & capiti noxium odorem referat: atq; ideo in medicamentis non estur, sed apponitur: quod contra in Marrubij generibus euenit. Sed quæ sunt oculis cōmissa fidelibus, nonne mouere plus solent? Plena Balote sunt prata, atq; in montium præcipue radicibus ijsdem quibus describitur signis, Porri folijs grandibus, nigris, maculosis. Vnde ego Baloten dictam existimem. Eam latinorū quidam Vlcerariam, rustici Porrum caniuum uocant.

Balote. Vlceraria.

C ex eo quod putem, dictam, quod canis morsibus aduersetur, nec tam herbæ similis, quam potestatis nomen referat. Quid autem Dioscorides, quique eum sequuntur crediderint, Nicolaus uiderit. Nos Plinium Romano ista pensantem iudicio, remque ipsam audiamus: quamque & Dioscorides quidem, cum multa Balotes nomina enumeret, inter quæ & Marrubium nigrum est, & magnum Marrubium, & Isionis sanguis, alios tamen Cynosprason dicere Baloten affirmat: quod aliud nihil quam caninum Porrum significat, ipsumque nomen ad rusticam simplicitatem manasse iam diximus.

Isionis sanguis. Cynosprason

DE STACHY.

Stachyn, quæ tandem sit ignorare me fateor: pari quoque, uel certe maiori ignorantia uersari Leonicenum arbitror. quippe qui & Stachyn ipsam ignoret, & unius, utpote momenti, Plinium credat errasse: nec Plinij uerba, mentemque consyderet. Scripserat. 20. uolumine Plinius, Marrubium a Græcis Prasion uocari, & nigrum Marrubij genus inueniri: notiusque illud dixerat, quam ut indicandum esset. At. 4. & 20. lib. cum Ampeloprasum, hoc est, uitigneum Porrum, quod nos uulgo Porrastellum uocamus, Porri folijs constare dixisset, continuo adnectens subijcit. Ea quoque quæ Stachys dicitur, Porri similitudinem habet, longioribus folijs, pluribusque. Stachys quoque, inquit Plinius, ut Ampeloprasus Porri similitudinem habet, longioribus folijs. Si Græci Prasio, id est, Marrubio similem Stachyn dixissent, cum exploratissimum habuisse se Plinius Marrubium referat, quod folijs paruis, & obrotundis constet, tunc enim errasse Plinium credibile aliquando fuisset: si Stachyn ut Ampeloprasum Porro non comparasset, uel simpliciter Porro similem dixisset. Verum quando porraceæ herbæ Stachyn adnumerat, & longiora illi folia quam Porro facit, quis iam dubitet, non errasse Plinium in herbæ similitudine, quam compertam habuisset? Porro etenim, non Marrubio nulli (ut ipse inquit) ignoto, longa sunt folia. Accedit, quod qui octauum Galeni lib. de simpli. medicamentis latinum fecit, Stachyn Porro similem esse interpretatus est. Magnum ueritatis argumentum. Plinius, & eum, qui Galenum interpretatus est (qualiscunque ille fuerit) in eandem de Stachy conuenisse sententiam.

Ampeloprason, Vitigneum Porrum, Porrastellum.

Iudicium HERMOLAI Barb. de MARRVBIIS.

Marrubium duplex, folio herbaceo, & incisuris altioribus serrato, unguentarijs, ut Theophrastus ait, quæsito ad quædam. Hoc & Candidum appellauerim. Alterum folio rotundiore, uehementer squalido, ut Saluia, & obscurius serrato: quod quidem ego, aut Balloten ipsam, de qua diximus, aut ei ualde similem interpretor. Nam & medicinæ congruunt in Plinio.

Marrubium candidum. Marrubium nigrum.

D

Iudicium MAR. VERGILII de Marrubijs.

Fecit Theophrastus lib. 6. de Plantarum historia Marrubij duo genera. Alterum quod magis herbaceum, magisque incisuris diuisum folium haberet: quo qui pharmaca, & morborum remedia tractant, in aliquibus uterentur. Alterum quod rotundiore & squalidiore folio esset: quale in altero Saluiæ genere, quod Sphacelum nominant, uidetur, & in eo tenuioribus incisuris. Videturque diuisio hæc in hoc tantum Marrubij genere facta ab eo fuisse. Quam uero Plinius, autore Castore, in nigrum, & candidum tradidit, Balloten paulo ante descriptam, & hoc manifeste complectitur. Nisi forte, quod hic colore tantum discreuit, Theophrastus incisuris „ foliorum indicauit, & præter incisuras herbaceo colore & squalore: ut ex his niger color, & „ candidus intelligeretur. Siquidem nigredo in plantarum folijs, plenior & obscurior uiredo intelligenda est, & in squalore cinereus & albicans color in plantis plærunque uidetur. In quam partem inclinat animus nobis: nec aliud, sed aliter a Theophrasto & Plinio dictum fuisse de utroque Marrubio existimamus. Fuit hoc olus in multo nominum honore apud ueteres, quemadmodum multus in medicina etiam usus, præsertimque in laxandis liene & iecore, curandisque tot alijs morbis & uitijs, quæ hoc capite a Dioscoride numerantur.

Pphacelus.

Honos Marrubij apud ueteres.

DE BALLOTE HERBA, seu Marrubio nigro DIOSCORIDES lib. 3.

Balloten, nomine alio nigrum Marrubium, aut magnum uocant, alij qui Nophthan, alij Notianoscemin, alij Nospra**s**son, alij Nothera, alij Nochlin, aut Nostelim, alij Nophrim, alij Gnoturim, Romani Vlcera-

riam, aut Marrubium nigrum, alij Cantherinum, Aegyptij Asphon, Magi Isionis sanguinem. Caules edit quadrangulos, nigros, subhirsutos, complures ex una radice. Folijs maioribus q̃ Marrubij, hispidis, intercedente spacio, subrotundis, graue olentibus, Apiastro proximis: unde aliqui Apiastrum eam uocauerunt. A

Corollarium BARBARI de Ballote.

Ballote fruticosa est hærba. Nec uideo, qui possim tueri Plinium, qui ait, Græci Porrum nigrum uocant. Et infra, Ballote inquit, folijs est Porri maioribus, nigrioribusq;. At Græci non Porrum nigrum, sed Marrubium nigrum Ballotem, sine ulla controuersia cognominant. Nec folia ei sunt porracea, sed Marrubij & Citraginis. Deceptũ affinitate nominum constat, Prason melan, pro Prasion legentem. Est autẽ Prason Porrum, Prasion Marrubium. Idem error a Plinio cõmittitur in herba Stachye.

Barbarus consentit cum Leoniceno.

Prason. Prasion.

Iudicium M. VERGILII de eadem.

Deprehenderunt iampridem & alij turpem Plinij in Ballote lapsum lib. 27. cap. 8. Porrum nigrũ eam appellantis. Diuq; iactatus contra eum scriptorem hic error est, qui nulla ratione excusari in homine potest, tam apertam culpam, & ex culpa facilem criminationem habet: id nos relinquimus, quod semel in iudicium delatum fuerit, ad nouam reuocare censuram asperius existimantes. Nec aliud bonarũ artium, præsertimq; græcarum literarũ cupidos monemus, q̃ nullam fore unq̃ satis in earũ professione illis diligentiã: exquo in unius tantũ literæ mutatione, adiectione, detractioneue, tantũ uersatur periculum, ut pro Marrubio, Porrum aliquis alios doceat. Nota omnibus modo etiam Ballote est, a foliorum similitudine Marrubiũ, a coloris diuersitate nigrum dicta: siquidem candidus Marrubio, Balloti uero niger caulis est, reliqua omnia similia & æqualia habentibus: ut ex utriusque historia cognouisse facile est. Hanc Marrubium, alterum Marrubium, id est, secundum, aliqui manifesta indicatione dixerunt: quoniã illud prius, hoc posterius sit: non naturæ ordine, sed hominũ honore & appellatione. Habet & Vlceraria appellatio alia, certam ex usu & uiribus caussam: quemadmodum & Marrubium Cantherinum a Romanis dici potuit, q̃ eo pascerentur cantherij.

Vergilius in Plinium.

B

Ballote.

Marrubium.

Vlceraria.

Cantherinũ.

TEMPERAMENTVM Prasij ex Ioanne Serapione cap. Farasio. 198.

Virtus eius prima est calida in secundo gradu, sicca in tertio, in medio eius uersus finem. Et secunda uirtus est, quæ abstergit & resoluit. Tertia, quæ aperit opilationes hepatis & splenis, mundificatq; pulmonem & pectus. Et quando ab extra abstergit & resoluit.

Edulium ex Marrubio ex PLATINAE lib. 3. de honesta uoluptate.

Marrubiũ est, q̃d Gręci ꝓpter amaritudinẽ ita uocãt, a q̃bus & int̃ primas herbas cõnumerat̃: cuius semina foliaq; trita, cõtra serpẽtes ꝓsunt, pectoris, & lateris dolores, tussimue sedant. Ex utroq; Marrubio minutatĩ cõciso, & farina subacto, fiũt offellæ, q̃bus ex oleo in patella frictis, in p̃ma mẽsa ad salubritatẽ uescimur: lũbricos fugare credunt̃, & ob hãc rẽ Pueris apponi solẽt.

C

VINVM MARRVBII ex Columella libro.12. capite. 32.

Vinum Marrubij multi utile putant ad omnia intestina uitia, & maxime ad tussim. Cum uindemiam facies, Marrubij caules teneros, maxime de locis incultis & macris legito, eosq; in sole siccato. Deinde fasciculos facito, tomice palmea, aut iuncea ligato, & in seriam mittito, ita ut uinculum extet: in musti dulcis sextarios. 200. Marrubij libras. viij. adijcito, ut simul cum musto deferuescat. Postea eximito Marrubium, & purgatum uinum diligenter oblinito.

Eiusdem uini descriptio per DIOSCORIDEM libro quinto.

Marrubij adulti folia tundito, & sextarios octo in musti metretam demittito, & reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc uinum pectoris uitijs, & omnibus quibus Marrubium.

Genuina pictura MARRVBII, ex perito herbario HIERONYMO.

Marrubium quare sic dictum. Marrubium mas & foemina.

Marrubium Germanis dictum, Andorn, quod morbo eius nominis, pueris admodū procliui ac familiari auxilio sit. Et habetur duplex, Mas, & Foemina. Mas subniger, similis maiori Vrticæ, nisi quod in uirore obscurior apparet, & minime comburit. Foemina, folijs rotundis, pallidis, caule rotundo, cubitali.

D

Marrubij nomine, qui sexus intelligatur.

Medicorum obseruantia est, ut in Marrubij appellatione ei nullus adiungatur sexus, & frequenter foeminā intelligant. Interdum marem masculis, femellam foeminis administrant.

De Marrubij præparatione ex SERAPIONE.

Marrubium quando est siccum, decoquitur in aqua cum semine suo: sed quando est humidum, teritur & exprimitur succus eius. Et succus ille quidem, qui accipitur ex folijs eius, postq; est desiccatus in sole, resoluitur in melle, & administratur ad uisum acuendum. Et fit cum eo sternutatorium ictericis, ad mundificandum colorem cutis. Et admiscetur cum medicinis ad dolorem auris antiquum.

VIRES ET IVVAMENTA eius ex DIOSCORIDE.

Huius folia sicca, cum semine decocta in aqua, aut uiridium succus, datur cum melle suspiriosis, tussientibus, & ad tabitudinem redactis.

Crassam e pectore pituitam cum sicca Iri eijcit.

Mulieribus a partu non purgatis datur, ut menstrua & secundas extrahat.

Item in difficili partu, & his qui uenena hauserunt, aut a serpentibus demorsi sunt.

Vesicam, renesq; lædit.

Folia cum melle illinuntur sordidis ulceribus purgandis.

Pterygia, nomasq; sistunt.

Laterum dolores mitigant.

Succus folijs contusis expressus, & sole coactus, ad eadem pollet.

Cum uino & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat.

Naribus, regium morbum expurgat.

Aurium doloribus conuenienter instillatut, per se, aut cum rosaceo. A

Ex APVLEIO, ad grauem tussim.

Herbam Marrubium coques ex aqua, et dabis eis bibere, qui grauiter tussiunt, sanabit mirifice.

Ad STOMACHI dolorem.

Herbæ Marrubij succus potus, stomachi dolorem toller: si febricitat, ex aqua potus, satisq; eleuat se.

Ad LVMBRICOS.

Herbæ Marrubij, Absinthij, & Lupinorum paria pondera, in aqua mulsa cocta cum uino, bis, aut ter in umbilico posita, necat lumbricos.

Ad CONDYLOMATA.

Herbam Marrubium combure, eiusque cinerem infrica: sanabit.

VENENO accepto pellendo.

Si quis uenenum sumpsit, herbæ Marrubij succum dabis ex uino ueteri: discutit namq; uenenum.

Ad SCABIEM, uel impetigines.

Herbæ Marrubij decocti aqua corpus lauato, scabiem discutit, & impetiginem tollit.

Ad PVLMONIS extensionem.

Herbam Marrubium ex melle coctam sumat, mire curabitur. B

Ad omnem DVRICIEM.

Herba Marrubium tusa cum axungia, imposita, mire sanat.

Ad lassitudinem, & languorem ab opere contractum.

Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, & neruorum habuerit dolorem, herbæ Marrubij succo, cum oleo rosaceo permixto perunges eum: sine mora sanibitur.

Ex PLATEARIO.

Folia Prassij præcipue usui conueniunt medicinæ, & cortices radicis: secundario herba ipsa, & semina collecta, suspensa: quæ possunt seruari per annum in magna efficacia. Habent enim uirtutem dissoluendi, & cōsumendi ex qualitatibus suis. Ex amaritudine sua diuretica sunt, dissoluuntq;, attrahunt, & aperiunt.

Contra lumbricos datur puluis eius cum melle.

Contra uermes succus inijcitur auribus.

Cōtra duriciem splenis cortex radicis cum hærba maceratur per quinq; dies in uino & oleo: postmodum fit decoctio, & colaturæ additur cera, & oleum, fitq; unguentum.

Contra stranguriam et disuriam datur uinum decoctionis eius: uel fit emplastrum ex eo, & imponitur supra pectinem.

C Idem fieri poteſt in colica paſſione ex frigida cauſſa.

Contra hæmorroides inflatas, & non fluentes, fiat encatiſma, ex aqua ſalmacina, & uino decoctionis herbæ. Poſt fiat ſuppoſitum ex puluere eius, cõfecto cum melle. Vel fiat decoctio pulueris eius, uel eius ſuccus in oleo muſtellino, & bombyx intincta ſuperponatur.

Ex IOANNE VIGONIO.

Recipe foliorum Praſſij, florum roriſmarini manip. 5. dulcis radicis ſe. petroſelini, ana. m. 5. liquiriciæ mundatæ drach. x. paſſularum, prunorũ, iuiubarũ ana unc. 1. ſe. cõmunium drach. v. de duabus radicibus unc. iiij. cum aqua, & parum uini granatorum. Bulliant omnia uſq; ad conſummationem mediæ partis: deinde colentur, & dulcorentur cum zuccharo ſufficienti, & ſumat patiens ad quantitatem medij cyathi, quia mirabiliter ſanat colicam & ſtranguriam.

Ex HIERONYMO Herbario.

Aqua Marrubij confortat fœtum in utero.

Purgat & mundat uulnera.

Pota, pellit phantaſmata, & mala inſomnia.

Sanat omnes tumores illita.

Et hydropiſi laborantibus ſubuenit, ſi contineant ſe ab humidis, & alia nimia potione.

Ingenium, & memoriã confortat, & acuit.

D AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioſcorides, libro tertio.

Plinius, libro uiceſimo, capite. 22.

APVLEIVS.

Theophraſtus libro ſexto, capite. 2.

Serapion, capite. 198.

PLATEARIVS.

Macer, dictione Marrubium.

Platina de honeſta uoluptate. lib. 3.

Marcellus Vergilius

Hermolaus Barbarus.

Nicolaus Leonicenus.

Pandulphus Collinutius.

Ioannes Vigonius.

Hieronymus herbarius.

A



B

Gundelreb.

De HEDERA TERRESTRI, Rhapſodia XXVI.

HEDERAM terreſtrem, uulgo hodie herbariorum græce uo- cat, χαμαίκισσον. id eſt, nõ attollentẽ ſe a terra. Item ελλινῖτιν, κίσσον ἄκαρπον, γῆς σέφανον. Latine terreſtrem Hederam, Hederam pluuiaticam. Sterilem Hede- ram, & terræ Coronam.

R E C E N T I O R E S

Græce, ἐλατίνην.
Latine, Hederam terreſtrem.
Vulgariter, Gundelreb.

Chamęciſſos deſcriptio apud Dioſcoridem & Pliniũ ſic habet. Cha- męciſſos folio eſt Hederæ, tenuiore, longiuſculo, ramulis quinis, ſeniſue, dodrantalibus, folioſis, flore Violæ albæ ſimili, candidiore, ac tenuiore, guſtu ſupra modũ amaro, radice tenui, cãdida, inutili. Naſcitur in cultis.

Plin. lib. 24. cap. 15.

E L A T I N E hiſtoria.

Elatine folia habet Helxine, minora, rotundiora, piloſa, ſemipedali-

C bus ramulis, quinis, senisue, a radice, foliosis, gustu adstringentibus. Nascitur in segetibus & cultis. Nec alia fere Plinius lib. 27. capite. 9.

Iam utra descriptio uerius respondeat, quęque propius attigerit scopum, barbârorum ne scholæ, an neothericorum hodie priuata iudicia, in tuo esse arbitrio lector uolumus. Nobis sane, ut in iuniorum sententiam inclinat animus, ita cum non habeant, nisi paucissimos, qui eum errorem primi sibi persuadent deprehendisse se, propter unum inquam & alterũ, ueterum fidem, tot seculis receptam, temere damnare non possumus. Verum de hijs & in Hederis plura.

TEMPERAMENTVM.

Frigidæ & siccæ fertur esse complexionis. Et uirtutem habet mundificandi, exiccandi, incarnandi, & uulnera consolidandi.

IVVAMENTA eius quę inscribitur Chamęcissos.

Bibunt conuenientissime ischiadici folia, tribus obolis, in aquæ cyathis tribus, tricenis, quadragenisq; diebus. Eodem pota modo senis, aut septenis diebus, regium morbum purgant.

ELATINES IVVAMENTA.

Oculorum fluxionibus, & inflãationibus auxiliatur, folijs cum polenta tritis, & impositis.

Eadem cocta, sorbitionis usu, dysenteriam sistit.

Vulgatæ Hederæ terrestris iuuamenta ex IOANNE VIGONIO.

D Sanguis hirci ex ea diutius nutriti, calculosis potenter medetur.

Et cum Larido, Elleboroq; contusa, unamquamq; tineam capitis depellit.

Ex HIERONYMO herbario.

Aqua, aut decoctio terrestris Hederæ, pondere unc. ij. confert mulieribus, tumore membrorum, aut uentris laborantibus.

Idem præstabit si epithimet̃, idq; bis in die.

A



B

De EVFRAGIA,
Rhapſodia XXVII.

¶ NOMENCLATVRAE
Græcæ, ὀφθαλμικά.
Latinæ, Eufragia.
Germanicæ, Augentroſt.

EVFRAGIAE Hermolaus Barbarus in Sarxifago Dioſcoridis, ſic meminit. Pampinulę ſimilis eſt, folio tantum minore, ac magis ſerrato, et lentiuſculo: quam noſtri herbarij Eufragiam appellant, minus fruticoſa, flore luteolo, pręcipuę claritatis ad omnia uitia oculorum. Veteribus incompertam exiſtimant: quemadmodum & illam, quæ Cartofilago dicitur a uulnerarijs. Nos Ceratophylacen uocãdam putamus: quia partem oculorum Ceratoíden, hoc eſt, Corneam, defendat, ſalutiq; percuſſam reſtituat; folijs Seriphij, uel potius Roris marini, aut Lini quoq;, capitulis arentibus, cirris ſubluteis. Plura apud receptiores non lego.

Eufragia ignota ueteribus.

C

DE LINO.

Rhapſodia XXVIII.

NOMENCLATVRAE.

Græcæ, λίνον. λινοκαλαμίς. λίνον ἄγριον.
Latinæ, Linum.
Germanicæ, Linſomen. Flachs.

LINVM a grę̨co ſumitur, ut inquit Barbarus. Semen eius, Linoſpermon uocatur. Oleo ſeminibus expreſſo, fraces, & retrimenta quoq; ipſa reponuntur: ſaginando iumẽtorum generi, pręcipue bubus, obeſitate ſola inſignibus futuris.

Linigenera. Lini genera. Cholorcium, quod tamen Sardonicũ uocant Grę̨ci. Eſt & Aegyptiũ: a quo Xylinæ ueſtes, quas & Goſſampinas dixere. Hoc iuriſperiti Laneam ligneam appellant.

Encomion Lini ex PLINII præfatione, libro decimonono.

D

Vt a confeſſis ordiamur utilitatibus, quæq; non ſolum terras omnes, uerumetiam maria repleuere, ſeritur, ac dici neq; inter fruges, neq; inter hortenſia poteſt Linum. Sed in qua non occurret uitæ parte? Quotidie miraculum maius, hærbam eſſe quæ admoueat Aegyptum Italię, in tantum, ut Galerius a freto Siciliæ Alexandriam ſeptima die peruenerit, Babillius ſexta, ambo profecti, æſtate uero proxima Valerius Marianus ex prætorijs ſenatoribus, a Puteolis nono die leniſſimo flatu? Hærbam eſſe, quæ Gadæis Herculis columnas ſeptimo die Oſtiam afferat, & citeriorem Hiſpaniam quarto, prouinciam Narbonenſem tertio, Africam altero: quod etiam molliſſimo flatu cõtigit C. FLACCO legato Vibij Criſpi proconſulis? Audax uita, ſcelerum plena, aliquid ſeri, ut uentos, procellaſque recipiat: & parum eſſe fluctibus ſolis uehi. Iam uero nec uela ſatis eſſe maiora nauigijs, ſed quamuis amplitudini antemnarum ſingulę arbores ſufficiant, ſuper eas tamen addi uelorum alia uela, præ=



terque alia in proris, & alia in puppibus pandi, ac tot modis prouocari mortem. Denique tam paruo semine nasci, quod orbem terrarum ultro, citroq; portet: tam gracili auena, tam non alte a terra tolli: neq; id uiribus suis necti, sed passum, tusumq;, & in molliciem lanæ coactum, iniuria naturæ, ac summa audacia, & quo peruenire nulla execratio sufficit, contra inuentorem dictum suo loco a nobis, cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret & insepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauendos, frugum caussa, fructusq;, pręmonebamus. Ecce seritur hominis manu: metitur eiusdem hominis ingenio, quod uetos in mari optet. Præterea ut sciamus fouisse pœnas, nihil gignitur facilius: ut sentiamus nolente id fieri natura, urit agrum, deterioremq; ipsum facit.

A

Miraculum Lini.

De LINI satione, & generibus eius, & quomodo perficiatur, & de Mappis, & Lino non ardente: & quando primum in Theatris Vela.

Seritur sabulosis locis maxime, unoque sulco, nec magis festinat aliud. Vere satum, æstate uellitur: & hanc quoque terræ iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis, Aegypto serenti, ut Arabiæ, Indiæque merces apportet: ita ne & Galliæ censentur hoc reditu? Montesque mari oppositos esse non est satis, & a latere Oceani obstare ipsum quod uocant inane. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum existimati Morini, imo uero Galliæ uniuersæ uela texunt. Iam quidem & transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam uestem eorum fœminę nouere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilium esse, fœminas linea ueste non uti. In Germania autem defossi, & sub terra id opus agunt. Similiter in Italia, ratione alia. Nam inter Padum, Ticinumque amnes subiacent abiterna. In Europa Lino palma secunda. In uicino enim Hallionis capessunt retouina, & in Aemilia uia fauentina candore. Hallionis semper crudis fauentina præferuntur: retouinis tenuitas summa, densitasque. Candor æque ut fauentinis, sed lanugo nulla. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Neruositas filo æqualior pene quam araneis, tinnitusque cum dente libeat experiri: ideo duplex quam cæteris precium. Et Hispania citerior habet splendorem Lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primum carbasis repertis: nam dudum ex eadem Hispania Zoëlicum uenit in Italiam, plagis utilissimum. Ciuitas ea Callæciæ & Oceano propinqua. Est sua gloria & Cumano in Campania, ad piscium & alitum capturam. Eadem & plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias, quam nobismetipsis Lino tendimus. Sed cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ, cassesue asperi ferri aciem uincunt. Vidimusque iam tantæ tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerentur. Nec id maxime mirum, sed singula earum sta-

B

Germanorū uestes olim ex Lino. Textoria apud Germanos.

Quæ olim habita optima lina.

Ex Lino insidiæ auibus, piscibus & feris.

C

mnia centeno quinquageno filo constare: sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in præfectura Aegypti obijt. Mirentur hoc, ignorantes in Aegypti quondam Regis, quem Amasim uocant, thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Mineruæ. ccclxv. filis singula fila constare. Quod exemplum per se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus terconsul, paruasq; iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia ex Pelignis etiamnum Linis honorem habet, sed fullonum tantum in usu. Nullum est candidius, lanæue similius, sicut in culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentum Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti.

Linum Aegyptium.

Aegyptio Lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera, Tanicum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus in quibus nascuntur. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui Gossipion uocant, plures Xylon: & ideo Lina inde facta Xylina. Paruulus est, similemq; barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore, molliciaue præferenda. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimæ. Quartum genus Orchomenium appellant, fit e palustri uelut harundine, dumtaxat panicula eius. Asia e genista facit Lina, ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto decem

D

diebus. Aethiopes, Indique a malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut diximus, genitis.

Plinius lib.12. cap.10. de maturitate Lini.

Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur: intumescente semine, aut colore flauescente. Tunc euulsum, & in fasciculos manuales colligatum, siccatur in sole pendens, conuersis superne radicibus uno die: mox quinq; alijs in contritum, inter se uersis fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic uis, & in quodam rustico, ac prædulci Italiæ transpadanæ cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia.

Præparatio Lini.

Deinde post messem triticeam uirgæ ipsæ merguntur in aquam, solibus tepefactam, pondere aliquo pressæ. Nulli enim leuitas maior. Maceratas indicio est, membrana laxatior. Iterumque inuersæ, ut prius, sole siccantur. Mox arefactæ, in saxo tunduntur stuppario malleo.

Stuppa.

Quod proximum cortici fuit, Stuppa appellatur, deterioris Lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omni membrana decorticetur. Medullæ numerosior distinctio, candore, mollicia.

Nere Linum, & uiris decorum.

Linumque nere & uiris decorum est. Cortices quoque decussi, clibanis & furnis præbent usum. Ars depectendi, digerendiq;, iustum est, e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua: tectumque rursus tunditur clauis, semper iniuria melius.

Linũ uiuum.

Inuentum iam est etiam, quod ignibus absumeretur. Viuum id uocant: ardentesq; in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas sordibus exustis, splendescentes igni magis q̃ possent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in deser-

tis, aduſtiſque ſole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes, aſſueſcitque uiuere ardendo. Rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem. Ruffus de cætero colos ſplendeſcit igni. Cum inuentum eſt, æquat precia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Græcis Aſbeſtinum, ex argumento naturæ. Anaxilaus autor eſt, linteo eo circumdatam arborem, ſurdis ictibus, & qui non exaudiantur, cædi. Ergo huic Lino principatus in toto orbe. Proximus Byſsino, mulierum maxime delitijs circa Elim in Achaia genito, quaternis denarijs ſtipula eius permutata quondam, ut auri: repertaq; linteorum lanugo, e uelis nauium, maritimarum maxime, in magno uſu medicinæ eſt, & cinis Spodij uim habet. Eſt & inter Papauera genus quoddam, quo candorem lintea præcipuum trahunt. Tentatum eſt tingi Linum quoque, & ueſtium inſaniam accipere in Alexandri magni primum claſsibus, Indo amne nauigantis: cum duces eius ac præfecti in certamine quodam uariaſſent inſignia nauium, ſtupueruntq; littora flatu uerſicoloria implente. Velo purpureo ad Actium cum M. Anthonio Cleopatra uenit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne. Poſtea in theatris tantum umbram fecere: quod primus omnium inuenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbaſina deinde Vela primus in theatro duxiſſe traditur Lentulus ſpinter Apollinaribus ludis. Mox Cæſar dictator totum forum Romanum intexit, uiamq; ſacram ab domo ſua ad cliuum uſque in Capitolium: quod munere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradunt. Deinde & ſine ludis Marcellus, Octauia ſorore Auguſti genitus, in ædilitate ſua, auunculo .xi. conſule, Calendis Auguſti, Velis forum umbrauit: ut ſalubrius litigantes conſiſterent. Quantum mutatis moribus Catonis Cenſorij, qui ſternendum quoq; forum moricibus cenſuerat. Vela nuper colore cœli ſtellata, per rudentes terræ etiam in amphitheatris principis Neronis rubent, in cauis ædium, & muſcum ac ſolem defendunt. Cætero mãſit candori pertinax gratia. Honor etiam & Troiano bello. Cur enim non & prælijs interſit, ut naufragijs? Thoracibus lineis paucos tamen pugnaſſe, teſtis eſt Homerus. Hinc fuiſſe & nauium armamenta, apud eundem interpretati ſunt eruditiores: quoniam cum ſparta dixit, ſignificauerit ſata.

A — Linum Aſbeſtinum. — Byſsinum. — Vela linea. — B

DE LINI SATIONE ex Palladij. 11. libro.

Menſe Octobri Lini ſemen ſeremus, ſi placet: quod pro malicia ſui ſerendum non eſt, nam terræ uber exhaurit: ſed ſi uelis, loco pinguiſſimo & modice humido ſeretur, in iugero. viij. modijs. Aliqui macro ſolo ſpiſſum ſerunt: ita adſequuntur, ut Linum ſubtile naſcatur.

TEMPERAMENTVM EIVS.

Semen eaſdem, quas Fœnogræcum uires habet, Eſtque calidum fere in primo ordine. Et humiditate, & ariditate, fere in medio conſtituitur.

C VIRES EIVS, ET IVVAMENta ex DIOSCORIDE lib.2I.

Discutit & emollit omnem intus forisq; inflammationem, cum melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum, aut melle cocto exceptum.

Vitia cutis in facie, uarosq; crudum exterit.

Illitum cum nitro, & ficulneo cinere, parotidas, duriciasq; discutit.

Vlcera quæ serpunt, fauosq; cum uino decoctum expurgat.

Vngues scabros eximit, cum pari modo Nasturtij, & mellis.

Vitia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis uicem substituatur.

Tussim lenit, Venerem stimulat, si farina piperis, & melle excæptum, pro placenta largius adsumatur.

Huius decoctum, interaneorum, uuluæq; erosionibus immittitur.

Alui excrementa euocat.

Ad uuluæ inflammationes, in desessionibus perquam utile.

Ex Miscellaneis SERAPIONIS cap.2I.

Ex Mesue. Proprietas seminis Lini est. Quãdo fit emplastrum ex eo, mixta cera & melle, confert alboribus unguium.

Ex Albugerig. Confert ulceribus uesicæ, & renum, & maturat apostema, quando fit ex eo emplastrum.

Quando bibitur torrefactum, confert tussi calidæ & humidæ.

Ex Mesarugie. Expellit fœtum cito, & aquam.

Et decoctio seminis Lini miscetur cum oleo, & fit inde clyster ulceribus intestinorum, & confert magnifice.

D Ex Rasi. Confert doloribus, & puncturis intestinorum.

Ex Paulo. Linũ quando comburitur, confert fumus eius subtilis corizæ, & suffocationi matricis.

Lini NOCVMENTA, ex Galeno lib.I. de alimentis cap.27.

Est autem malum stomacho, & difficulter concoquitur: præterea frictum, uentrem uehementer sistit: & urit agrum in quo seritur, deterioremq; ipsum facit.

AVTORES.

Dioscorides, lib.2.

Plinius, lib.19. cap.I.

Palladius, lib.II.

Serapion, cap.2I.

Galenus.I. alimentorum, cap.28.

Septimo simpli. cap.8I.



C

Cynoglossa minor.



Kleyn Hundtszung.

D

DE CYNOGLOSSIS Rhapsodia. XXVIII.

¶ Nomenclaturæ.

Græcæ, κυνόγλωσσον. φυτόν. καβαλλάτιον. σπλίον. σκόλυμος.
Latinæ, Lingua canis. Lingua canina. Cynoglossa.
Germanicæ, Hundtszung.

AVTORVM PLACITA de Cynoglossis.

DIOSCORIDIS συγγραφὴ de Cynoglosso.

CANINA Lingua, folia latifoliæ Plantagini similia habet, angustiora tamen, minoraq́ꝫ, & lanuginosa. Sine caule Canina lingua est, per terramq́ꝫ sternitur. Nascitur sabulosis locis.

Cynoglossi historia PLINIANA lib. 25. cap. 8.

Iungitur Plantagini Cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima. Aiuntq́ꝫ, quæ tres thyrsos seminis emittat, eius radicem potam ex aqua, ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quartanas. Est alia similis ei, & quæ fert lappas minutas. Eius radix pota ex aqua, ranis & serpentibus aduersatur.

Explanatio Cynoglossi, per M. VERGILIVM.

A

Cynoglossa quare sic dicta

Canis linguã herbam, nouit Ethrutia ois. utitur eñ ad ulcera, & minora uulnera, ostenditq; eam sine caule, & paulominus q̃ cunctis iisdem huic scriptori notis. Nascitur plærumq; inter uites, uiretque tota hyeme. Nos eam sæpe uidimus folioso cespite, radice pollicis humani crassitudine, albicante colore, et suppercurrente asperitate: quam credimus nominis & comparationis ad caninam linguam caussam fuisse. Est enim cani, quale plærisq; alijs animalibus, scobinæ modo asperior lingua.

PANDECTARIVS de Cynoglosso.

Lingua canis est similis Arnoglosso, nisi quia sunt ei costæ apparentes in folijs eius, sed sunt leuia, & est in eis borra apparens.

IVDICIVM NOSTRVM.

Cynoglossæ duas species dedimus. Vnam, folio Plantaginis, ueram ac genuinam a Dioscoride descriptam. Alteram, quam hodie officinæ Buglosso syluestri (folijs tenuioribus, coreaceis) per omnia fere similem ostendunt. De qua tamen uehementer dubitamus. Iniecit nobis hunc scrupum Michael Herus medicus, & idem amicus noster, qui & montis Pessulani medicos, alteram Buglosson hauc facere constanter affirmat. Et quod id facile credam, facit, quod Dioscoridis descriptioni respondere nõ uideo. Proinde tam similem Buglosso, ut appareat excisa. Quæ uero sit Pliniana altera, quæ lappas minutas fert, necdum comperi.

Michael Herus.

TEMPERAMENTVM.

Frigidi & sicci temperamenti est.

VIRES ET IVVAMENTA ex DIOSCORIDE lib. 4.

Concisa, & cum uetere suillo adipe cocta folia eius, rabidorum canum morsibus, capilli defluuijs, quæ uocant ἀλωπεκίας, & ambustis medentur.

Aluum mollit, elixa eadẽ, & cum uino pota.

Ex IOANNE VIGONIO.

B

Cynoglossæ succus, cum succo Plantaginis, & uino granatorum, & parum Licij, ad ignem cum prædictis aliquantulum inspissatus, ulceribus oris, & narium, gingiuarum, & genitalium ualet.

Valet quoq; admixtus cum melle rosato, et terebinthina, ulceribus ab humoribus frigidis caussatis.

Igitur ut experientia nobis demonstrauit, aduersus morbi gallici ulcera antiqua potentissime facit, eaq; ab omni trumbositate grossa, & radicata, admodum fortis ligamenti cum facilitate mollificat, purgat, atq; mundat: maxime si prædictus succus inspissatus fuerit ad ignem aliquantulũ cum syropo rosato, uel oxymelle squillitico: si uelis, ut fortiorem habeat operationem.

Experimentũ

Item folia prædictæ herbæ ulceribus frigidis, siue strophulis imposita, a proprietate medentur.

Ex nobili HIERONYMO hærbario.


Sanat hæmorroides Cynoglossæ aquæ potio, si sint internæ; uel earũ ablutio cum Cynoglossæ aqua, si foris promineant.

Nihil æque uulnera ac ulcera omnia abstergit.

AVTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides	Pandectarius	Plinius, lib. 25. ca. 8.
Ioannes Vigonius.	M. Vergilius.	Hieronymus herbarius.

C



D

Yngrün.

De VINCA PERVINCA, Rhapsodia XXX.

¶ NOMENCLATVRAE,

Græcæ, χαμαιδάφνη. ἀλεξάνδρεια. δαφνίτης.

Latinę, Chamędaphne. Alexandria. Laureola. Lactago. Vinca peruinca. Daphnitis.

Germanicæ, Yngryen.

PLACITA AVTORVM, de Vinca peruinca.

Historia Chamędaphnes secundum DIOSCORIDEM, lib. 4.

CHAMAEDAPHNE uirgas emittit cubitales, singulari ramo constãtes, rectas, tenues, leues, Folia Lauri similitudine, leuiora multo ac

A

uiridiora. Semen rotundum, rubens, annexum folijs.

Eadem per PLINIVM descripta, lib. 22. capite decimoquinto.

Chamædaphne unico ramulo est, cubitali fere, folio tenui, Lauri similitudine: semen rubens, annexum folijs.

APVLEIVS uidetur distinguere Chamędaphnē a Vinca peruinca. Nam duabus descriptionibus prosequitur. Chamędaphnem quidem cap. 27. sic.

Chamædaphne a Græcis quibusdā Daphnites, aliquibus uero Daphne, alijs Hydragogos, seu Caragogos dicit̄. Itali Mustellaginem dicūt, alij Lactaginem, et Lauraginem, alij Eugubim usuben: quę in puluerem redacta mollissimum, & in aqua calida potui data, aluum concitat.

Peruincā uero sic ca. 58. Eupeplios, Græci Daphnoides, Hippoglossion, Eupetalon, Diglosson, Daphne: Samothracia, Daphne alexandrina, Daphne Minthrios, Danae, Stephane Alexandrō. Chamędaphne, Carpophyllon, Daphnitis: Latini Peruincam, Victorię folium, Laurum Alexandrinam, Macedonicam, Lauraginem, Mustellaginem terrestrē uocant. Frutex eius sæpius cubitalis, folijs ut Muria, paulo maioribus, atq; tenerioribus, & non infractis, remordentibus, & incendiosis. His prędita est uirtutibus. Ad phlegmata incidenda cyathos duos dabis, cum melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidet.

Victoriæ folium.

B

IVDICIA NEOTHERICORVM, de Vinca peruinca.

Iudicium HERM. BARBARI de Chamędaphne et Peruinca.

Chamędaphne folio tenui. Eadem quibusdam & Vincaperuinca est. Hærba Topiaria, semper uirens, in modum lineæ folijs geniculatim circumdata, ueteribus inopiam florum supplere solita: cuius & comedun tur asparagi. Porro mihi alia uidetur esse Vinca peruinca, q̄ Chamædaphne: q Vincaperuinca non attollit̄, sed serpit, ac se in modum lineæ, ut prædixi, porrigit, flore in purpuram ceruleo: Chamędaphne assurgit in cubitalem altitudinem, ut Dioscorides & Plinius confirmant. Potest tamen etiam Chamædaphne dici Vincaperuinca: id quod & Plinio placet: sed ut testatum sit tamen, aliud, non idem omnino genus esse. Alioquin & medicinæ quoq; nonnihil uariant. Hydropicis, & auribus, & aluinis prodesse Vincaperuinca dicitur: Chamędaphne capitis doloribus, urinę, mensibus ciendis, ardoribus stomachi, torminibus.

Chamędaphne uidet̄ alia esse a Peruinca.

MARCELLI VERGILII iudicium de eadem.

Humilis & terrestris Laurus Chamædaphne est, sola foliorum similitudine græcorum adoptione in nomen Lauri & honorē adscita: topiaria hærba, si Plinio credimus, & a Latinis hærbarijs sua ætate Vincaperuinca appellata. Quæ si ea est quam Ethruria nunc Vincam hęrbam uocat, qua defunctæ uirgines, in gente nostra, ad sepulturam coronatæ efferuntur: & qua familiæ apud nos aliquę, gentili iure suo, primum ingredientem urbem Archiepiscopum, coronatę ad portam excipiunt, stipantq; & per urbem comitantur, cognitu facillima est: in hortis passim nascens, tenuissimis uiticulis, potius per terram serpens, q̄ uirgis, ut Dioscorides ait, a terra se

C excollens: folijsq; Oleaginis magis quam Laurinis similibus. Verum a Dioscoridis Chamædaphnes historia lõge ea differt, ob eas quas pauloãte numerauimus, & plęrasq; alias notas, quas uolentibus obseruasse facillimum erit. Meminit Theophrastus Chamædaphnes ad extremum tertij de plantarum historia uolumen, sed tam breuiter, ut nihil possit ab eo aliud intelligi, quam ferre Chamædaphnem fructum folijs adnatum: quod a nostræ ætatis Vinca longissime abest. Ea etiam in nullo ciborum usu modo est, quod ueteres græcorũ medici in Chamædaphne fuisse quondam testantur. Siquidem Paulus Aegineta in sexto de ea agens ait, καὶ ἐσθίεται. quod est, Hęc etiã comedit. Prętereа sub primo, quo capite docet de omniũ olerũ asparagis, cum longius de pluribus egisset, subiecit, παραπλησίως δὲ καὶ ὁ τῆς χαμαιδάφνης ἀσπάραγος, id est, Nutrit similiter etiã & Chamædaphnes asparagus. His nos indicijs, autoribusq; persuademur, nõ esse Chamædaphnẽ Ethrurię Vincã hęrbã. Et nihilominus quæ a Plinio Vincaperuinca. 21. uolumine, cap. 11. describit. nostrę gentis Vincæ satis rñdet. Siqdem Vincamperuincã ait semp uirere in modũ lineæ, folijs geniculatim circumdatam, topiariam hęrbam, & inopiam florum aliquando supplere. Quæ omnia nostræ Chamædaphne sit, folio Lauri, cubitalibus uirgis, fructu rotundo rubenteq;, & folijs adnato, cuius asparagus in ciborum usu esse possit.

Reprehensio Plinij, Theodori Gazę Herm. Barb. & M. Vergilij, per Nicolaum Leonicenum. lib. de erroribus Medicorũ.

Idem Theodorus Chamædaphnẽ Vincamperuincam apud Theophrastum interpretatũ, cum tñ Chamædaphne alia sit planta, cuius descriptio a Vincaperuinca apud Dioscor. plurimũ aliena ẽ, cui9 etiã Vincęperuincę naturã, imaginẽq; accurati9 cõtẽplantib9, illa esse uidebitũ, quę a Diosc. ac Plinio paritẽ Clematidis, atq; Daphnoidis, et Polygonoidis nominib9 designatũ.

Quæ uera Peruinca apud Dioscor.

Et idẽ rursum alibi. In Chamædaphne lib. 15. Veterem lectionem distinctiorem putas, si ita scribatũ. Est & Chamędaphne syluestris frutex, & Alexandrina, ut duo genera intelligantur. Alterum Chamædaphne, quã Latini Laureolã, ut tu inquis appellant: cum tñ ea quæ hodie Laureola latine dicitur, non sit Chamædaphne, sed Daphnoides potius, statim postea a Plinio descripta. Alterum Laurus Alexandrina, ex Plinio, Galeno, Dioscoride. Tu qdem Pliniũ hoc pacto excusas, ne uideatur Chamædaphnẽ uarijs in locis uarie designasse: cum hoc in loco, libro scilicet. 15. Laurum Alexandrinã tantũmõ pinxerit, sicuti lib. 24. Chamędaphnẽ. Sed duo remanent in Plinio scrupuli haudquaq; dissimulandi. Cur cũ Plinius cętera Lauri gña eodẽ lib. 15. loco descripserit, solam Chamędaphnẽ indescriptã reliquerit. Cur cũ alterũ genus nõ Alexandrina simpliciter, sed Laurus Alexãdrina a Theophrasto, Dioscoride atq; Galeno, ab omnibus deniq; Græcis autoribus uocitetur, Plinius propria appellatione pretermissa, sumptũ a loco uel persona, cognomen tantummodo posuit: uel cũ postea subiunxit, alij Daphnem uocant, proprium nomen contra naturam postposuit: cum tamen uera huius fruticis appellatio non sit, neq; Daphne seorsim, neq; Alexandrina, sed hoc totum, ut diximus, Daphne Alexandrina.

D

Et iterum Plinius lib. 15. Chamædaphnẽ ita describit. Est et Chamędaphne syluestris frutex, & Alexandrina, quã aliq Idæã. aliqui Hypoglotton, alij Daphnen, alij Carpophyllon, alij Hypelaten uocant. Ramos spargit a radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quã myrti, molliore ac candidiore, maiore semine inter folia rubro: plurima in Ida, & circa Heracleã Ponti, nec nisi in montosis. Eandẽ Chamędaphnẽ postmodũ Plinius in lib. 24. ita describit. Chamędaphne unico ramulo est, cubitali fere folio, tenui, Lauri similitudine. & reliqua Quis non uideat Pliniũ, eidẽ plantæ differentes descriptiones afferre? Est enĩ prior descriptio in Daphne Alexandrina, non autem in Chamædaphne lib. 4. a Dioscoride tradita. Esse uero Chamędaphnem, a Daphne Alexandrina differentem, non solum Dioscorides, sed Galenus pariter, & Paulus in suis de simplicibus medicaminibus libris ostendunt.

Apologia Pandulphi Collinutij pro Neothericis & Plinio, contra NICOLAVM LEONICENVM.

Quo plura in Pliniũ cõgerere Nicolaus nititũ, eo se plurib9 inscitię notis cõmaculat: ut q nec Plinij uerba, nec scribẽdi ordinẽ, nec rerũ consyderet differẽtias. Itaq; manifestas ineptias iã satius est ridere quam refellere. Eidem plantę Pliniũ, hoc est, Chamędaphne diuersas descriptiões afferre, Leonicenus dicit. Sed quam diuersus sit ipse ab eo quẽ putabamus, ex hac ipsa Chamędaphne cõsyderemus. Plin. 15. in describẽdis Lauri arboris gñibus inquit. Est et Chamędaphne syluestris frutex: neq; ultra de Chamędaphne uerba facit: neq; illã pingit (ut Nicolaus prius arbitratus ẽ) ex nomine ui=

A

delicet addubitās, ne hęrba esset, quā fruticē nominauit. Hic igiť uerborū Plinij textus pūcto(.)signādus ē. Tū pergit enumerādo Plin. Lauri gña atq; inqt. Et Alexādrina, quā aliqui Ideā, alij Hippoglottin, alij Daphnē uocāt. Hanc uero Alexandrinā Daphnē pingit. Hæcq; illa est, quā Dioscor. q̊q;, cęteriq; describūt. At.18. & .20. uoluminis. 18. ca. cū fruticū, fruticūq; gña multa descripsisset, His subnectemus inquit, quę Gręci cōmunicatiōe nominū in ambiguo fecere, an arbores essent. Tū, ꝓximo capite cōtinuo de Chamędry, Chamędaphne, Chamęlea, Chamęsice, Chamęcisso, cęterisq; huiusmodi uerba facit. Atq; inibi Chamędaphnē describit: quā uolum. 15. tm̄ attigerat. Hęc igitur ita se habent. Enumerat. 10. Plinius Lauri septem gña: tū tres Laurei fruticis species, Chamędaphnē, Alexandrinā, Daphnoiden: et Alexandrinā quidē, & Daphnoidē pingit: Chamędaphnē uero, qm̄ inter illas relaturus erat quas nominū cōmunicatio(ut ipse inquit)dubies fecerat, an arbores essent, an hęrbæ. 18. & . 20. libro pulchre descripsit: in quo de similibus hęrbis suo ordine loquebať. Vides, ut ob punctū (quod in iocis quoq; diciť) Leonicenus captus est: Si inť duo ista nomina, Chamędaphnē, & Alexandrinā. 15. illo libro, moræ aliqd, punctiq; interiecisset(quod uel ipsa gramaticæ ratio per, &, copulæ interuentum postulabat) non in hos laqueos incidisset. Mirū subit boni huius uiri, & amici quidem, Leoniceni naturā consyderanti: quem si ambulantē uideas, lentū magis et tardū, q̄ citatum uel celerem dicas: in accusando uero Plinio adeo præcipitem currere, ut in eo legendo, percēsendisq; accusationis capitibus, morā omnē, tarditatēq; oderit: non spm̄ teneat, non animā, nihil interpungat, nullo puncto consistat. In hoc quoq; sagacissimi ingenij uir Politianus, in ea quā de Cisso & Cistho ad hūc ipsum Leonicenū scripsit epistola, egregie notat, cum. 18. & .20. uolumine cap. 10. quia nō interpunxit Nicolaus inter Hypocisthis, &, quam inter herbas dicemus, parum sapere uisus est: maleq; eo loco sensisse de Cistho: ita ob punctum, ut diximus, sæpe conuincitur.

Punctorū ratio & utilitas.

B

Sed ne Chamędaphnes nomen dubium aliquando legentibus ingerat, duas esse plantas scire oportet, quæ Chamędaphne pariter nuncupētur. Hanc ipsam. s. de qua agimus, quę uulgò Laureola diciť: & eam quæ Vincaperuinca dicitur, cōiugalibus coronis expetita: folijs q̄; Lauri longe minoribus: humi ad serpilli morem reptans: flore ceruleo, inodoro, rotundo, foliusculis quinq;, sed continuis distincto.

Duæ plantæ Chamędaphne appellantur.

Iuuamenta Vincęperuincę ex PLINII lib. 21. cap. 27.

Vincapeuinca, siue Chamędaphne, arida tusa, hydropicis datur in aqua, cochleari mensura, celerrimeq; reddit aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa uino, tumores siccat. Auribus succo medetur. Aluinis imposita multum prodesse dicitur.

AVTORES.

Dioscorides, lib. 4.	Plinius, lib. 24. cap. 15.	Apuleius, ca. 27. & . 58.	Theophrastus, lib. 3.
Hermolaus Barb.	M. Vergilius.	Nicolaus Leonicenus.	Pādulphus Collinut.

C

Perfoliata mascula.



Durchwachß Männlin.

D

Perfoliata fœmina.

A



B

Durchwaß Weiblin.

DE PERFOLIATA Rhapſodia XXXI.

DVM IN IPSO medio opere hæreremus, atque nunc illę, nunc aliæ nobis adferrētur herbæ, citra omnem prorſus & dele ctum & ordinem (nam alphabetæ ſeriem obſeruare, neque operis no ſtri architecti pictores & ſculptores obſeruare poterant, neq; inſtitutum noſtrum hoc ferebat) etiam Perfoliata quædam, inter alias nobis offer tur. Sic enim illam appellant officinæ. Circa quam cum multum, ac diu nos torſerimus, nihil tamen certi expiſcari licuit, neque ab doctoribus medicis, neq; ab officinis, ne ab uetulis etiam & herbarijs, niſi quod Per foliata diceretur, noſtro idiomate, Durchwachß. Pharmacopolas igitur ſe cuti, & nos etiam Perfoliatam illam inſcripſimus, cæterum adulteri nam. Exhibuit enim & aliam nobis Perfoliatam Lucas pharmacopo la, longe ab hac diuerſam, coliculis ſcilicet foliola penetrantibus, non ad modum abſimilem, Cataputiarum generis, uel Eſulæ maiuſculæ, altitu dine dodrantali, tam adpropriatæ reſpondentem nomini Germanico, ut exiſtimem plane falſos herbarios, qui hanc nobis quam dedimus,

C pro genuina & germana obtruserunt. Quæ uero sit apud Dioscoridem, & quis porro eius usus, necdum animaduerti, nisi quod in officinis audio admodũ familiarem esse, & in precio habitam D. Nicolao Capitoni medico, idq́ ad rupta tantummodo, & uulnera glutinanda. Plura non comperi.

Nic. Capito

Narcissus Martius.

D



Mertzenblümlin.


De NARCISSIS MARTIIS.

Supra fol. 129.

RESPONDENT flores, folia, bulbi, deniq́ omnia fere cum Narcisso superiore. Vnde suspicio nobis subijt, fortasse aut illi germanam, aut certe quandam eius speciem esse. Non enim habeo, in quod tandem aliud genus referam. Sed, quod sæpius moneo, suspicio tantum sit hoc, nullum ex tripode responsum. Si quid firmius alij compertum fuerit, adeo non recusamus doceri, & moneri, ut nisi id data quadam opera moliremur, magis eruditiores prouocare, quã alios docere, ad illam aut conniuissemus, aut uel ouem non signatam, ex liquarum albo, exculcauissemus, & proscripsissemus.

Saxifragia.

A



B

Hoher Steynbrech.

De omnibus Saxifragis Rhapsodia XXXIII.

AVTORVM PLACITA.

Descriptio Saxifragæ ex DIOCORIDE lib. 2.

SARXIFRAGON, aliqui Sarxiphagon, alij Empetron, Romani Saxifragion uocant. Frutex est surculosus, in petris & asperis locis nascens.

σαρξίφαγον
ἔμπετρον.

Idem in Captullo de EMPETRO, cap. 191.

Empetron aliqui Phacoides uocant. Nascitur in montibue & mariti-

φακοειδής.

C mis, salso gustu. Sed quo propius terreno fuerit, amarius sentitur.

Eiusdem EMPETRI historia ex PLINIO lib.27.cap.9.

Calcifraga.

Empetron, quã nostri Calcifragam uocant, nascitur in montibus maritimis, fere in saxo. Quo propius mari fuerit, minus salsa est. Saxifragiæ porro meminit lib.22.cap.21. in partitione Adianthi.

Excussio Historiæ Dioscoridis per HERMOLAVM BARBARVM cap.2. Saxifragon.

Saxifragum, & Saxifraga latine dicitur. Item Calcifraga, si modo hæc est, quam & Plinius & Dioscorides alio loco Empetron appellant, Paulus Sarxiphages. Empetrum, inquit Plinius, fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt: uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmant. Habetur & Saxifragi genus alterum, in Adiantho a nobis explicandum. Corrosi & ambusti sunt hac parte Græci codices, nec quale sit huius herbæ folium animaduerti ullo modo potest: & in ipso uerborum textu, spaciolum inane uacat. Porro ueterem in Dioscoride picturam huius herbæ uidi, non plus folijs, quã cirris minutis, per ramos ex interuallo conditis, nec frequentibus: in cacumine surculorum flocci ceu arentes potius quã flosculi: subrubida radice, non sine fibris. Romæ talis ostenditur in maritimis, ac montosis tantum, non rubida radice, sed candida: flosculis quoq; candidis. Recentioribus de hac herba parum D conuenit. Alij Tritici foliorum figuram, alij marinæ Bati similem dixere, alij Tormentillæ uulgo dictæ. Est autem (ut uolunt) Tormentilla, Quinquefolio herbæ similis, nisi quod septem fere habet folia, non quinq;. Quarti herbam, quæ florem Garyophyllon uocatum, ferat, de quo alibi dictum est. Quinti Saxifragam eandem esse, aut proximam ei quæ Pampinula, Pimpinella, & Bipennula, & Sanguisorba ruri dicitur: quoniam uulneribus iniecta, ferrum & spicula facile ac citra sensum doloris exigat. Folio paruo, orbiculato, & extremitatibus serrato: quod & mandi soleat, paratum oleo, sale, aceto: surculis ab eadem radice plurimis atq; densis, rubentibus cum radice, ut ferunt. Quibusdam locis mermiculus eruitur, qui curatus, sericis præcipue tingendis, Purpuram facit incomparabilem, cæteros colores splendore quodam, & hilaritate superans.

Pictura ueræ Saxifragiæ.

Tormentilla.

Garyophyllos.

Pampinula. Pimpinella: Bipennula. Sanguisorba

S

IDEM in Capitulo de EMPETRO.

Prasoides.

Plinij lapsus.

Empetron hoc Phaconides a Dioscoride, Prasoides a Galeno, & Paulo cognominatur. Fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt, uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmant: quod & in Saxifraga quoq; diximus ex Plinij sententia, ut qui nihil differre ab ea indicarit: quandoquidem medicinas, quas seorsum in utraq; mentione Dioscorides enumerat, ipse uniuersas Empetro huic assignat. Aut igitur ita sentiendum est: aut Plinium errasse confitẽdum. Paulus certe Dioscoridem secutus, mentiones duas habet, quasi duorum generũ. Galenus unicam

Empetron, Aetius etiam Empetron uocari ſolitum affirmat.

A

IVDICIVM M. VERGILII de utraqꝫ & de Saxifragia, & de Empetro.

Epipetron.

Naſci in petris Empetron ſatis indicat nomen. Epipetron eadem ſignificatione ex antiquioribus aliqui etiam uocauerunt. Nec ſolum, quia lentis figuram & ſpeciem refert Phacoides, ſed Marrubio ſimilem Praſſoides etiam, Plinius Saxifragam a Latinis uocari ait: miſcetqꝫ cum ea, quæ priuatim & ſeorſum a Dioſcoride Saxifraga hoc ipſo uolumine deſcripta eſt. Ex quo iterum ſuſpicari cogimur, quod in Saxifraga dictum hoc ipſo uolumine a nobis eſt, non eſſe aliud in hoc ſcriptore eo nomine recipiendum: aut ſi ſit, quod ueriſimile tamen non eſt, uariantibus hiſtoria & medicina, bis de eadem actum fuiſſe non multo ante ſub titulo Saxifragæ, quæ latina, & iterum nunc ſub Empetri, quæ tota uox Græca eſt. Paulus quidem Aegineta, qui totum in ſexto ſuæ medicinæ Dioſcoridem multa breuitate exſcripſiſſe uidetur, Empetri manifeſte meminit, Saxifragæ autem nuſquam: quod non relinquendum ab eo fuerat, ſi tunc in Dioſcoride Saxifraga legeretur, aut ipſe pro diuerſa eam recæpiſſet. Crederemus nos etiam eandem Saxifragam & Empetron eſſe, niſi diuerſa penitus utriuſque hiſtoria & medicina eſſet. Ob eam cauſſam peritioribus hoc relinquemus, certius de Saxifraga inuenturis, quod recipiendum, conſtituendumqꝫ ſit.

Reprehenſio Plinij in dijudicanda Saxifragia, & Empetro, per NICOLAVM LEONICENVM.

Empetrum ubi naſcatur, et quas habeat uires in trahenda bile ac pituita, ſcribit Plinius lib. 27. eodem quo Dioſcorides modo: alias tamen eidem ſubiungit facultates, quod urinam cit, & calculos frangit, quæ a nullo alio autore de hoc Empetro traduntur. Quin contra Galenus, Empetrum, quod etiã Praſſoides appellatur, ſolis purgationibus. 6. libro utile eſſe teſtatur. At quos in altero Empetro, quod etiã Sarxiphages dicitur, Plinius legerat effectus, a Græcis autoribus, ac præſertim Dioſcoride traditos, huic Empetro a Sarxiphage diuerſo, quod uim purgatoriã habet, nominis æquiuocatione deceptus, aſſcripſit.

B

PETRI COLLINVTII Apologia pro Plinio.

Empetrum a noſtris Calciſragum uocari refert Plinius, calculoſqꝫ frangere: ac non ideo calculos non frangit, quia nullus ex his, quos Nicolaus legit, hoc ſcripſerit. Hanc ei herbæ uim eſſe Plinius dicit magnus autor, atqꝫ abunde laudatus: cuius ueram eſſe ſententiam, & experimento compertum eſt, & hominũ opinione recæptum. Eſt enim Empetrum (quod noſter Leonicenus ignorauit) ea herba, quæ acedarijs gratiſsima nunc habetur: & quam Venetia omnis, una addita, immutataue litera, Sampetram herbam uocitat: Baſichiam multi dicunt: alij Baticulam, Picentes ab herbæ ipſius facultate Rumpiſaxum uocant, folijs ad Rutam ferme accedentibus, uerum craſsioribus, acutioribuſque: flore, ſemineque, quæ cum Aniſi, tum Fœniculi ſpeciem muſcarijs repreſentent: odore iucundo: ſapore inter acidum ſalſumqꝫ, cibi appetentiam prouocante. Naſciturqꝫ (ut Plinius quoqꝫ docuit) in montibus maritimis fere in ſaxis: quod toto illo tractu uidere licet, qui inter phanum Fortunæ, Garganumqꝫ tenditur promontorium: & in Iſtrorum cautibus, Liburnorumqꝫ ſcopulis, unde plurima in Venetos defertur: & ſatiua quoqꝫ in Cœnobiorum hortis non facili cultura ſeruatur. Certis quoqꝫ rationibus adducimur, ut eam putemus eſſe, quam Marinam Batin alio in loco Plinius appellauit, aliud Empetri genus quod Saxifragum noſtri uocant. Nec Plinium latuit: quippe qui illud libro. 22. inter Adianti genera poſuit, ramulis nigro colore uirentibus, folijs filicis, mire calculos pellens, frangenſqꝫ: unde & nomen: non quod umbroſis petris (ut Græci forte putauerunt) parietumqꝫ aſperginibus naſci illam uideamus. Non ergo nominum ſimilitudine deceptus eſt Plinius, qui utrumqꝫ Empetri genus, diuerſo nomine Calcifragum, & Saxifragum prodidit, ſed Nicolaus noſter, qui nec Plinij uerba penſauit, nec herbas ipſas (ut accuſatorem decebat) agnouit.

Empetrum.
Sampetra.
Baſichia.
Baticula.
Rumpiſaxũ.
Batis marina.

C

Sententiæ NEOTHERICORVM.

Descriptio SIMONIS GENVENSIS.

Saxifragię herbam, quidam accipiunt herbam, cuius folia similia sunt folijs Pimpinellæ, maiora tamen, & ramulos super terram expansos habet. Alia tamen ostensa fuit in partibus Romæ, per omnia Cretano marino similis, nisi quod tenuior & macrior: eo quod in montibus apricis nascitur, & de scissuris petrarum exit: & propter hoc uocant eam incolæ Petrafindula, eo quod in suo ortu petras scindere uidetur, odore & sapore Cretano appropinquans. Secundum Butanicum, prima est illa. Nam de Pimpinella dicit, quod multi Saxifragum dixerunt, & quod sit similis ei, uelut Saxifragia tyraria ab antiquis dicebatur.

Alia quædam Saxifragię.

Petrafindula.

Pimpinella quibusdam Saxifragię.

PANDECTARII.

Saxsifragia, est herba similis Pimpinellæ, non differens, nisi in pilositate, quam habet Pimpinella.

HIERONYMI herbarij.

Quatuor spēs Saxifragię.

Saxifragia multorum generum est. Scilicet Maior, floribus albis, caule subrubicundo, radice exili, cui uelut Lentis, uel Pisorum noduli adhærent: quod semen eius esse ferunt. Minor omnibus agnita, humi repens, in petrarum summis, cui uulgo nomen, Gryenkraut, eo quod Ischiadi præcipue medetur. Tertia Alba, quæ Milium solis, germanice, Meerhyrß, apud Dioscoridem lib. 3. Quarta in Alkakengi, arabico uocabulo nomen fecerunt, Germanice, Schlutten / Boborellen / Judenkyrßen. de quo in Solano plura.

Alkakengi.

D

TEMPERAMENTVM SAXIfragiæ ex Plateario. 28.

Calida & sicca est in tertio gradu, uirtutem habet diureticam, expulsiuam, & extenuatiuam. Calculos arrodit, & conterit.

Vires & iuuamenta Saxifragiæ ex DIOSCORIDE.

Cocta in uino, & mox pota, febricitantibus opitulatur.
Stranguriæ prodest.
Singultum sedat.
Calculos uesicæ frangit, & urinam ciet.

Eius, quæ Empetron uocatur, iuuamenta ex eodem DIOSCORIDE.

Trahit bilem, pituitam, & aquam, si bibatur in iure aliquo, aut hydromelle.

EX PLATEARIO.

Contra lapidem in renibus, & in uesica, & contra Iliacam passionem, stranguriam, & dissuriam, ualet uinum decoctionis eius, uel puluis eius, pondere drach. ij. in ouo sorbili: fomentum quoque ex ea factum, multum confert prædictis.

Conditura Saxifragiæ ex PLATINA lib. de Honesta uoluptate. ℞.

A

Appellatam Saxifragiã Apuleius adserit, quod lapillos in uesica frangat, atq; cõminuat. Eius radix, Petroselino adsimilis est: quæ ablata, lota, atq; in frusta concisa, cum sale, oleo, & aceto comesta, ob eius caliditatem & siccitatem, lapidem (ut diximus) frangit. Renes & uesicam purgat. Coquitur tarde, propter siccitatem, quæ cõcoctioni contraria est, quam contra, humidum & calidum adiuuat.

De PIMPINELLA, βρύλλις.

Pimpinellam, uel Pampinulam, quintam esse speciem Saxifragię, paulo ante ex Hermolao Barbaro testati sumus. Arbitror & hanc ueteribus neglectam, uel incognitam potius. Interpretatus est hanc ex lib. 7. plantarũ Theophrasti cap. 10. Theodorus Gaza his uerbis. Spicosa igitur Oculus caninus, & Cauda uulpina, et Plantago, quę Agnina lingua a quibusdam uocata est, & ab alijs Coturnix. Huic quodammodo similis est, quę Bibinella dicitur. Cæterum quam uelit intelligi, & an de nostra uulgata Pimpinella dictum uelit, necdum satis assequor. Calidi & sicci esse temperamenti, ut Saxifragiam, compertum est, & per omnia ad eadem ualere.

Macer lib. 4. Epistolarum.

Temperamentum.

B

EMPIRICA quædam de PIMPINELLA.

Quæ priuatim de ea ab empiricis accæpimus, hæc fere sunt.

Quod decoctum eius febrem continuam, & quarta quoq; die recurrentem leuat.

Succus tertianam, idq; ante accessionem, potus.


Contra PHTHISIM sic utitor.

Recipe Pimpinellæ ꝗ; tenuissime puluerizatæ unc. ij. aquæ Pimpinellæ recentis, & sacchari quantum satis est, et fiat inde Electuarium: de quo sume quotidie drach. ij.

Conditura Pimpinellæ ex PLATINAE lib. ℞. de Honesta uoluptate.

Pimpinellæ, quæ & Bimbinella græce dicitur, uis calida & sicca est: ob hanc rem tarde concoquitur: uoluptatem edentibus adfert. Collecta, ac lota in patinam, ac suomet caule, si tenera est, reponi debet, sale, oleo, et aceto condiri. Si prædura fuerit, folia tantum sumuntur. Aperit hic cibus iecinoris fibras, urinam prouocat, ac lapides, ut Saxifragia: non tamen adeo comminuit.

C HEPATICA.



D

Edel Leberkraut. Hyrßklee.

De HEPATICA,

Rhapsodia XXXIIII.

NOMENCLATVRA,

Græca, λιχὴν.
Latina, Hepatica, Hepataria, Iecoraria.
Germanica, Leberkraut.


HEPATARIAM, siue Hepaticam, omnes Lichen interpre=tantur eam quæ est apud Dioscoridem libro. ꝝ. cap. λιχὴν. Verba Dioscoridis sunt, Lichen, quæ saxis est familiaris, aliquibus Bryon appellatur, asperginosis petris adhæret.

Paraphrasis, BARBARI, super DIOSCORIDEM.

Lichen, siue Lechen, est muscus, ut hic, itemq; hærba alia nascens in petrosis: nomine utriq; inuento, quoniam contra Lichenas, remedijs o=mnibus anteponuntur. Folium unum ad radicem latum, caule uno par uo, longis folijs dependentibus. Vtramq; recentiores herbarij Hepaticā appellant. Appuli hærbam, cuius unum ad radicem folium habere dixi=mus, Iecorariam, siue Ficatellam cognominãt, folio succi pleno, & crasso:

Hepatica uni-folia. Ficatella.

IECORARIA. A



Leberkraut.

ita nominatam, quia Iecinoris fibræ similis aſpicitur. Diuerſa eſt eodem nomine apud nos, in littore paſſim naſcens, & olitorio foro, ieiuniorum tempore uenalis, hæderaceo fere folio, flore purpureo, lilij puſilli effigie. Conuoluit hęrba ſe quibus appropinquat. Soluit aluum cocta, & cruda, olerum modo accæpta.

SERAPION lib. Simplicium, capite. 113. de Hepatica. B

Hazez alſacher, ideſt, Hepatica, G. Naſcitur in lapidibus humectis, & cadit ſuper eam ros, & ſimilis eſt lenticuli aquæ.

PLATEARIVS, cap. 5.

Hepatica hærba eſt in aquoſis, & præcipue in lapidoſis locis naſcens, minuta habens folia, terræ & lapidibus adhærentia. Quanto autem habet maiora folia, tanto melior eſt: & dicitur Hepatica, quia præcipue eſt hepatis iuuatiua.

HIERONYMVS herbarius, de Hepatica.

Hepatica in triplici habetur differentia. Prima, quę in obſoletis & ruinoſis fontibus ſub dio, petroſis quoq; lapidibus adhæret, folijs inuicem pinnatis, ſibi adhærentibus, non admodum abſimilis ei, quæ Pulmonaria uulgo uocatur. Altera, quam nunc paſſim Matrisſyluam, uel Stellarem hærbam uocant, Germanice, Waltmeyſter: tametſi Capriſolium uulgo etiam Matrem ſyluæ faciunt. Tertia Triſolium aureum, Teutoni-

C ce, Guldener Klee, quod ipſum naſcitur in ſyluis, & aſperis.

IVDICIVM NOSTRVM.

Id ſolum comperi apud receptos autores de Hepatica, quod equidem memini. Duæ primæ, dum has εἰκόνες pingeremus, a nobis deſyderabantur. Tertiam dedimus. Daturi & priores, ſi uita fuerit comes, in poſteriorибus Tomis. Sane prima et tertia deſcriptione non abludunt, pulchreq; cum Barbari & Hieronymi deſcriptione concinunt.

TEMPERAMENTVM ex SERAPIONE.

Virtus eius prima, eſt, deſiccare, idq; inmodice.

Altera eſt, abſtergere.

Tertia, uetare impetiginem, & quælibet apoſtemata calida.

VIRES ET IVVAMENTA

Emplaſtrum ex ea, cohibet mēſtrua, & ſedat apoſtemata calida, & impetiginem.

Linguæ quoq; apoſtematibus, & omnibus humorum fluoribus, propter ſuam ſiccitatem, & ſtipticitatem plurimum confert.

Ex PLATEARIO.

Valet contra opilationem hepatis, & ſplenis, ex calida materia, & hepatis calorem.

D Syropus ex decoctione eius, & rhabarbaro, ſanat Ictericiam.

Et aduerte, quod in omnibus ſyropis contra opilationes hepatis, & calefactionem eius, debet indi Hepatica.

Contra calida apoſtemata ſuperponitur trita in principio. Operatur enim repercuſſionem materiæ influentis.

Ex IOANNE VIGONIO.

Hepatica eſt frigida & ſicca in primo. Et eius folia contrita, & cum farina ordei in uino granatorum contrita, & parum ſandali albi cum oleo roſaceo, omphacino, hepatis calidum apoſtema repercutiendo ſpargunt & reſoluunt.

Et decoctio eius facta cum Endiuia domeſtica et ſylueſtri, et parum Capillorum Veneris, parumq; Cicoreæ, cum aqua & zucchαro confecta, et cum modico uino granatorum, laborātibus hepatis diſcraſia calida, optime medetur. Et propterea dicitur Hepatica, quia ægritudinibus hepatis ualde opitulatur.

AVTORES.

Dioſcorides.	Hermolaus Barbarus.
M. Vergilius.	Platearius.
Ioan. Vigonius.	Hieronymus herbarius.

A

De Linaria, Rhapsodia XXXV.

Nomenclaturæ,

Græcæ, περιστεριόν. ψευδολίνον.
Latinę, Linaria. Pseudolinum. Esula adulterina. Herba urinalis.
Germanicæ, Lynkraut. Harnkraut. Flachßkraut.

LINARIAM hærbam D. Ioannes Lotzerus medicus, in collectaneis suis pharmacorum simplicium περιστεριόν græce, & latine Cristam galli nobis traduxit: tametsi habeant & Verbenæ quædam eius nominis species. Nec plura etiam apud probatiores lego, nisi quod hanc ψευδολίνον, & Esulam quandam adulterinam faciant Pandectarius, et Genuensis ille Simon, interq; utramq; mediam scilicet quandam speciem: quod Esula quidem lactescit, Linaria uero sine lacte sit.

D. Lotzerus.

TEMPERAMENTVM eius.

Temperamento frigido & humido deprehendimus in secundo gradu, habereq; uires dissipandi, incidendi, extenuandi, & perpellendi.

AB HERBARIIS uires & Iuuamenta ei nuncupantur huiuscemodi.

Eius, simulatq; Pimpinellæ succus herysipelata refrigerant.

Cancro quoq;, & Carcinomatis nihil est quod æque medeatur.

Per se indita hærba calciamentis, fertur totius corporis laborantis dolores reprimere & sedare.

Aqua Linariæ cum medio cortice Ebuli pota, quantitate nucis auellanæ, hydropicis mirum inmodum eijcit aquam per urinam.

B

Eadem oculis rubentibus salubris est, sero, & in ieiunio indita modice. Crebro id compertum haud parum multis.

C

DE ESVLA, Rhapsodia XXXIX.

¶ Nomenclaturæ,

Græcæ, πιτύουσα.
Latinæ, Esula.
Germanicæ, Wolffsmilch.

NON consentio cum Simone Genuensi, qui negat hanc inter septem Tithymalorum species conscribi debere. Existimoq́ʒ esse, aut Cyparissiam Tithymalum, aut certe Pityusam illam apud Dioscoridem lib. 4. Nec ea suspicio est tãtum, uerum in uetustissimo libro, a Bononiensi quodam medico de simplicibus Dioscor. inscripto, quomodo ad nostras officinas respondeãt, ita scriptum inuenimus. Frutex Tithymalus Lactuca marina, seu Caprina, & Lactaria hærba. Eius plura sunt genera: ex quibus unius fructum officinę uomicam Nucem, alteram Esulam minorem uocant: Pityusam uero Maurisebram uocãt, officinæ quoq́ʒ Esulam maiorem, quę ubiq́ʒ crescit.

Quadruplici differentia cernitur. Quędam tenera. Quędam crassiore radice. Quædam maior. Quædam minuscula. Quæ autem uera Esula hodie habetur, Linariæ herbæ specimen prefefert.

Electio eius ex MESVE.

D Magnum est malum, abscindens uiscera: paruum uero est illud, quod eligitur. Et melior pars plantæ, est cortex radicis eius: & lac eius est acutius & fortius. Et melior est radix ipsius, habẽs proprietates quinq́ʒ, bonas scilicet: cuius cortex est subtilior & leuior: & facile frangitur: & est habẽs de rubedine aliquid, sicut Cassia proprie: et super quã iam pręteriit medium anni. Recens uero mensis sui tantum, est mala. Nigra uero est perniciosa. Et orta in locis thermarum similiter. Et melius tempus collectionis radicis ipsius, est principium ueris, & lactis eius, in fine ipsius.

Complexio & proprietas.

Calidæ complexionis est & siccæ in principio tertij. Et lac eius calidius. Et est compositum ex substantia ignea, acuta, & subtili, & ex substantia terrea stiptica: & est incisiuum, subtiliatiuũ, exiccatiuum materiarum submersarum, liquefactiuum & apertiuum, disruptiuum orificiorum uenarum.

RECTIFICATIO Nocumentorum Esulæ.

NOCET CORDI, hepati, & stomacho, & disrumpit uenas, & excoriat uiscera: derelinquit inflammationes, facientes cadere in febres. Et emendatur primum nocumentum quod ex eo timetur, miscẽdo ei aliquas ex medicinis cordialibus & stomaticis, & hepaticis cũ eo. Et secũdũ et tertiũ nocumentũ corrigitur, acq̃rendo ei bonitatẽ cũ medicinis cõglu-

tinatiuis, & cöadiuuantibus & consolidantibus: sicut est dragagantum proprie: & gummi, & bdellium, & mucilago psilij, & succus portulacæ, & similia. Et quartum nocumentum eius tollitur, permiscendo ei ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas. Et ex hoc facientibus apud me est, ut infundatur in succo Altaraxacon, aut in succo Endiuię ex pauco aceto, aut in succo Portulacæ, aut solatri & aceto. Et si fuerit acetum decoctionis, aut infusionis citoniorũ, erit melius. Mirabolani quoq; sigillant ei bonitates notas, & absinthium similiter, & alöe. Et dixit Iudęus. Infundatur in lacte dulci, aut aceto, & renouetur in eo lac multotiens, exsiccetur. Reprimitur enim sic a sua malicia. Et dixit Ruffus. Si solutio per ipsum superfluit, aut laboriose fiat, sedeat solutus in aqua frigida. Mihi quoq; uidetur uerbum inconueniens. Circumstans enim frigidum includit, & cöadiuuat uirtutem medicinæ, & corroborat eam. Necnon & medicinas adiuuans, ad uias expulsionum, repellit materias, sicut te scire fecimus. Succurrendum est igitur tunc, sicut in Canone diximus. Confectio pilularum de Alsebram conferentium hydropisi. Accipe eius præparati partes quatuor, mirabolanorum citrinorum partes quatuor, alöes partes quinque, confice cum succo fęniculi: aut endiuiæ. Et est dosis earum a drachma una, & semis, usq; ad tres. Et quidam ex lacte eius, & farina faciunt oblatas, & soluunt cum eis. Et quidam faciunt cum aceto & zuccaro, & lacte ipsius. Et quidam cum carne citoniorum, & mastice faciunt solutiuum bonum.

VIRES, ET IVVAMENTA.

Solutione educit flegma uehementer, & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias a iuncturis, & confert doloribus earum. Et est ex medicinis magnis ad hydroposim. Verumtamen nocet hepati, & desiccat corpus utentis ipso. Et cõsumit sperma, & lac eius hoc uehementius facit. Et facit cadere in febres.

DOSIS EIVS.

Corticis radicis eius a Caractis. ij. usq; ad. vij. Et lactis eius a Caracto uno usq; ad tres.

VSVS ET ADMINISTRATIO Esulæ ex Plateario.

Esula calida & sicca in tertio gradu. Frutex est, cuius radix tantũ usui competit medicinæ. Cortex radicis eius si in uere colligitur, per biennium in magna efficacia seruatur. Melius est tamen, ut singulis annis renouetur. Virtutem habet purgandi flegmaticos humores principaliter. Vnde ualet contra ægritudines factas ex flegmate.

Nota, quod Ictericiam suo acumine purgat. Post Scamoneam utilior est Esula, & securius potest dari. non enim est multum abominabilis, ut quasi indignetur inde stomachus quandoque: sed tunc tegula calida superponatur.

C Contra quotidianam de flegmate naturali, arteticam, podagram, chiragram, paralysim, iliacam passionem, & leucoflegmatiam detur puluis iste Petruncelli. Recipe scrupul. v. Esulæ, & modicum cinnamomi. semen fœniculi, anisi, masticis. Sanis leucoflegmaticis ualet ad præseruationem cum uino calido, uel aqua calida, uel cum ouo sorbili datus in brodio, uel cum iuscello. Benedicta Esulata ualet contra prædictas, & maxime contra passionem colicam: inijciatur per clystere cum aqua salsa, & oleo, & melle: optimum est.

Contra leucoflegmatiam præcipue talis sit usus. Bulliat succus fœniculi aliquantulum, & postea resideat: & aquam claram supernatantem accipe, & addito puluere Esulæ, & zuccaro, detur. Vel fiat syrupus: multum prodest.

Delicatis uero medicinas abhorrentibus, ponatur puluis eius ad decoquendum cum carnibus. Vel ipsi cortices, & carnes illas comedant, & brodium accipiant.

Contra prædictas passiones ualet, si fiat claretum ex puluere eius, in uino & melle, & alijs speciebus. Non est enim multum abominabile.

Theodoricum anacardinum, uel hieralogodion competenter acuuntur ex Esula prædicta.

EX IOANNE VIGONIO.

D Esulæ uirtus est, purgare Melancholiam & Phlegma. Et eius lac uerrucas, & porros potentissime euellit, eorum radices exiccans.

AVTORES.

Dioscorides, lib. 4. dict. Pityusa, & capite de Tithymalis.
Mesue, lib. simpli.
Serapion cap. cccLxxi.
Scriptor Pandectarum.

DE OMNIBVS MALVIS. Rhapſodia XXXV.

A

❡ Nomenclaturæ Maluæ hortenſis.

Græcæ, μαλάχη. κηπευτή. ἄνθιμα.

Latinæ, Malua hortenſis. Lien capræ. Muris urina.

Vulgares, Bappelen.

PLACITA AVTORVM de Maluis.

Hiſtoria hortulanæ Maluæ ex PLINIO lib. 20. cap. 21.

IN MAGNIS laudibus Malua eſt utraq;, & ſatiua, & ſylueſtris. Duo genera earum, amplitudine folij diſcernuntur. Maiorem Græci Malopen uocant, in ſatiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen, e ſylueſtribus, cui grande folium, & radice alba, Althea uocatur. Ab excellentia effectus a quibuſdam Ariſtalthea. Omne ſolum in quo ſeruntur, pinguius faciunt.

THEOPHRASTVS DE MALVA, quæ Ibiſcus uocatur, lib. 9. cap. 19.

Spinam quandam enarrant, quæ aquam iniecta congelet. Et radicem Ibiſci poſſe addenſare aiunt, ſi tritam inieceris, ſub diuoq; humorem poſueris. Conſtat Ibiſcum folio Maluæ, maiori tamē, piloſioriq;, caule molli, flore mellino, fructu Maluæ, caulibus proxima. Vſus eius ad rupta, & tuſſes uino dulci, & ad ulcera in oleo.

De eadem APVLEIVS cap. 38.

A Græcis appellatur Althea, alij Ororiza, alij Aeleomolochen, alij Molochen agriam, aut Creticen, alij Anadendramalachen, alij Sycophyllon. Itali Ibiſcum uocant. Naſcitur locis humidis & campis.

IDEM de Malua Erratica.

B

Malachin agriam uocant Græci, alij Aeleomalachen, alij Acopon, alij Malachin, alij Helionſtrophon, alij Oſyriacam, alij Maluam ruſticam, alij Maluam erraticam. Naſcitur ubiq; in locis cultis.

ALIA ALTHEAE HISTOria ex Dioſcoride lib. 3.

Althea, quam alij Althiocon, alij Ibiſcum uocant, in ſylueſtrium Maluarum genere eſt: cui folia ut Cyclamino rotunda, lanugine creſcunt, flore roſaceo, bicubitali caule, radice lenta, intus alba. Althea appellatur: quod inter primas ſit utilis, & pluribus polleat remedijs.

De ea, quæ ALCEA dicitur, quam ego puto eam eſſe, quæ hodie herba Simeonis, uulgo Sigmunds Wurtz. uocatur. Ex eodem DIOSCOR. lib. 3.

Alcea ſylueſtrium Maluarum generi adſignatur. Folia habet diuiſa, Verbenacæ proxima: caules tres, aut quatuor, cortice cannabino ueſtitos: florem Roſæ paruum, radices albas, latas, quinque, aut ſex, cum plurimum cubitales.

C

Sententiæ NEOTHERICORVM, de prædictis speciebus Maluarum, & autorum explicationes. Et primo HERMOLAI BARB. in Corollario.

Malua, inquit, culturæ opera, intra sextum, septimumq; mensem grandescit in arborem, hastarum, baculorumque usu in Arabia, Mauritania quoq; Lixi oppido æstuario, ad Hesperidum hortos, & iuxta delubrum Herculis. Duo genera earum summa: quæ amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Malachen uocant in satiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen e syluestribus, cui grande folium, & radices candidæ, Althea nominatur. Est & quæ unicaulis nascitur, Monocaulos ex facto cognominata. Omne solum in quo feruntur Maluæ, pinguius faciunt. De Althea, quæ item Dendromalache, siue Anadendromalache dicitur, & Ibiscus, uolumine tertio differitur. Est & Alcea, huius fere generis seorsum indicanda.

Malua Monocaulos.

IDEM rursum in ALTHEAM.

Medici Altheam uocando, ut Theophrastus inquit, Maluam syluestrem intelligunt. Ab excellentia effectus, a quibusdam Aristalthea dicitur, Anadendromalache a Galeno. Item Ebiscus, siue Ibiscus. Quanquã Plinius Altheam ab Ibisco separauit, in medicinæ usu. Ibiscus inquit a Pastinaca gracilitate tantum distat: damnatus in cibis, & medicinæ dumtaxat utilis: quam Græci μαλάχην, inquit ἀγρίαν uocant, & aliqui Pistolochiam. Altheæ folium Maluæ a Theophrasto redditur, sed grandius & pilosius, cauliculi molles, flos luteus, radix alba, neruosaq;, semen Maluæ, gustus quoq; caulium, ut Maluæ.

D

MARCELLI VERGILII explicatio Altheæ.

Nihil Althea græcis aliud est, q̃ si a medendo medicam simpliciter dicas: quibus ἄλθος in medicina pharmacũ, remediumq;, & ἀλθαίνειν, uerbum, mederi est. Nec aliter in Theriacis suis Nicander ἀλθήεντα, aliquid sæpe appellat. Hanc Palladius in Octobri mense Ibiscum dici, his uerbis testatur. Altheæ, hoc est, Ibisci folia. &c. Vtiturq; ea, ut uerbis eius utamur, ut ex molli forte uinum fiat. Theophrastus syluestrem esse Maluam lib. 9. de Plantarum historia confirmat his uerbis. Et eam quam hi Altheam, illi uero syluestrem Maluam appellant. Galenus Anadendromalachen uocauit, quasi arboream, siue arborescentem Maluam. Plinius diuersis locis. 19. 20. &. 21. uoluminibus, plura Maluarum genera describens, non satis certam earum historiam tradit. Nos Græcos, & hunc præsertim scriptorem secuti, præcipua duo Maluarum genera fecimus, alterum secundo, alterum tertio hoc uolumine tractatum. Non ignorantes, hæc ipsa a quibusdam iterum diuidi, & in utroq; genere satiuam, & sponte sua nascentem numerari. In priore illa hortensem, qua in cibis pro olere uterentur, & locis incultis nascentem: ut tunc in Maluæ commentationibus nostris longius diximus. In posteriore hac syluestrem esse quæ duabus illis undiq; procerior fit, altiusq; a terra erigatur, & in hortis consita arborescit, multoq; maiores flores, nec minore ambitu Rosarum profert. Verumtamen quæ artificio & opere humano meliorescunt, diuersi generis ob id censenda non sunt. Descripsit Altheam hanc Theophrastus eodem libro. Quodq; in nullo Maluæ flore, quod hactenus ipse uiderim, aut ab alijs audierim, luteum illi florem dedit. Nec nos scimus, quo modo naturæ, & alijs scriptoribus in Malua color ille respondere possit. Ostendit quotannis in omni Malua natura inter ruborem, & purpuram splendentem florem. Hic etiam Rhodoides, quod est, Rosæ simile dicit esse, neq; ad formam magis, q̃ ad colorem referri id oportet. Quo fit, ut peritioribus dirimendam inter Theophrastum, scriptoresq; alios tam grauem litem relinquamus.

Maluæ genenera duo.

A

Explicatio Alceæ per HERMOLAVM BARBARVM.

Alcea caulibus foliosis. Nascitur in pingui solo, nec sicco: quam & Peristereon cognominãt, a similitudine foliorum, ut conijcio. Ipsam quoq; Leonis caudam, qua multum pollet animal id, Homero, Catullo, & Plinio testibus, appellant Græci Alceam. Differentia in eo, ut quibusdam placet: q herba diphthongum non habet in penultima. Dicitur, & Cercis cauda eius. Quanquam & herba quędam Cercis est, e qua radij fiunt textoribus; unde & nomen.

Leonis cauda.

Cercis.

De eadem rursus MARCELLVS VERGILIVS.

Breuis in antiquis Gręcorũ medicis Alceæ huius historia & medicina est. Nec Plinius aliter a Dioscoride lib. 27. cap. 4. de ea agit. Nos etiam. quod illi adijciamus, non habemus. Illud tantum tacuisse nolumus, in antiquissimis Latinis codicibus coniunctam superiori hanc esse, utroq; capite de utraq; agi. Quod fecisse congener earum natura uidetur.

De eius TEMPERAMENTO.

Agrestis quidem distrahendi, & molliendi clementer particeps est potentiæ. Hortensis uero, quadamtenus plus aquosæ humiditatis admittit, eatenus potestate imbecillior est. A barbaris frigida in primo, humida uero in secundo pronunciatur.

De IVVAMENTIS MALVARVM & uulgatæ Maluæ ex Dioscoride lib. 2.

B

Satiua esui longe aptior syluestri. Stomacho aduersatur. Aluum iuuat, sed multo magis caules.

Interaneis, & uesicæ utilis.

Cruda folia cum salis exiguo manducata, ægylopas ex melle sanant. Verum cum cicatricem trahere cœperint, ea demum citra salem utendum est.

Contra aculeatos apium, uesparumq; ictus, illita efficax est.

Eadem cum oleo trita peruncti, non feriuntur.

Vlcera manantia in capite, furfuresq; cum urina sanat.

Sacris ignibus, & ambustis decocta folia, tritaq;, utilissime ex oleo imponuntur.

Eius decoctum uuluas insessione mollit.

Prodest erosionibus uesicæ, & intestinorum, uuluæ, sedisque, clystere infusum.

Ius decoctæ cum radice sua, contra omnia uenena auxiliatur, si continuo a bibentibus reuomatur.

Contra phalangiorum morsus remedio est.

Lac euocat semen in uino potum: addito Loti syluestris semine, uesicæ cruciatus lenit.

IVVAMENTA eius, quæ Althea dicitur, ex DIOSCORIDE lib. 3.

Decocta in uino, aut aqua mulsa, in potu efficax est contra uulnera,

C parotidas, abscessus, mammarum inflammationes, attritus sedis, inflationes, neruorum rigores. Siquidem discutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit.

Cocta, ut dictum est, adiecto suillo adipe, aut anserino, terebinthinaue, ut malagmatis lentor fiat, facit ad uuluæ inflammationes, præclusionesq; in pessis subdita.

Decoctum eodem fungitur munere.

Onera uuluæ, reliquiasq; a partu extrahit.

Decoctæ succus ex uino potus, succurrit urinæ difficultati, calculosorum cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis.

Dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore.

Viride semen, siccumq; tritum, uitiligines in sole perunctas emendat.

Eodem cum oleo peruncti, a uenenatis non feriuntur.

Valet contra dysenteriam, & sanguinis reiectiones, aluiq; profluuiũ.

In posca, aut uino decoctum bibitur contra omnes uesparum, apum, similiumq; aculeatos ictus.

Folia cum olei momento, morsibus & igni ambustis illinuntur.

Constat, aquam trita radice addita, sub diuo addensari.

IVVAMENTA Alceæ ex DIOSCORIDE.

D Cum uino, aut aqua potæ radices, dysentericis, ruptisq; medentur.

Empirici in usu habent ad Collyria: dicuntq;, uel suspensam eam a pectore, caligantibus oculis prodesse.

Maluarum omnium IVVAMENTA ex PLINIO lib. 20. cap. 21.

Huic contra omnes aculeatos ictus efficacior uis, præcipue scorpionum, uesparum, similiũq;, & muris aranei. Quin & trita cum oleo, qualibet earum peruncti ante, uel habentes eas, non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent contra uenena. Aculeos omneis extrahunt illitæ crudæ, aut cum anetho potę. Decoctæ uero cum radice sua, leporis marini uenena restringunt: & ut quidam dicunt si uomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Vlcera manantia in capite sanant, in urina putrefactæ lichenas, & ulcera oris cum melle. Radix decocta furfures capitis, & dentium mobilitates. Eius quæ unum caulem habet, radice circa dentem, qui doleat punge, donec desinat dolor. Eadem strumas, & parotidas, panosq;, addita hominis saliua, purgat citra uulnus. Semen in uino nigro potum, a pituita & nauseis liberat. Radix mammarum uitijs occurrit, adalligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta, quinis diebus emendat. Stomacho inutiles Sextus niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris. Aliqui purgari fœminas, folijs earum manus plenæ mensura, in oleo & uino sumptis. Vtiq; constat, parturientes folijs substratis celerius solui, protinus a partu reuocanda, ne

uulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in uino decocta hemina. Quin & semẽ tritum adalligant brachio, genitale nõ continentium. Adeoq; eæ Veneri nascuntur, ut semen Vnicaulis aspersum genitali fœminarum, auiditates augeri ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta adalligatas, tenasmo & dysentericis utilissime infundi. Item sedis uitijs uel si foueantur. Melancholicis quoq; succus datur cyathis ternis tepidus, & insanientibus quaternis. Decoctę comitialibus heminæ succi. Hic & calculosis, & inflatione & torminibus, aut opisthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, & ambustis, decocta in oleum folia imponuntur, & ad uulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis prodest, & uesicæ, & intestinorum rosionibus. Vuluas et cibo et infusione mollit in oleo: succus decoctæ, porimeatus suaues facit. Altheę in omnibus supradictis efficacior radix, pręcipue conuulsis ruptisq;. Cocta in aqua aluum sistit. Ex uino albo strumas & parotidas, et mammarum inflammationes, et panos in uino folia decocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, q̃libet perniciosæ tussi citissime medentur. Hippocrates uulneratis, sitientibusq; defectu sanguinis, radicis decoctę succum bibendum dedit. Et eam uulneribus, cum melle & resina, item conuulsis, luxatis, tumentibus et musculis, neruis, articulis imposuit. Et asmaticis, ac dysentericis in uino bibẽdum dedit. Mirum, aquam radice ea addita addẽsari sub dio, atq; elactescere. Efficacior autem, quo recentior. A

EX IOANNE VIGONIO.

Malua decocta in brodio gallinarũ, uel pulli, cum farina ordeacea, usq; ad spissitudinem solidam: deinde pistata cum duorum ouorũ uitellis, & oleo Violarum in quantitate sufficienti, & parum croci, omnia simul miscendo, apostematibus cholericis, & ualde calidis optime medetur, tã in resoluendo, q̃ in maturando, si natura maturationẽ tentare uoluerit. B

EX PLATEARIO.

Contra calida apostemata in principio folia Maluę terantur, & superponantur. Ad maturandum terantur cum axungia porci recenti: & super tegulam calidam ponantur. Hoc autem ualet contra duriciem splenis et hepatis.

Fomentum ex aqua decocta, circa pedes ualet.

Ad somnum prouocandum in acutis febribus Malua cocta & comesta soluit uentrem.

Valet in febribus, propter uentris constipationem.

Ex aqua illius fiat clyster mollificantium competens.

Ad menstrua prouocanda certum experimentum. Radix ipsius ad modum digiti grossa et longa, uel etiam longior, radatur aliquantulum, et superspergatur puluis scamo, & superponatur: ungatur tamen prius cum melle, si uolueris.

Maluauiscus plus mollificat & maturat, sola folia & magis radix: trita

C cum axungia, aliquantulum calefacta & superposita, apostemata maturat, duriciem relaxat & mollificat. Hærba etiam cocta cum radice, fere ad consumptionem aquę, apparebit quasi quædam uiscositas: quę superposita apostema maturat, durum relaxat & remollit.

Ex aqua, addita cera & oleo, fit optimum unguentum ad prædicta.

Aqua decoctionis seminis ipsius herbę, ualet contra tussim siccam.

Confert ethicis.

Semina autem sacellata, & in oleo cocta, duriciem splenis soluunt & mollificant.

De satu Maluæ ex PALLADII lib.10. de mense Octobri.

Hoc mense Malua serenda est, quæ occursu hyemis ab incrementi longitudine reprimetur. Loco pingui delectatur, & humido gaudet. Letamine transferuntur plantæ eius, cum cœperint folia quatuor habere, uel quinq;. Melius comprehendit planta eius, quæ tenera est: maior enim translata, languebit. Sapor illius melior, si non transferantur: sed ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebulas conserunt, aut lapillos. Rara ponenda est. Sarculo delectatur assiduo: Sic liberandæ sunt hærbis ne motum sentiant in radice. Si transferendis plantis nodum facias in radice, sessiles fient.

D CONDITVRA Maluæ ex PLATINAE lib.2. de honesta uoluptate.

Mirabuntur fortasse qui naturam Maluæ ignorant, me hanc hærbam inter edulia posuisse. Sed desinant mirari, & quantis laudibus extollenda sit animaduertant. Maluæ duo genera, Satiua, & Syluestris, et utraq; laudanda. Quæ Althea dicitur, q alte surgat. Amplitudine folij discernantur. Satiua minor, hāc Græci a molliendo uentre μολάχην uocauere. Omne solum in quo feritur Malua, pinguescit. Valet hæc hærba contra omnes aculeatos ictus, præcipue uero scorpionum, uesparum, apum, muris arachnei. Quin et trita cum oleo, cutiq; extensa, hominem ab iniuria talium bestiolarum defendit. Cruda illita uulneri, aculeos omnes extrahit. Ferunt hominem omnibus morbis cariturum, si qualibet die ex succo Maluæ aliquid sorbeat. Valet item hic succus (quanq; stomacho aliquantulum inutilis) contra bilem atram, et eam maxime, quę iam ad insaniam ducit. Elixatur tenellæ Maluæ caulis ablata cima, et in patinā more asparagi positus, cum sale, oleo et aceto comeditur. Condiuntur et eodē modo flores. Nec insalubre hoc genus conditurę habetur: cum et calculosis, et inflationi, et torminibus, et sacris ignis medeatur.

Malui genera duo.

Coriandrum.

A



B

Coriander.

DE CORIANDRO Rhapſodia XXXIIII.

¶ Nomenclaturæ,

Græcæ, κόριον. κορίανον.

Latinæ, Corium. Corianum. Coriandrum.

Germanicæ, Coriander.

De ratione nominis Coriandri M.

VERGILIVS.

CRediderunt Coriandro aliq in Græcis nomen feciſſe Cimices, q̃s folia ei9 & caules olent. Et q̃m inſectũ id gręci Corio uocẽt, ideo olentẽ eos plantã Corion nominauerint. Sunt contra, qui ꝙ Corian nõ græci frequenti9 q̃ Coriõ Coriandrũ uocent, nõ a Cimicibus, ſed quaſi Coriamblon. i. hebetãtẽ oculoꝶ pupulas dictũ fuiſſe uelint. κόρην eñ oculi pupulã, & ἀμβλύνειν hebetare ijdẽ gręci dicunt. Qđ q̃ uerũ ſit, peritiores intelligent. Ab hoc eñ nihil quod ad oculos pertineat priuarim in Coriandro decernit. Omniũ eius appellationũ prior illa in hoc, & alijs medicinæ ſcriptorib9 frequentior eſt. Alterã illã in cõmuniore ſermonis uſu fuiſſe, indicat in eqtibus ſuis Ariſtophanes, Quocũq; aũt nomine uocet, nota omnibus planta eſt, ſemenq; p̃cipue: ideoq; nõ ultra a nobis tractanda. Numerat ab hoc ipſo ſcriptore, 6. uolumine

C inter uenena: odoreq; p̃sertim deprehẽdi, q similis uiuenti Coriandro toto corpore sentiat̃. Meminit & Nicãder in Alexipharmacis suis, quo loco interpres ei9 syluestri Coriãdro ueneni maleficiũ inesse ait: q̃d ab eo describit̃ latioribus longioribusq; folijs, multis adnatis, & numerosa radice, copiosoq; flore. Quod nescio an uerum sit: testante Plinio. 20. uolumine eiusdem numeri capite, non inueniri inter syluestria Coriandrum. De eo iterum in. 6. agendum nobis erit

Εικὼν CORIANDRI.

Radice breuiuscula herba est, admodũ fibrata, caulibus, ramisq; multis, nudo semine, ac firmo & diutino. Sub canis ortum salescit.

De satu Coriandri COLVMELLA lib. 12. capite. tertio.

Sinape, & Coriandrum, nec minus Eruca & Ozymũ ita uti sata sunt, sua sede im̃ota permanent: neq; est eorum cultus alius, q̃ ut stercorata runcentur. Possunt autem, non solum Autumno, sed & Vere conseri.

Eadem fere PALLADIVS Martio mense.

Ab hoc mense, usq; in Octobrem totum Coriandrum seritur. Amat terrã pinguem. Sed & macro solo nascitur. Semen melius putatur, quod uetustius fuerit. Delectatur humore. Satum bene, cum olere quocumq; nascitur.

De Coriandri TEMPERAMENTO.

Vim refrigeratoriam habet: ut inquit Dioscorides. Galeno & alijs apparet ex contrarijs uirtutibus constare.

D VIRES et iuuamenta eius ex Dioscoride.

Illitum cum pane, aut polenta, ignibus sacris, & ulceribus quę serpunt medetur.

Epinyctidas cum melle, uel uua passa, testium inflammationes, carbunculosq; sanat.

Cum faba fresa, strumas & tubercula discutit.

Tineas interaneorum expellit, semen cum passo potum.

Genituram adauget.

Largius tamen sumptum, mentem non sine periculo mouet. Quare continuo & copiosiore usu abstinendum.

Succus cum cerusa, spumaue argenti, necnon aceto & rosaceo illitus, ardentes summæ cutis inflammationes emendat.

Ex PLINIO lib. 20. cap. 20.

Valet contra serpentium genus unum, quod amphisbænas uocãt, potum, impositumq;.

Sanat & alia uulnera, epinyctidasq;, & pustulas, tritum.

Sic & omnes tumores, collectionesq; cum melle, aut uua passa. Panos uero ex aceto tritum.

Semen ex aqua potum, solutionem uentris stringit.

Seminis grana tria in tertianis deuorari, iubẽt aliqui ante accessionem, uel plura illini fronti.

Sunt qui & ante solis ortum ceruicalibus subijci efficaciter putent.

Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi.

A

Vlcera quoq; quæ ſerpunt, ſanat cum melle, uel uua paſſa.

Item teſtes, ambuſta, carbunculos, aures, cum lacte mulieris, epipho-
ras oculorum, uentris & inteſtinorum fluxiones.

Semen ex aqua potum bibitur in choleris cum Ruta.

Pellit animalia interaneorum, cum mali punici ſucco, et oleo ſemẽ potũ.

Xenocrates tradit rẽ mirã, ſi uera eſt, menſtrua contineri uno die, ſi u-
num granum biberint fœminæ: biduo, ſi duo: & totidem diebus, quot
grana ſumpſerint. M. Varro. Coriando ſubtrito cum aceto, carnem
incorruptam æſtate ſeruari putat.

Ex MACRO.

Depellere uentre
Lumbricos, tineaſq; ſolet, ſi trita bibatur
Cum uino: uel ſi mixta ſumatur aceto.

Ex IOANNE VIGONIO.

Coriandrum quidam dicunt eſſe frigidum & ſiccum: quidam uero calidum. Ab effectu enĩ
cognoſcitur calidum eſſe: quia uẽtoſitatem & ſtrophulas reſoluit. Ex alio enim latere oſten-
dunt eſſe frigidum & ſiccum. Quia ſumptum poſt cibum, cibi uapores compeſcit, & uapores
ad caput aſcendentes, prohibet. Ideo decoctio eius, cum farina fabarũ, & oleo roſaceo, & myr
tino, ad ignem de omnibus faciendo emplaſtrum ſolidum, apoſtemata teſticulorum calida po
tentiſſime reſoluit, dolorem mitigando.

Et ſuccus eius, cum ſucco Lactucæ & Plantaginis, & albumine oui, & oleo roſato ompha-
cino, omnibus ſimul conquaſſatis, apoſtematibus calidis & hereſypelatis, uehement opitulatur.

Ex APVLEIO capite. 102

B

Mulier ut cito pariat, Coriãdri ſeminis grana. 11. aut. 13. in linteolo mun
do de tela alligato, puer, aut puella uirgo, ad femur ſiniſtrũ, prope inguen
teneat: et mox ut peractus fuerit partus, pueri remedium cito ſoluatur, ne
inteſtina ſequantur.

De NOCVMENTIS Coriandri ex Dioſco-ride libro ſexto.

Non poteſt ob odorem latere Coriandrum. Vocem hauſtum exaſpe
rat, & ebrietati ſimilem cum turpi loquacitate furorem facit. Toto corpo
re eius qui id hauſit, Coriandri etiam odor ſentitur.

De eius CORRECTIONE.

Remedio eſt, cum Irino oleo, quo in alijs premõſtratum eſt modo, id
eduxeris, cum abſinthio meracum uinum: nec itidem per ſe potum utile
eſt. Bibuntur contra Coriandrum utiliter etiam ouorum putamina inſe-
ipſa confracta, tritaq;, & cum muria diluta. Quinetiam Muria ipſa per ſe
bibitur, ſalſumq; gallinaceorum, anſeriſue eſculentum ius, & cum lupina
paſſum.

AVTORES.

Dioſcorides lib. 3. cap. 62. Palladius. Plinius lib. 20. cap. 20.
Apuleius cap. 102. Macer. Ioan. Vigonius.
Columella lib. 12. cap. 3.

C

BASILICVM.



D

Basilien kraut.

De OZYMO Rhapsodia XXXV.

¶ Nomenclaturæ.

Græcæ, ὤκυμον.

Latinæ, Ocymum. Basilicum.

Germanicæ, Basilien kraut.

PLACITA AVTORVM de Basilico.

De ratione nominis Ozymi Baptista Pius, commentarijs super horto Columellæ.

NON OCYMA legendum est, sed Ozyma, pro herba odora=ta & condimentis idonea, quæ deriuatur ab ὄζειν, quod est, redolere. In hortis satorum celerrime nascitur Ozymum: nihil illo fœcundius. Cum maledictis ac probris serendum pręcipiunt, lætius proueniet. Hæc Pli=

nius libro uicesimoprimo. Columella item libro duodecimo. Circa Idus Maias Ozyma seruntur: quorum cum semen obrutum est, diligenter inculcatur pauicula, uel cylindro. Nam si terram suspensam relinquas, plærumq; corrumpitur. De hoc quoq; Persius,

Cum bene discincto cantauerit Ozyma uetnæ.

Nunc error eorum corrigendus, qui idem putant Ozymũ esse, quod Ocymum. Nec refert Plinium dicere, Ozyma celeriter prouenire. Non enim omnia quę prospera eueniunt, Ocyma dici debent. Nos Ozymum lingua uernacula dicimus Basilicum: Ocymum uero inter pabularia numeratur: tantum ab Ozymo distans, quantum ab Eridano Hypanis. De Ozymo Plinius meminit lib. 21. inter hortensia: de Ocymo uero libro decimooctauo.

Ozymum. Ocymum.

Controuersia de OCIMO ex PLINII lib. 20. cap. 12

Ocymum Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, urinæ, oculorum quoque claritati: præterea insaniam facere, & lethargos, & iocinoris uitia: ideoque capras id aspernati. Hominibus quoque fugiendum censet. Adijciunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere. Commanducatum, & in sole positum, uermes afferre. Alij uero, si eodem feriatur quispiam scorpione, qui ederit Ocymum, sanari non posse. Quinimo tradunt aliqui, manipulo Ocymi cum cancris decem marinis, uel fluuialibus trito, conuenire ad eum scorpiones a proximo omnes. Diodorus in empiricis etiam pediculos facere Ocymi cibum.

Secuta ætas alacriter defendit. Nam id esse capras, nec minus quam Mentham & Rutam, scorpionum terrestrium ictibus, marinorumq; uenenis mederi, cum uino, addito aceto exiguo. Vsu quoque compertum, deficientibus ex aceto odoratum salutarem esse. Item lethargicis, & inflammatis, & refrigerationi. Illitum capitis doloribus, cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto. Item oculorum epiphoris impositum ex uino. Stomacho quoq; esse utile. Inflationes, & ructum ex aceto dissoluere sumptum. Aluum sistere impositum, urinam ciere, sic & morbo regio, & hydropicis prodesse. Choleras eo & destillationes stomachi inhiberi, Ergo etiam Cœliacis Philistio dedit: & coctum dysentericis, & Colicis Plistonicus. Aliqui & tenasmo, & sanguinem exscreantibus in uino. Extinguit quoq; lactis prouentum. Auribus utilissimum infantium, præcipue cum adipe anserino. Semen tritum & haustum naribus, sternutamenta mouet, & destillationes capiti quoque illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto. Verrucas mixto sutorio atramento, tollit. Venerem stimulat: ideoque & equis, asinisq; admissuræ tempore ingeritur.

B

DE ALIO OCYMO, QVOD est pabuli genus, idem PLINIVS lib. 18. cap. 16.

Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocymum uocat, quo sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis, segete uiridi desecta, antequam gelaret. Sura Manilius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, uiciæ duos, tantundem & eruiliæ in iugero autumno misceri, & seri solitos. Melius & auena græca, cui non cadit semen admixta. Hoc uocitatum Ocymum, boumq; caussa seri solitum, Varro appellatum a celeritate proueniendi, a græco quod est ὠκέως dicunt.

IDEM DE OCYMO libro nono, capite septimo.

Nihil Ocymo fęcundius. Cum maledictis ac probris serendum præ-

C cipiunt, lætius proueniet.

De eius satu, COLVMELLA in horto suo.

Tum quoq; procisso, riguoq; inspersa nouali,
Ozyma comprimito, & grauibus densato cylindris,
Exurat sata ne resoluti pulueris æstu,
Paruulus aut pulex irrepens dente lacessat,
Neu formica rapax, populari semina posit.

De Ocymo scitu quædam dignisima, ex HERMOLAI BARBARI Corollario.

Ocimum prorumpit e terra celerrime, floret particulatim, contra q̃ olus: cæterum, primo parte inferiore, demum superiore: quo fit ut diutius quoque floreat. Quemadmodum Faba, & Heliotropium. Radix una descendit in altitudinem crassa, & admodum lignosa. Cæteræ a lateribus exiles ac prolixæ. Semini cortex obducitur. Vini Ocimo aqua datur meridie: cum cætera matutinis rigentur. Feruenti quoque aqua sparsum, maturius prouenire dicitur. Sub canem exalbescit. Differre uidetur Ocymum ab Ocimo, q; Ocymum pabuli & farraginis quoddam genus est uocatum: ab ocys uerbo, quod ualet cito, ut Varroni placet: siue ab eo quod citat aluum bubus, & ideo ijs datur, ut purgentur. Pabularium & Catoni erat Ocymum, sed sistebat eo bubus aluum. Id erat e segete uiridi desecta antequã gelaret. Quanq̃ manibus carpendum, non falcula secandum, ut renascatur Ocymum, Cato præcipit. Sura Manilius, aliter interpretatur, & tradit Fabæ modios decem, uiciæ duos, tantundem & Eruiliæ in iugerum, melius & auena Græca, cui non cadit semen, addita misceri, & autumno Boum caussa seri solitos: hoc apud antiquos Ocymum uocatum. De Ocimo sunt qui scribant capras id aspernari, & insaniam facere. Tritum si operiatur lapide, Scorpionem gigni. Manipulo eius cum cancris decem marinis, uel fluuiatilibus trito, conuenire ad eum Scorpiones a proximo omnes. In cibo pediculos facere. Capras id esitare, alij uolunt. Habetur & syluestre Ocimum, quod aliud est q̃ Acinos. Quanq; Acinos, quemadmodum & Ocimoides a Romanis Ocimastrum uocari Dioscorides existimat. Illud monendi sumus, de syluestri Ocimo nihil scripsisse Dioscoridem, de Ocimoide nihil Plinium. Martialis de Ocimo scripsisse rem miram dicitur: q; modo purpureos, modo albos, modo roseos flores pariat: & si ex eo semine frequenter satum sit, nunc in Serpyllum, nunc in Sisymbrium abire solitum. Recentiores Græci, qui de Rustica re scripserunt, Basilicon, & Misodulon appellant Ocimum: tantamq; cum eo fœminæ discordiam inesse prædicant, ut si pultario subiectum sit, nec mulier id sciat, futurum, ut nunq̃ cibo manus admoliatur, priusq̃ subductum fuerit; ut fortasse huc alluserit Persius poëta illo uersu,

Ocymum. D Ocimum syluestre.

Dum ne deterius sapiat Panutia baucis,
Cum bene discincto cantauerit Ocima uernæ.

Excantare.

Pro, excantauerit, hoc est, cantando excluserit. Nam & Varro, Plautusq;, ut ait Nonius, Excantare usurpant pro excludere. Meretriculam quandam Corinthi Ocimum uocatam legimus in comœdijs: sicut aliam Abrotonum: quo & Themistoclis mater fuit nomine. Quanq̃ sunt qui Euterpem uocatam scribant, & aliam Thryallidem, & aliam Sisymbrium: & aliam Meconidem, & aliam Herpyllidem, & aliam Myrrinem.

Ocymi explicatio per MARCELLVM Vergilium.

Est Ocimo quemadmodum & plærisque alijs, in ruris & hortorum disciplina, eadem quæ uirtutis humanæ fortuna & ratio. Maleficio enim & iniurijs meliorescit. Vtque illa infortunio aliquo obruta, aut a Principibus neglecta, maleue habita, nihil ex suo censu amittit, sed quod in ferro, metallisque alijs fit, longo attritu subinde magis nitet, & speciosior plærunque emergit: Sic etiam non disimili ratione Asparagus lætior in census prouenit. Gaudet calcari, & atteri pede crocus, pereundoque lætior prouenit. Crispum nunquam in hortis fiet Apium, nisi cum est natum incrementum eius, superuoluto cylindro coërceat olitor. Rutam dum conseritur, maledictis prosequuntur qui adsunt: nec aliter maiore bonitate nasci id olus antiquitas credidit. Ex hoc genere Ocimum est: gaudetque & ipsum cum obrutum terra semen est, pauicula, uel cylindro diligenter inculcari. Nam si terram suspensam reliquerit olitor, facillime totum corrumpitur & perit. Quodq; uix credat aliquis, feruenti aqua consper-sum, celerius etiam prouenit.

A

Pronunciata Barbarorum de Ozymo.

Iudicium SIMONIS GENVENSIS.

Ozymum, id est, Basilicum, multas habet species. Nam est commune, quod ubiq; inuenit, latis folijs. Et est Garyophyllatũ, strictioribus folijs, & minoribus Garyophyllis, redolens, & citratũ, omnibus folijs latioribus, odorem habens citri: quod Arabice Turungen uocatur. Quidam Fluuiale uocant.

PANDECTARII.

Ozymum quoddam est Garyophyllatũ, quoddam cõmune, & quoddam latum. Plus alijs, quod Citrariũ uocatur. Ozymum Garyophyllatũ, est illud quod ab autoribus laudatur: Citrarium, & commune uituperatur. Garyophyllatum competit medicinæ, et herba, et semen: cum aũt simpliciter ponitur in medicina, semen debet intelligi, & potissimum in electuarijs: sed in unguentis & emplastris herba intelligitur.

Kruß Basilien Groß Basilien.

HISTORIA OZYMI EX Serapione cap. 156.

Ozymũ Garyophyllatum secundũ Isaac Ebenamram, folia habet parua, quorum color est inter uirorem & glaucedinem: & odor huius herbę est similis odori Garyophyllorũ: et stipes eius est quadrangulus, cuius color est, sicut color foliorum ipsius: et semen eius est minimum, nigrum, & colligitur in mense Iunio.

Kruß Basilien

B

Cap. 157.

Ozymũ non Garyophyllatum, est arbustum paruũ, & habet folia coloris nigri, similia folijs Herendarog, maiora & latiora.

Domesticum Ozymum, habet lata folia, ramulos uirides, quadrangulos: & color floris eius est albus: & semen eius est, sicut semen Ozymi, et est calidum et siccum in secundo. Aperit opilationes cerebri, et confortat in catarro.

De eius TEMPERAMENTO.

Teste Hippocrate lib. de ratione uictus, & lib. 1. de passionibus, quæ accidunt homini extra corpus, siccat, calefacit, & sistit: censetur inter ea quę confortant cor.

TEMPERAMENTVM, & complexio eius ex AVICENNA lib. de uiribus cordis.

Basilicon est calidum & siccũ in primo. Habet autẽ aromaticitatem & stipticitatẽ, cum subtilitate. Præter hæc etiã est in ipso superflua humiditas. Lætificat aũt cum proprietate: quam adiuuat aromaticitas, stipticitati & subtiliationi associata. Finaliter tamẽ usus eius, non est in lætificatione laudabilis. Quoniã substantia nutritiua, quæ est in ipso, contrariat ipsius medicinali substantiæ. Etenim substantia medicinalis efficit quæ dicta sunt: nutrimentalis uero sanguinẽ turbidum atq; melancholicum generat: et illa superfluitas insuper quæ est in ipso, caussat inflationẽ in uenis.

Vires eius, et iuuamenta ex DIOSCORIDE.

In copiosiore cibo oculorum aciem hebetat.

C Aluum mollit.
Spiritum mouet.
Vrinam pellit.
Lac euocat.
Aegre tamen conficitur.
Illitum cum polline polentæ, aceto & rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est.
Draconis marini, & scorpionis ictibus per se prodest, & cum uino Chio oculorum doloribus.
Succus uisus caliginem abstergit.
Destillationes exiccat.
Semen potum conuenit insanientibus, difficili urinæ, inflatisq́.
Naribus haustum, subinde mouet sternutamenta.
Quod idem herba efficit.
Sed oculos præmi necessum est: cum sternutamentum urget.
Sunt qui in cibis abdicandum censeant. Quandoquidem manducatum, & in sole positum, uermiculos gignat.
Aphri autem adijciunt, si feriantur a scorpione, qui Ozymon ederit, nullo conflictari dolore.

EX SERAPIONE.

Dixit Isaac. Confert stomacho frigido, & facit digeri cibum grossum, Et confert hepati & cordi.
D Dixit Alenmesuai. Aperit opilationes cerebri, & cõfert cardiacæ quæ est a phlegmate & melancholia.
Dixit Sindaxar. Auget choleras: & confert hæmorroidibus.
Dixit Alcalamen. Et magis temperatum q̃ Maiorona, nec est in eo de siccitate tantum.

EX PLATEARIO.

Contra fluxum uentris ex frigiditate factum ualet, cum modico puluere Acaciæ, & decoctum in aqua pluuiali, & potum.
Matricem mundificat, & menstrua prouocat decoctio ipsius herbę in aqua, & si fiat ex ea fomentum circa pudenda.
Idem facit cocta in uino & oleo.
Cataplasmata, ualet contra tenasmonem.


Eadem fere Constantinus.

AVTORES, ET DESCRIPTORES.

Dioscorides, libro secundo.
Plinius, lib. 20. cap. 12. lib. 18. cap. 16.
Columella in horto suo.
Simon Ianuensis.
Baptista Pius.
Hermolaus Barbarus.
Marcellus Vergilius.
Platearius.
Scriptor Pandectarum.
Serapion.
Auicenna de uiribus cordis.
Platina lib. de honesta uoluptate.

Lilium Conuallis, uel syluestre Lilium.

A



B

Meyenblůmlin.

DE LILIO CONVALLIS, VEL LILIO SYLVESTRI. Rhapsodia XXXVI.

❡NOMENCLATVRA,

Latina, Lilium Conuallium.

Germanica, Meyblůmen.

LILII Conuallij nomẽ apud Barbaros tantummodo lego, apud Dioscoridem nusquã, quod equidem obseruarim. Quamobrem tantisper hic uulgata Herbaria morati sumus, donec uel ex lectione nostra, uel ab doctis herbarijs, fide aliquid dignius ac certius perdiscere-mus. Maluimus enim ingenue fateri, quod ignoramus, quam temerario ausu, nouare quicquam, uel priuato nomine inscribere, cuius non ante, aut certas rationes, aut probabiles saltem coniectaras haberemus. Vt dicam tamen quod sentio, mihi unius generis multæ species esse apparent, Narcissus, Flores Martij, alba illa Ligustra referentes, & Lilium Conuallis, omnes liliacei generis: quasdam syluestres, quasdã quoq; domesticas, quasdam odoratas, alias odoris expertes. Licet id conijcere, partim ex

C Theophrasti Liliorum partitione, parum ex Marcelli Vergilij annotationibus, & barbarorum commentarijs. Medicos quos super hac re consuluimus, magis mutos reperimus quàm pisces. Mirum, tanta sibi polliceri
„ purpuram, experimentaque per mortes agere, & tamen hæc minima, ac
„ uulgatissima naturæ ignorare.

De TEMPERAMENTO LILII Conuallis.

Omnes frigidæ ac humidæ complexionis affirmant, refrigerareque, & confortare, ut Violas, Lilia, & Rosas.

VIRES EIVS ET IVVAMENTA.

Corroborat cor, cerebrum, hepar, cæteraque spiritalia membra, ut uocant. Vnde exhibetur cardiacis, uertigine correptis, epilepticis, apopleticis, phreneticis, & crebro in sincopim procliuibus.

Item his qui patiuntur tremorem cordis, & punctiones præcordiorum, quibus membra quoque tremunt.

Compertum est etiam, incipienti lepræ meatus occludere, ne latius serpat malum, & altius radices mittat.

Scabiem & impetiginem reprimit, illitum: idque si uicibus aliquot facias cum illius aqua.

D Eadem uenenosorum animalium, & aculeatorum ictus retundit, ne extuberent: ueluti sunt uesparum, araneorum, apum, & id genus cæterorum, si subinde illinatur.

Partus accelerat, & menstrua: sed remissius, adeoque sine negocio.

Ocularij etiam medici ad oculorum inflammationes, & caligines eo utuntur.

VINVM LILII CONVALLIS sic parato.


Recipe uini ueteris optimi, atque plenissimi mensuram unam, florum Lilij Conuallis lib. unam, quos cum indideris uitreo uasi, in sole excoquito diebus. 20. Vbi insolaueris, per alembicum extrahito, semel & iterum. Extracto liquore, adde aquæ Lauendulæ modicum, piperis triti identidem. Nihil hoc uino preciosius.

„ Cerebrum confortat, apoplexiam prohibet, colicum dolorem sedat,
„ & uires cordis mirum in modum coadiuuat.



Brunwurtz.


t



Foꝛwein. Foꝛzwangk.

A

FICARIA.



Fygwartzkraut.

DE SCROPHVLARIA, Rhapsodia XXXVII.

B

NOMENCLATVRAE Maioris,

Latinæ, Scrophularia maior. Castrangula. Vrtica mortua.
Germanicæ, Sauwurtz. Fickwartzen kraut.

MINORIS.

Latinæ, Ficaria. Millemorbia.
Germanicæ, Pfaffen hödlin. Fyckwurtz.

MEDIAE.

Latinæ, Scrophularia media.
Germanicæ, Knabenkraut. S. Johanns kraut. Wundtkraut. Fotzzwangk. Gauchgeyl. Fotzwein.

IVDICIVM OTHONIS de Scrophularia.

SCROPHVLAREM hærbam, quæ sit apud Dioscoridem, ut pronunciare temere nõ ausim, ita radix palam indicat, inter testiculares, & glandulosas censendam. Nullla tamen testicularium apud Dioscoridem descriptio adhuc mihi satis fecit. Quare Barbaros tantisper morati sumus, donec certiores de nomine eius proprio fieremus, uel alius quispiam certioribus indicijs apud eundem nobis depinxerit. Animaduerto autem trium generum haberi. f. Maiorem, Minorem, & Mediam. De Maiore Simon Ianuensis sic. Scrophularia herba quædam dicitur, uel

Simon Ianuensis.

C ideo, quia circa radicem quasdam tuberositates, uelut strophulas habe-at: uel quia ualet ad strophulas delendas. Habet folia similia Vrticæ, sed maiora, & subnigra. Similiter & tota planta, stipitem unum rectum, duobus cubitis longum, in cacumine grana subnigra. Hæc Millemorbia, a quibusdam Castrangula uocatur. Vocatur & Ficaria, & ut quidam uolunt, Vrtica mortua: eo, quod folia Vrticæ similia habet, non tamen urentia.

Millemorbia. Castrangula. Ficaria. Vrtica mortua.

PANDECTARIVS de Minori Scrophularia.

Testiculus sacerdotis, uel Zemac, hęrba est super terram expansa. Cuius folia sunt pinguia, et rotunda. Flos eius croceus. Radix testiculis paruis plena, & albis. A Maio mense disperit, nec amplius cernitur.

De hac uide infra in Chelidonio minore, cui congener uidetur.

De Media Scrophularia HIERONYMVS herbarius.

Scrophularia media, crescit folijs pinguibus, rotundis, colore glaucis, succulentis, coliculo palmi unius & semis, radice tortuosa, & nodosa, Germanis uulgo uocatur Knabenkraut / oder Wundtkraut / Gauchheyl. quanquam est & alia herba eius nominis, oder S. Johanskraut: quoniam desinit, et apparet a festo D. Ioannis, abditq; rursum in terram se. Id ita habere, empirico illi lubens crediderim. Tametsi me non fallat, alios inter Cõsolidas hanc referre: & item alios inter Portulacas, ex quibus est Theobaldus noster Fettichius.

The. Fettichius.

TEMPERAMENTVM.

D Vires habet resoluendi.

Minor calida est, & sicca, ut inquit Vigonius.

IVVAMENTA.

Hæmorroides exterunt, & maior, & minuscula, tam illitæ, q̃ potæ.

Maiore etiam, rubedo faciei depellitur ea, quę lepræ quendam aspectũ habet.

Puluis radicis Maioris, melli intritus, uel pollini farinę triticeę mixtus, cum optimo uino ueteri, simulatq; glutitus, si mox in lecto decũbas, primũ sudores eliciet, inde strophulas, quæ in collo apparent, uel in interioribus partibus ani.

REMEDIA Mediæ Scrophulariæ.

Media uulneraria hærba est: nam uulnera recentia præsentissime glutinat & consolidat.

Proinde sanguinem sistit illius succus.

Et coniecta in ollam, in qua carnes deferuent & frixantur, facit concrescere carnium frusta concisa.

Certe empirici ad muliebria pudenda constringenda, quo uirginitatem restaurent corruptis, ea utuntur.

A



B

Kuchenschell. Backerkraut.

OTHO BRVNNFELSIVS.

CONSTITVERAMVS ab ipso statim operis nostri initio, quicquid esset huiuscemodi herbarum incognitarum, et de quarum nomenclaturis dubitaremus, ad libri calcem appendere, & eas tantum sumere describendas, quæ fuissent plane uulgatissimæ, adeoq; & officinis in usu: uerum longe secus accidit, & rei ipsius periculum nos edocuit, interdum seruiendum esse scenæ καὶ καιρῷ λατρεύειν, quod dicitur. Nam cum formarum deliniatores & sculptores, uehementer nos remorarentur, ne interim ociose agerent & prela, cöacti sumus, quamlibet proxime obuiam arripere. Statuimus igitur nudas herbas, quarum tantum nomina germanica nobis cognita sunt, preterea nihil. Nam latina neq; ab medicis, neq; ab herbarijs rimari ualuimus (tantum abest, ut ex Dioscoride, uel aliquo ueterum hanc quiuerimus demonstrare) magis adeo ut locum supplerent, & occasionem preberent doctioribus de ijs deliberandi, q̃

C ut catalogum nostrum explerent, quem oportebat esse notissimum.

De prima hac ab empiricis id compertum habemus, quod uulnera=ria sit herba.

Secantur folia eius non sine acore quodam, ita ut oculos quemadmo=dum allium, aut cepe feriant. Illacꝫ per alembicum destillata, aquam uulneribus mundificandis, curandisꝗꝫ utilissimã prẹstant, quæ & putridam carnem erodant.

Gauchblům.



D

Incognita ueteribus hæc herba, tametsi passim in Germania nascens.

Pedicularem sunt qui uelint, quod pedibus inimica, illos pellat, dum eius lixiuio caput lauatur.

A

Rhapſodia XXXVIII.



Capillus Veneris

Maurut.

DE CAPILLO VENERIS

NOMENCLATVRA,

Græca. ἀδίαντον. πολύτριχον. τρυχομανές.
Latina, Capillus Veneris. Coriandrum putei. Capillus porcinus.
Germanica, Mauruten. Steynruten.

VETERVM AVTORVM
placita, de Capillo Veneris.

ADSERTIO CAPILLORVM
Veneris, ex Dioſcoride lib. 4.

B

ADIANTON puſilla gerit folia, ſimilia Coriandri, ſerrata. Cauliculi quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: folijs Filicis, admodum exilibus, radice ſuperuacua. Neq; caulem, neq; fructum, neq; florem profert.

THEOPHRASTI hiſtoria de Adianto lib. 7. cap. 13.

Adianti, id eſt, Capilli Veneris, folium in aqua nunquã madeſcit, nec quicquã adhæſiſſe humoris conſtat: unde & nomen herba accæpit. Genera eius duo, Candidum, atque Nigrum. Ambo ad defluuium capillorum utilia, oleo trita. Naſcuntur maxime locis humidis.

PLINIANA ADIANTI
adſertio lib. 22. cap. 21.

Aliud Adianto miraculum. Aeſtate uiret, bruma non marceſcit. Aquas reſpuit perfuſum, merſumq; ſicco ſimile eſt, tanta diſſociatio deprehenditur: unde & nomen a Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Gallitrichon uocant, alij Polytrichon: utrũq; eſt ab effectu. Tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in uino, cum ſemine apij, adiecto oleo copioſe, ut criſpum denſumq; faciat. Defluere autem prohibet. Duo genera eius, candidius, & nigrum breuiuſq;. Id quod maius eſt Polytrichon, aliud Trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro colore nitent, folijs Fili-

C cis, ex quibus inferiora aſpera & fuſca ſunt, omnia autem contrarijs pe-
diculis denſa inter ſe ex aduerſo: radix nulla, umbroſas petras, parietūq;
aſpergines, ac fontium maxime ſpecus ſequitur, & ſaxa manantia: quod
miremur, cum aquas non ſentiat. Calculos e corpore mire pellit, fran-
gitq; utiq; nigrum. Qua de cauſſa, potius quā quod in ſaxis naſceretur,
& a noſtris Saxifragum appellatum crediderim.

MARCELLI VERGILII AN- notatio in Adianto, et de ratione no- minis quædam.

Coronat interiores puteorum parietes, & fontiū margines Adiantum: & quaſi ſitiens, quas
tamen odit & reſpuit, pronus quærit aquas. Non aliter q̄ qui opes ſedulus continue quærit, &
inuentis miſer abſtinet. Miraculū in eo Plinius id iactat: quaſi non multa alia paſsim uideantur,
quæ naturali corporū diſſociatione, miſceri ſimul quacūq; etiam illata ui nequeunt. Ex eo no-
minis illi cauſſa eſt, quā duobus uerſiculis in Theriacis ſuis Nicander tradidit. Ea eſt huiuſce-
modi. ἀχραὲσ ἐπ' ἀδίαντον ὃν οὐκ ὄμβροιο ῥανέντος, λεπταλέν πίπτουσα νοτὶσ πετάλοισιν ἐπίζει. Quod eſt,
Purumq; Adiantum, in quo nec deſcendente imbre, minimū e cœlo cadens ſtillicidium folijs
inſidet. Docuit idem Theophraſtus. 8. de Plantarum hiſtoria. τό τε ἐπὶ τοῦ ἀδιαντοῦ συμβαῖνον.
οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βρεχόμενον, οὐδ' ἐπίδηλον ἐςὶ, διὰ τὸ πῶ ὅτιαν μὴ ἐπιμένειν ὅθεν καὶ ἡ προ-
σηγορία. Quorum ſenſus eſt. Et quod in Adianto accidit. Neq; enim madet foliū eius aqua con-
ſperſum, neq; humoris aliquod in eo ueſtigium remanet. Vnde & nomen illi factum eſt. Plini-
us etiam. 22. uolumine, cap. 21. Aliud Adianto miraculum. Aeſtate uiret, Bruma non marceſcit,
Aquas reſpuit perfuſum: merſumq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſociatio deprehendit: unde & no-
men a Græcis. Omnium græcorum, latinorumq; eadem in nominis origine ratio & ſententia
eſt. Vox ipſa etiam indicat. Neq; enim Adiantum aliud eſt, q̄ quod οὐ διαίνεται, id eſt, non ma-
deſcit. Teſtatus idem Plinius eſt Polytrichon, & Callitrichon Adiantum dici: ſed diuerſa ratio-
ne. Polytrichon quidem, quia capilli defluuia explet: Callitrichon autē, quia eos tingit, & ſpe-
cioſiores reddit: utrunq; enim effectum habet. Theophraſtus nihil ultra, q̄ χρήσιμα εἶναι ἀμφότε-
ρα πρὸσ ἔκφυσιν κεφαλῆσ τριχῶν ἐν ἐλαίω τριβόμενα. Quod eſt. Vtilia ambo genera eius eſſe ad explen
dum capillo caput ex oleo inuncta. Sequitur appellationes has Trichomanes, quæ ſecundo ge
neri, de quo mox agendū erit, priuatim competit. Succedit illi etiam quæ in cunctis græcis pa-
riter legitur, Ebenotrichon: ex qua nos credimus in latinis factum nomē, quod in cōmuni uſu
eſt Capillus Veneris. Id in antiquioribus inuentū hactenus a me non eſt. Dico autem antiqui-
ores, Theophraſtum, hunc ipſum, Plinium, & his æquales alios. Ideoq; oborta ſuſpicio eſt, ex
corrupta uoce illa Ebenotrichon, Veneris Capillum factam fuiſſe. Be enim ſyllabam, græci, ue
pronunciant. Faciliſq; potuit lapſus eſſe ab audito Euenotricho, in Veneris trichas, id eſt, ca-
pillum. Suſpicionem tamen hanc, non decretum uolumus eſſe. Alioquin ex Ebeno, quæ ni-
gro colore eſt, factum id nomē fuit: & ad Adianti Trichomaniſq; nigros coliculos tranſlatum.
Neq; enim aliud Ebenotrichon q̄ Ebeni capillum, id eſt, nigrum, & quali colore Ebenus eſt, ſi-
gnificat. Cæteræ Adianti appellationes quæ in Dioſcori. legūtur, ſatis certā habent cauſſam &
originem: ideoq; a nobis relinquuntur. Sed non relinquenda quæ Theophraſtus eodem libro
retulit. γένη δ' αὐτοῦ δύο, τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ μέλαν. χρησίμα δ' ἀμφότερα πρὸσ ἔκφυσιν κεφαλῆσ τρίχων ἐν
ἐλαίω τριβόμενα. φύεσθαι δὲ μάλισα πρὸσ τὰ ὕδρηλὰ, ὡσ δὲ οἴονταί τινεσ, καὶ πρὸσ σραγγουρίαν τὸ τριχομανὲσ
ποιεῖν, ἔχειν δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ, τῷ μέλανι. φύλλα δὲ μικρὰσ, σφόδρα καὶ πυκνὰ καὶ πεφυκό-
τα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων. ῥίζα δὲ οὐχ ὑπεσι. χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. Quorum ſumma hæc eſt. Genera
autem eius duo. Alterum quidem candidum, alterū nigrum. Vtrunq; tamen explendis in ca-
pite capillis utile: in quem uſum ex oleo confricatur. Naſcuntur aquoſis locis, & ut opinantur
multi, facit ad ueſicæ ſtillicidia quod Trichomanes uocatur: habetq; caulem nigro Adianto ſi-
milem: folia parua, denſaq;, contrarijs inter ſe pediculis pendentia. Radix illi nulla eſt: amatq;
umbroſa loca. Et hæc pro Adianto & Trichomane Theophraſtus: quæ a Plinio ijſdē fere uer-
bis reddita ſunt quo diximus loco, longe diuerſa ab his quæ Dioſco. tradit: qui Adiantū Co-
riandri folio deſcribit: neq; in eo candidum aliquod genus numerat, ſed nigris coliculis & hoc
& Trichomanes deſcribit. Sed nec Theophraſtus etiam in qua parte candidum id genus ſit, re-
tulit. Verumtamen ut obſeruaſſe licuit, & ex his quæ Theophraſtus indicat, totius generis no-
men Adiantum eſt. Idque ſtatim diuiditur in candidum, & nigrum. Vocaueruntq; candidum,
quod comparatum alteri albicantibus folijs ſit. Quod enim ad coliculos pertinet, totum ge-

Polytrichon.
Callitrichon.

D

Ebenotrichon.

nus nigros habet: in candido tamen augentibus se coliculis continue minus nigrescunt, desi- A
nuntque in summo colore uiridi. Sed certius discrimen in folijs est, quæ in nigro minora, pennata, & Filicis modo disposita sunt: in candido qualia in Coriandro, incertis interuallis prodeuntia, & in extremitatibus incisuris diuisa. Longius itidem candidum nigro est. Hancque rationem secutus Plinius ait. Duo genera eius, candidius, & nigrum breuiusque. Id quod breuius est, Polytrichon, aliqui Trichomanes uocant. Quæ tota est huius scriptoris historia: qui primo candidum hoc Adianti appellatione, mox nigrum Trichomanis indicat. Non est difficile utrunque inuenisse. Sed quoniam frequentius illud nascitur, habetque easdem huic uires, ideo notius & in frequentiore usu: idque tantum Veneris Capillum nunc uocant. Facillime in Dioscor. omnia intelliget, qui oculatus testis, fide sensus ad ea utetur. Neque enim dubitare poterit, qualia in Adianto Coriandri folia dicant: & quomodo ἐπ' ἄκρον ἐσχισμένα, quæ alij interpretes, serrata & cacuminibus diuisa dixerunt. Cum tamen impares foliorum incisuræ sint, & aliter sectæ quam in serra dentes: neque in cacuminibus tantum, sed undique per extremitates diuidantur. Credimusque nos, quod in Adianti folijs legit, Filici similia abundare, & ex altero genere ad historiā huius translatum esse. ideoque uitij nota eo loco adiecta est. Nihil enim Filicis folio Adiantū hoc simile habet: neque si tota folia, aut earū segmenta inuicem compares. Fuerat ob eam caussam animus, duas, tresue illas uoces tanquam inutiles relinquere: sed in cunctis græcis, latinisque inuentas seruauimus: præsertim dicente Plinio, Vtrique ramuli nigro colore nitent folijs Filicis. Verūtamen, ut paulo ante præmonstrauimus, non possunt simul Coriandro & Filici eiusdem plantæ folia cōparari. Suspicatique sumus, & adhuc suspicamur, non esse integrā primā huius capitis partē: perijsseque uoces aliquas, quę certiorē totius Adianti historiā facerent: & quæ nunc tam incerta leguntur, reliquias illius esse: quæ truncæ intellectum miscent, coguntque legentes, incertis animis inter Adiantum & Trichomanes esse. Sed qualē nos diximus paulo ante, ut credimus, utriusque historia est. Adianti appellatione in toto hoc genere antiqua medicina usa semper est: et quod generis ea uox est, et quod omnis Adianti eædem uires ad omnia sunt. Paulusque Aegineta cum de Adianto egisset, de Trichomane nihil tradidit, præfatus, in Adianto dictum de eo fuisse.

NEOTHERICORVM placita, de Capillis Veneris.

MESVE de Capillis Veneris. B

Capillus Veneris dicitur apud quosdam, Capillus fontium. Et dicitur, Capillus hominis nemoralis. Et ab alijs dicitur Coriandrum putei. Et est herba, cuius folia sunt similia folijs Coriandri, uiridia, & tenuia: cuius stipes est in longitudine circiter medium: & sunt sicut pili porcini: & sunt in colore intra rubedinem, & nigredinem, sed magis declinant ad nigredinem, & proprie iuxta radicem eorum: & quanto magis procedunt, ad nigredinem declinant: & sunt sine floribus: & eorum ortus est in fontibus & in puteis.

PANDECTARII.

Stephanus de Capillo Veneris. Ab antiquis uocabatur Adianthon, siue Polytrichon: ut patet per Dioscoridem, et per Alexandrum. Vnde omnia illa, scilicet Capillus Veneris, Adianthon, et Polytrichon accipiuntur pro eodem: quia omnia hæc nomina quæ in trichon desinunt, capillum sonāt: inde thris græce capillus, thricha capilli: unde Gallithricū, Polythrichon, & Adianthon, omnia illa ab effectu idem sunt.

Bellæ græcissatur.

SIMONIS GENVENSIS.

Moderni distinguunt diuersas herbas per hæc nomina. Aliam scilicet per Capillum Veneris, aliam per Adianthon, aliam per Adiantum, quamuis tres primæ species, proximæ uirtutis sunt.

IVDICIVM NOSTRVM.

Vides Lector, ueterum descriptionem non conuenire cum ea quam hodie monstrant offi-

C cinæ Veneris Capillum, proinde neothericos etiam pugnātia dicere: ut nihil minus etiam hodie cognoſcamus, q̃ uerum Adianthon. Vnde apparet potius Saxifragiæ ſpeciem eſſe Capillum Venereum hunc, quod & Plinius etiam innuit, quam nos hodie ex muris & parietinis iactamus, q̃ capillum Veneris: tamen quando alia ad manum non ſuppetebat, uulgatam adpinximus, donec aliam demonſtrauerimus.

ELECTIO ET PROBATIO melioris ex Meſue.

Meliores ſunt qui uiridia habent folia, qui uberiores ſunt ſecundum omnes partes plantæ ipſorum. Subtiles uero & generales, & declinantes ad citrinitatem, non habent ſpiritum.

TEMPERAMENTVM EIVS EX Auerroi, et Galeno.

Galenus. 6. ſimpli. cap. 7.

Cuſtaralber, id eſt, Capillus Veneris, dicit Galenus, quod temperatus eſt in ſuis uirtutibus primis: quamuis habeat multas operationes ſecundas, & tertias. Quarū quædam ſunt confortatiuæ, & repercuſsiuæ: quædam diſſolutiuæ: & quædam faciunt naſci capillos: & quædam diſſoluūt ſtrophulas: & quædam quæ frangunt lapides.

VIRES eius & iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Decoctum herbæ potum, prodeſt ſpirandi difficultati, ſuſpirioſis, lieni, & felle ſuffuſis, & urinæ difficili.

Calculos frangit.

Aluum ſiſtit.

D Serpentium morſibus auxilio eſt.

Contra ſtomachi fluxiones in uino bibitur.

Secundas ciet & menſtrua.

Sanguinis reiectiones inhibet.

Contra ſerpentium morſus crudum illinitur.

Alopecias denſat.

Strumas diſcutit, furfures in facie, & manantia capitis ulcera ex lixiuio emendat.

Defluentes capillos continet, cum ladano & myrtino, & ſuſino, aut hyſſopo, uinoq̨.

Decoctum eius cum lixiuio & uino infuſum, idem præſtat.

Coturnices, & Gallinaceos pugnaciores facit, in cibos eorū additum.

Seritur gratia utilitatis pecorum.

In ſpeluncis, umbroſis, & paluſtribus, circa parietum aſpergines, & fontium ſpecus enaſcitur.

EX MESVE.

Solutione educunt choleram & phlegma, & humores groſſos & inbibitos. Et mundificant pectus & pulmonem, & educunt materias contentas in eis, & mundificant ſanguinem, & pulmonem, & clarificant colorem, et faciunt acquirere bonitatē anhelitus, & mundificant ſtomachum & uentrem, & hepar, & conferunt dolori eorum. Et ſunt medicina bona opilationum hepatis, & ſplenis, & Ictericæ, & proprie ægritudinum

omnium opilationum: & proprie infusio eorum in aqua Apij, & Endiuiæ, aut in aqua Cicerum nigrorum, aut in aqua seminum quatuor, aut in aqua lactis proprie: & delent cum oleo chamomillino strophulas. A

Et ualet syrupus eorum pleurisi, & peripleumoniæ, & sunt prouocatiui urinæ.

Et usus decoctionis eorum frangit lapidem, & purgat matrices fœtarum, & hoc de posse eorum, & hoc quod pertinet ad eos de partibus calidis eorum. Sed ex parte caliditatis prohibent cursum materiarum, & abscindunt sanguinem, & confortant stomachum & uentrem. Et prohibent casum capillorum, & confortant radices eorum. Immo faciunt eos crescere, & multiplicari eos locis ubi oportet, & proprie cum oleo myrtino, aut oleo Laudani, & uino stiptico. Et puluis eorum etiam adustorum, facit similiter. Et abluitur etiam ex decoctione ipsorum cum uino caput, & abscindit furfures. Et simile fit ęx cinere ipsorum. Et cinis ipsorum sanat fistulas lachrymales.

Serapion ca. 3

DOSIS.

Potio decoctionis ipsorũ, quando quæritur per ipsos solutio per uentrem, est circiter libram unam.

EX IOANNE VIGONIO.

Capillus Veneris, est frigidæ & siccæ temperatæ naturæ. Habet uirtutem diureticam, ualetq; spleneticis & hepaticis. Et succus eius cum succo Abrotani, & Alteæ, & mucillagine Nasturtij, strophulas resoluit, & in Alopecia capillos resoluit.

RECTIFICATIO ex Mesue. B


Non est in eis malicia, debiliter tamen purgant: sed confortant operationẽ eorum uiolæ. s. casia fistula, & tereniabin: et infusio eorum in aqua casei uigorat eos in soluendo. Decoctionem autẽ modicam sustinet.

AVTORES.

Dioscorides, libro. 4.
Plinius, lib. 22. cap. 21.
Serapion. Mesue.
Simon Ianuensis.
Pandectarius.
Ioan. Vigonius.
Theophrastus, lib. 7. cap. 3.
M. Vergilius.
Herm. Barbarus. Aucrois quinto Colliget.

C

HYOSCYAMVS.



Bylsam kraut.

D

De Hyoscyamo, Rhapsodia XXXIX.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, ὑοσκύαμος. δίοσκυαμος. πυθώνιον. ὑπνοτικός.

Latinæ, Hyoscyamus. Herba Apollinaris. Faba suilla. *Alterc?*

Teutonicæ, Bylsam kraut.

HYOSCYAMON græci uidētur appellasse, hoc est, Fabam suillam, propterea, quod, ut Helianus ait, pastu eius herbę, resoluantur & conuellantur apri. Sed remedium nouere. Aquas enī statim adeunt, & cancros uenantur, atq; ita protinus saluti restituuntur. A

Εἰκὼν Hyoscyami secundum DIOSCORIDEM lib. Quarto.

Frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta. Flores e latere caulis ordine prodeunt, tanq; punicorum Cytini, scutulis septiseminum plenis, ut Papaueris. Tres eius differentiæ. Vna semine nigro, floribus pene purpureis, smilaceis, folijs cytinis prędurís, & spinosis. Alterius semen subflauum, ut Irionis. Flores lutei, folia & siliquæ simpliciores. Ambo insaniam gignunt, & saporem. Ideo in communi usu damnantur. Tertium genus, ut quod mitissimum esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle, candidi floris, seminisq;, in maritimis ruderibusq; nascens. In cuius deficientis uicem, ruffum usurpari oportet. Niger ut deterrimus, improbatur.

Hyoscyami differentiæ tres.

De COLLECTIONE eius & VSV.

Colligitur ex tenero semine, folijsq; et coliculis succus. In quem usum tunduntur omnia, expressusq; in sole siccatur succus. Verum non nisi anno uno duntaxat durat. facillime enim putrescit. Colligitur etiam priuatim succus, idq; ex semine tm̄ iam sicco, adfusu cū tunditur calida aqua: deinde contusis omnibus & expressis. Est aūt sic expressus succus priore illo innocentior, et ad arcēdos somno dolores pręsentior. Ipsa etiam tunduntur folia, inspersaq; ex trimestri tritico farina, in pastillos cōformantur, & conformata, seruantur. B

De eius TEMPERAMENTO.

Et flos, & semen albi, ex tertio sunt ordine refrigerantium, siccantium uero secundo.

VIRES ET IVVAMENTA

Succus ille utilis est, ad arcendos dolores.

Vtilis & contra acres, calidasq; in oculis destillationes, dolores auriū, & muliebrium locorum uitia.

Cum farina autem, polentaue, contra podagras.

Oculorum dolores, emplastri modo impositum lenit.

Facit ad eadem & semen.

Miscetur utiliter & alijs, quæ ad arcendos somno dolores conficiuntur, cataplasmatis.

Recentia autem folia emplastri modo imposita, omnium aliorum remediorum, efficacissime dolores omnes necant.

Radice eius utiliter in dolore dentes colluuntur, decocta, & tenta.

Aurium dolorem mirabiliter mitigat.

Omnes facile tumores pellit, & sedat, pedum, inguinum, testiculorū, pectinis, & femorum.

C

NOCUMENTA eiusdem ex Diosco=
ride libro Sexto.

Pota in cibo, potuue sumpta Apollinaris herba, ebrietati similem a=
mentiam facit.

Ferũt preterea, si quis ulcus in crassiore intestino, quod uocãt Colon, habuerit, eiq; per clysterem infuderit, eandem fieri insaniam.

REMEDIA.

Succurritur ex ea laborantibus aqua mulsa, & lacte, in primis uero asinino: sin minus, caprino, bubuloue. Prosunt & pinei nuclei, uel cucumerum semina cum passo sumpta.

Salsum preterea uinum, cum recenti suillo adipe datur, & passo.

Item Vrticæ semen, Cichorium, Sinapi, Nasturcium, Rhaphani, Cepę. Allia, singula cum uino sumpta.

Quies quoq; imperanda est ijs, ut potum uinum somno concoquant.

Ex PLATEARIO.

Obserua, cũ in receptione reperit̃ Hyoscyamus, ore recipienda, ponendum est semen: si exterius, herba. Maioris autem efficaciæ sunt semina.

Ad somnum prouocandum in acuta ægritudine, talis sit usus. Fiat fomentum ex aqua decoctionis illius herbæ, circa pedes & frontem, & tempora, & fiat ablutio prius. Postea fiat hoc emplastrum. Subtilis seminis eius cum albumine oui, & lacte muliebris, & cum modico confice aceto, & fronti & temporibus apponatur.

D

Ad lachrymas cõstringẽdas, facit idẽ emplastrum cũ modico olibani.

Contra calida apostemata, in principio fiat emplastrũ ex ipsa herba trita, & superposita, uel ex semine eiusdem, & oleo rosarum.

Contra dissuriam fiat emplastrum ex semine eius, & albumine oui, & modico aceto: super pectinem & renes ponatur.

Experimentũ

Ad dolorem ex calida materia subitum medicamen. Herba ipsa trita aliquantulum, & superposita, dolorem tollit.

Ad dolorem dentium super carbones ponitur, ut fumum recipiat patiens per os, idq; per cannam: inde aqua abluuntur dentes.

Seruatur semen ipsum ad decennium.

AVTORES.

Dioscorides libro quarto, & sexto.

PLATEARIVS.

A



B

Poley.

De PVLEGIO Rhapſodia XLI,

ℂ NOMENCLATVRAE

Græcæ, γλήχων. γαλίσοφις. βλήχρον.
Latinæ, Pulegium *regale*.
Germanicæ, Poleyen.

QVOTIDIANVS Pulegium olim ueteribus in ſanitatis uſu cibus: unde in ſale ſeruabatur, aliorum ſalgamorum modo, ut autor eſt ultimo operis ſui Columella. Nota paſſim herba.

Corollarium HERMOLAI BARBARI de Pulegio.

PVlegium, ipſo brumali die germinat in carnarijs, refloretq;, Ramulis etiam a parente abiunctis ut Scylla. Naſcitur hoc etiam non ſatum. Semel uero ſatum, diutina ætate durat. Magna cum Nepeta & Mentha Pulegio ſocietas. Fœmina in eo efficacior, florem habet purpureum, Mas candidum. Vtriuſq; recens incenſus pulices necat: unde nomen Pulegio. Habetur &

C Pulegium syluestre, Origano simile, folijs minoribus q̄ satiuum, & a quibusdam uocatur Di-ctamnus: occasione hinc orta, Dictamnū Creticam Pulegium syluestre nominantiū. Pulegium græci Glecona, & attice Blechon, sed & Blechron quoq; uocāt, ut inquit Dioscorides. Ego Ble-chron Hippocrati, pro legumine quodam accipi uideo apud Galenum. Pulegium (ut dixi) bru malis herba dici potest, quemadmodum & solstitiales aliquę dicuntur. Plinius, Condurdon in quit, solstitialis herba, flore rubro, suspēsa in collo cōprimit strumas. Plautus quoq; in Pseudulo,

Quasi solstitialis, inquit, herba paulisper fui,
Repente exortus sum, repentino occidi.

Temperamentum PVLEGII.

Calefacit, & attenuat, & decoquit uehementer. Quamobrem ex tho-race et pulmone, humida, crassa, glutinosaq; facile facit exspuere.

VIRES eius et iuuamenta ex DIOSCO-RIDE lib. tertio.

Menstrua, secundas, ac partus eijcit.
Pulmonis uitia ex melle et aloë potum extrahit.
Conuulsis auxiliatur.
Nauseas, stomachiq; intercisiones, ex posca permulcet.
Atram bilem per aluum exigit.
Bibitur in uino utilissime contra serpentium morsus.
Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum.
Gingiuas arefacti cinere corroborat.
Illitum cum polenta, inflammationes omneis sedat.
D Podagris per se subuenit, impositum usq; dum rubescat locus.
Cum cærato uaros extinguit.
Lienosis cum sale utiliter illinitur.
Decoctum eius ablutas prurigines mitigat.
Conuersas uuluas corrigit.
Contra inflatiōes duriciasq; uuluę, in desessiōes conuenient adijcitur.

Ex PLINIO lib. 20. cap. 19.

Magna societas Pulegio cum Mentha, ad recreandos animo defectus, cum surculis suis in ampullas uitreas aceti utrisq; deiectis.

Qua de caussa dignior e Pulegio corona uertigini, q̄ e Rosis, cubi-culis nostris pronunciata est.

Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare.

Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstusq; iniuriam, & ab siti traditur: neq; æstuare eos, qui duos e Pulegio surculos impositos auri-bus in sole habeant.

Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto.

De Pulegio Fœmina.

Fœmina efficacior. Est aūt hæc flore purpureo: mas candidum habet.

Nauseas cum sale aut polenta in frigida aqua pota inhibet.

Sic & pectoris, & uentris dolorem.

Stomachi aūt ex aqua itē rosiōes sistit, et uomitiōes cū aceto, et polēta.

Intestinorum uitia melle decocta, et nitro, sanat.

Vrinam pellit ex uino, et si Aminæum sit, et calculos, et interiores o-mnes dolores.

Ex melle & aceto, sedat menstrua, & secundas. Vuluas conuersas corrigit. Defunctos partus eijcit. A

Semen obmutescentibus, olfactu admouetur.

Comicialibus in aceto cyathi mensura datur.

Si aquæ insalubres bibendæ sunt, tritum inspergitur.

Salsitudines corporis, si cum uino tradatur, minuit.

Neruorum caussa, & in contractione cum sale, & aceto, & melle confricatur opisthotono.

Imbibitur ad serpentium ictus decoctum, ad scorpionũ cum uino tritum, maxime quod in siccis nascitur.

Ad oris exulcerationes, & ad tussim efficax habetur.

Flos recentis incensus, pulices necat odore.

Xenocrates Pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subijci, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit.

Remedia Pulegij syluestris ex eodem PLINIO.

Syluestri eadem uis efficacior est: quod simile in Origano, minoribus folijs q̃ satiuum: et a quibusdam Dictamus uocatur. Gustatũ a pecore, caprisq; balatum concitat. Vnde quidam Græci literas mutantes, Blechon uocauerunt. Natura tam feruẽs est, ut illitas partes exulceret. In tussi, & perfrictione fricari ante balnea conuenit, & ante accessionum horrorem. Conuulsis, & torminibus, podagrisq; mire prodest. Hepaticis cum melle & sale bibendum datur. Pulmonum uitia execrabilia facit. Ad lienem cum sale utile est, & uesicæ, & suspirijs, & inflationibus decoctum succo æqualiter. Et uuluas corrigit. Priuatim ualet contra omnem morsum. Radix contra increscentia ulcera. Recens potentissima. Arida uero cicatricibus decorem affert. Item Pulegio est Nepetæ societas. B

EX PLATEARIO.

Pulegium est calidum et siccum in tertio gradu. In tempore florũ colligitur, et per duos annos seruatur. Folia cum floribus abiectis stipitibus in medicinis ponuntur.

Valet contra frigidum rheuma facta sacellatione capiti ex Pulegio.

Gargarismus factus ex aceto decoctionis Pulegij, et ficuum siccarum, humiditatem uuæ et gingiuarum desiccat.

Vinum decoctiõis eius, et ficuum siccarꝝ, ualet contra frigidam tussim ex glutinoso humore, uel aquoso.

Id uinum ualet etiam dolori stomachi et intestinorum, ex caussa frigida. Similiter et emplastrum ex eo in uino decoctum.

Fomentum factum ex aqua decoctiõis eius, humiditatem matricis desiccat, et uuluã mirabiliter coarctat. Hoc fomento utuntur mulieres Salernitanæ.

C

De CATAPVCIA,

Rhapſodia XLI.

¶ Nomenclaturæ,

Græcæ, λαθυρίσ.

Latinæ, Catapucia, Lathyris. Granum regis. Sponſa ſolis.

Germanicæ, Sprinckkörner. Scheyßkörner.

P. COLLINVCIVS de Catapucia.

CATAPVCIA eſt herba, quam uulgus per hęc tempora nũc Cazzapuzolam, nunc Guardalhortum uocant. Proprium uero eius nomen Lathyris, cuius quarto uolumine Dioſcorides, & 27. Plinius & uires et figuram ſcripſerunt.

Hiſtoria Catapuciæ ex Dioſcoride libro quarto.

D LATHYRIS, quam aliqui Tithymalum appellant, eamq; Tithymalorum numero adſcribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali craſſitudine, inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuiora. Quæ autem in ſummis ramulis exierunt, minora conſpiciuntur, Ariſtolochiæ, aut oblongæ Hederæ figura. In cacumine fructum ſummis ſurculis gerit triplici concæptaculo inſignem, rotundum, ceu Capparin, in quo grana intercurſantibus membranis diſtincta continentur, Eruis maiora, rotunda: quæ dum corticibus exuuntur, candida ſunt, & guſtu dulcia. Nullus radicis uſus. Totus frutex lacteo ſucco turget, uti Tithymalus. Grana ſex, aut ſeptem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluum purgant. Sed aqua frigida poſtea ſorbenda. Trahunt autem bilem, pituitam & aquas. Succus Tithymali modo excæptus, eundem effectum præbet. In gallinaceo iure, aut oleribus folia decoquuntur ad eoſdem effectus.

Sententia SIMONIS IANVENSIS, & Autoris Pandectarum de CATAPVCIA.

Catapucia duplex.

Catapuciæ duæ ſunt ſpecies. Nam eſt maior, & minor. Maior eſt ſicut arbor ficus, licet minora folia eius, ſimilia folijs Platani. Semina eius ſtant in arbore, ſicut uuæ. Minor habet haſtam duorum palmorum &

inanem: folia similia amygdalis, sed longiora: semen eius in cacumine uirgæ rotundum, deforis nigrum, deintus album. Sunt enim ambæ quasi eiusdem complexionis & uirtutis, scilicet calidæ in tertio, & humidæ in primo: uirtutemq; habent, purgandi Phlegma principaliter, deinde Choleram & Melancholiam.

DE PENTAPHYLLO Rhapsodia XLII.

NOMENCLATVRAE

Græcæ, πεντάφυλλον.

Latinæ, Quinquefolium. Pentaphyllon. Mercurij Herba. Pentadactylus.

Teutonicæ, Fünffingerkraut.

PLACITA AVTORVM, de Quinquefolio.

HISTORIA DIOSCORIdis, de Quinquefolio.

RAMOS FERT surculaceos, tenues, palmi magnitudine, in quibus semen: folia Menthæ, quina, singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata: florem in luteo pallescentem, interdum auri æmulum. Nascitur in riguis, & aquarijs ductibus. Subrubram habet radicem, oblongam, Veratro nigro crassiorem.

THEOPHRASTI historia, de Quinquefolio, libro nono, capite decimoquarto.

Quinquefoliæ, siue Quinquepetæ radix, nam etiam hoc nomine appellatur, cum effoditur rubra est, inarescens uero nigrescit, atq; quadratur. Habet folium Vitis, sed pusillum, & colore simile uitigineo, & augetur, & desinit cum Vite. Folia omnia quinque, uude & nomen. Caules prætenues mittit. & crebris internodijs constat.

Vide supra fol. 56. quomodo hæc omnia Tormentillæ respondeant.

C

PLINIVS DE QVINQVEFO-lio lib.25.cap.nono.

Quinquefolium nulli ignotum eſt, cum etiam fraga gignendo commendetur. Græci uocant Pentapetes, Chamæzeleon, ſiue Pentaphyllon. Cum effoditur, rubram habet radicem: hæc inareſcens, nigreſcit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet: & ipſa herba incipit & deſinit cum Vite.

Hiſtoria APVLEII de eadem.

Græci Pentaphyllon uocant, alij Pentapetes, Itali Quinquefolium. Naſcitur locis pratenſibus cultis, & mundis, guſtatu aſpero, lacte molli. Folia Mentham referunt, ſingulis ſæpius quina. Flore pallido, radice longa, atque ſubrubra.

IVDICIVM NOSTRVM.

Vides ſibi pugnare Theophraſtum, Pliniũ, et Apuleium, proinde & officinas hodie diſſentire ab ſingulis, ut neceſſe ſit aliquos hic labi: illi uero qui ſint, ex controuerſia inter Leonicenũ, et P. Collinuciũ, facile licebit dijudicare, quas ſubiecimus. Tu cui palma debeatur, ipſe conijcito.

NICOLAI LEONICENI iudicium, de eo loco Plinij, quo deſcribit Pentaphyllon.

Simili errore Plinius Pentaphyllon, atq; herbam fraga ferentẽ, pro eadem accæpit, ac Pentaphylli notas, ſimul ac uires, eidẽ herbæ, præter Pen

D

taphylli nomen, cenſuit adſcribendas. Sic eñ lib. 25. de Pentaphyllo retulit. Pentaphyllũ nulli ignotũ eſt: cum fraga quoq; gignendo cõmendet. Exiſtimarem tamen in re tam nota, eſſe codicis potius, q̃; Plinij errorem, ac pro Pentaphyllo, Trifolium legi oportere: quoniã etiam herba quæ fraga gignendo cõmendatur, & quæ nulli ignota eſt, non quinis, ſed trinis conſtat folijs. Niſi Plinius poſtea alia nomina græca ſubiũgeret, atq; alia inferret indicia, quę non ſunt alterius herbæ, q̃; Pentaphylli propria.

PLINII defenſio per P. COLLINVCIVM.

Egregie defenſum a nobis in Heliotropio Plinium, negabit nemo, quod unius omnia interturbantis uerbi uitium, non Plinio, ſed codici, ut par erat, tribuimus. Nam & eodem argumento in Quinquefolio, ut ipſe inquit, excuſare Pliniũ, paratus fuerat Nicolaus, niſi delicatus nimiũ exactor, quod omnia ad numerũ opinioni, quã de Pentaphyllo exceperat, non reſponderent, ſatisfactum ſibi non putauit. Sed tam in Plinio excuſando nunc primus ipſe, q̃; in accuſando (ut ſemper) errare uiſus eſt. Quod in hoc de quo agimus Quinquefolio perſpicuum faciam. In hoc maxime erraſſe Pliniũ Leonicenus credidit, quod Quinquefolium herbam, etiam fraga ferre dixerit. nam quę fraga fert herba, inquit, non quinis, ſed trinis conſtat folijs. Verum triplici in errore uerſari Leonicenum, ante omnia ſcire oportet. Primum quidem, quod Quinquefolium illam eſſe arbitratur, quæ & in hortis, & agrorum limitibus, tum ſemitis, uijsq; paſſim conſpicitur, quæ quidem uulgo, & Quinquefolium, & Pes Coruinus dicitur. Hanc enim Quinquefoliũ eſſe, de qua ueteres medici loquerentur, affirmaſſe illũ plæriſq; conſtat: cum de noſtra hac defenſione, deq; ſua accuſatione ſermo forte incidiſſet. Auulſumq; terra ramuſculum (nam & in horto res agebatur) oſtendiſſe, dixiſſeq; illam Quinquefoliũ eſſe, in qua Plinius tam euidẽter errauerit. Deinde, quod per imperitiã, herbam fraga ferre poſſe nullã credidit, niſi eam, quæ trina folia habet, q̃; q̃; melius Trifoliũ dici adſeuerat, & quã docti, uulgusq; Fragariam herbã noſcunt, pariter & appellant. Tertio, quod foliũ quid ſit, quoue modo accipi oporteat, in ſaluberrimæ herbæ deſcriptiõe parũ intellexiſſe uiſus eſt. Adde ſi placet & quartũ (quan

Pes Coruinus Leoniceno eſt Pentaphyllon.

do & ipse minutissima quæq; in Plinio carpat) quod fructus hos, siue Quinquefolij, siue Trifolij, non fraga (ut semper Vergilius, & in suo Palemone noster Maro) sed inscite fragra Leonicenus appellat. Nos cum Theophrasti, mox Dioscoridis, postremo Plinij, de Quinquefolio dicta excusserimus, & uerũ esse autorem Pliniũ, & calumniatorem esse Leonicenũ ostendemus. A

Quinquefolij, siue Quinquepennæ radix (lib. 9. Theoph. inquit) cum effoditur, rubra est: inarescens uero nigrescit, atq; quadratur. Habet folium Vitis, sed pusillum, & colore simile uitigineo est, & augetur, & desinit cum Vite: folia omnia quinq;, unde & nomen. At quarto Dioscor. cũ multa Pentaphylli nomina enumeret, inter quæ & Pentadactylon, & Pseudoselinon, & Quinquefolium sunt, Ramos inquit fert tenues, unius palmi, in quibus fructus: folia habet Menthæ similia, quolibet in surculo quinq;, raro uero plura, in circulum sinuatim diuisa, Florem habet cum pallore subalbidum (ita enim ochroleucon interpretari posse uideo) radicem subruffam, oblongam, Helleboro nigro crassiorem, quæ plurimum in usu est.

Plinius uero quinto & uigesimo, Quinquefolium inquit, nulli ignotum. Cum etiam fraga gignendo, commendetur. Græci uocant Pentapeton, siue Chamæselinon, siue Pentaphyllon. Cum effoditur, rubram habet radicem. Hæc arescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit & desinit cum Vite. De Pentaphyllo igitur, hoc est, Quinquefolio hæc habentur. Nullus etiam, quod sciam, his autoribus uetustior, illam pingit. Nam Galenus eius tantum uires, non figuram aperit.

Primũ illud in his satis constat, uulgarem illam Leoniceni Quinquefoliũ, non esse hanc de qua agimus. Nam & illi nec flos albidus, nec in surculis fructus, nec radix rubra, nec crassa, nec inarescens, aut quadratur, aut nigrescit, nec uitis egressum, digressumq; sequitur, sed perpetuo uiret. Hæc si quis neget, herbæ ipsius conspectione cõuincitur. Sed & illud quoq; liquido constare arbitror, cum Plinij autoritate, tum Dioscoridis pictura, Pentaphyllon hanc nostram, fructum quoq; ferre: cum etiam fraga gignendo, cõmendari illam scribat Plinius: tum ramos unius palmi tenues, in quibus fructus sint, habere illam Dioscorides referat. Folium uero non esse, quale Leonicenus arbitratus est, ex omnium descriptionibus intueri licet. Nam Theophrastus folium habere illam Viti simile prodidit, & folia omnia quinq;: Dioscorides uero folia illam sinuatim falcatimue diuisa, quolibet in surculo quinq;. Tum in nominibus Pentadactylon illam uocat, quo nomine & Cici quoq;, siue syluestre Sesamum cognominatur, cuius folium palam est Viti simillimum esse: tum Pseudoselinon, quod falsum Apium dici potest.

Plinius uero Chamæselinon, quasi humile Apium, eadem uterque ratione cognominant, quod & Apium Viti simile quiddam habere uideatur, & folia ad hunc quoq; modum sinuata, a quorũ deinceps numero Quinq;foliũ, & Quinq;penna dicta est: quod huiusmodi integra folia, quinq; ab radice emittit: nec foliusculis quinq; (ut quã Pedem coruinũ uocari supra diximus) aut uulgaris Leoniceni Pentaphyllon distincta, sed porrectioribus quinq; (ut ita dixerim) angulis, ad Vitis, Apijq; similitudinẽ in hunc ferme modũ effigiata est. Hæc & Pentaphyllon illa est, quæ Dioscoride autore, fructus edit, quæ fraga ab Plinio appellantur, cuius eximiæ a Dioscoride uires Plinioq; traduntẽ, quæ in Theriacæ compositionibus additur, quæ purgandis domibus adhibetur, cuius radicẽ plurimũ in usu esse, Dioscorides dixit. Quæ si Leonicenus noster, acrioribus oculis inspexisset, nec uilissimã herbam, cuius in medicina nullus usus esset, pro utilissima & celeberrima demonstrasset, nec intempestiue adeo in Pliniũ adlatrasset. Herba uero illa, quæ distincta tria folia habet, quamq; in Italiæ montib. plurimã & cœnobiorũ hortis satiuã passim fraga ferre uidemus, suũ nomen habet. Fragaria ab herbarijs, a Plinio Fraga dicitur. Nec uerisimile cuiq; fuerit, hoc loco Quinq;foliũ, tot appellationibus, tot etiã signis demonstrare uoluisse, si Fragrariam intellexisset herbã quæ uulgaris est, et quã ipse fraga in superioribus appellasset. Atq; ideo non simpliciter Quinq;foliũ fraga ferre dixit, sed copulæ etiã scilicet adiectione descripsit, cum cõmendari illam etiam fraga gignendo dixerit: neq; enim etiã augentem copulã addidisset, nisi & aliã esse herbã, quæ fraga ferret, agnouisset: ut quã ipse prioribus uoluminibus indicasset. His illud adijciendũ uidetur (ut minus mirũ sit, Quinq;foliũ quoq; fraga ferre posse) Fragariã illam nostræ huic Pentaphyllo, de qua agimus, proportione quadam similẽ adeo esse, ut eiusdem generis cum ipsa esse uideatur. Nam & ipsam hæc cõmentantes obseruauimus, radicẽ subruffam habere, et digito sæpe crassiorẽ, et senescentẽ nigrescere: tum non B



C nisi ramusculos quinq; ab radice emittere, raroq; plures, in quib. prima illa foliuscula diuidant.

Duas ergo herbas esse dicimus. Vnam quæ fraga, aut certe fragis similes fructus edat, quæ Pentaphyllon, & Quinquefolium Dioscoridi, Plinioq; uocetur, quæq; ad medicos usus eximia sit. Alteram quæ uulgaris est, & fraga ferat, nulloq; alio, q; fructus ipsius nomine designetur: cuius decimoquinto primi & uigesimi uoluminis capite Plinius meminit. Quod si me interroges, quid nam & hodie Quinquefolium hanc esse putem, quamue eius appellationem credam? Dicam quid uestigans inuenerim, atq; ut nihil unquã decernens, sic nihil reijcens, quod studiosorum ingenia ad ueritatis inquisitionem mouere, excitareq; possit. Est Venetijs in eo uico, quem Specierium uocant, seplasiarij cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo insigniq; sit Aethiopis caput. In ea liber est Herbarius, tanta arte ac diligentia pictus, ut natas pagi nis illis suis herbas, non effigiatas credas: in eo pictam uidimus ijsdem prorsus quæ hic diximus signis herbam, folijs quinq;, quæ & ipsa quoq; ut pinximus, porrectiores angulos, sinuatosq; haberent. Sed & fructus, quos Fraga dicas, tum ad ipsam herbam latinum nomen Sanicula, Germanicum Sanickel scriptum est: citanturq; inibi, de Sanicula hac scribentes, in Diadimidijs Galenus, & Petrus Hispanus is, qui postea summum Pontificatum gessit, & Ioannes uigesimus primus nuncupatus: eum de medicina librum scripsit, qui Pauperum thesaurus inscribitur: tum Ceruiensis Episcopus quidã, & Laudensis Maphæus, & Gilpertus Anglicus, Chirurgi. Ea Sanicula, Pentaphyllon ne sit, cur affirmem non habeo, cur negem non uideo. Hæc habui de Pentaphyllo, Fragis, Sanicula, quæ dicerem, per quæ fateri oportere censeam, non errasse Plinium, sed iucundissimæ herbæ nomen, potestatemq; docuisse.

Iudicium HERMOLAI BARBARI de Pentaphyllis.

Pentaphyllon, & Pentapteron in Theophrasto, Theodorus Quinquefoliam, & Quinquepennã conuertit. Aetius hanc Hermubotanem, hoc est, Mercurij herbam uocari tradit. Aegyptij etiam Dissyphi cognominant. Daci Drocila. Itali Psyllitum, Solotam, et Thebeotin: quanquam corrupta puto nomina. Nam & Therumbros, & Theonestron quoq; dictam inuenio. Radice cum recens est, rubente: nigra, cum inarescit, quadrangula: folio uitis pusillo: augetur, definitq; cũ uite: caulibus tenuibus, crebris geniculis. Nomen a numero foliorũ. Quidam
D Græci Chamæzeleon, quasi fruticem terræ uocant. Cõmendari Quiquefoliũ fraga terrestria gignendo, Plinius existimat. Ego id, qui uerũ esse possit, non intelligo. Nam herba ea quæ fraga gignit, trifolia est, non quinquefolia, flore candido, non luteo, in Rheticis & Vindelicis alpibus, etiãnum frequens secus uias. Hippocrates duo uidet nouisse Quinquefolia. Candidum, quod & herbaceum, & procerius est a terra. Nigrum, quod humilius. Est & quæ Tormentilla uulgo dicitur Quinquefolio simillima, nisi q; septẽ, non quinq; habet folia. Potest a nobis Heptaphyllon uocari, hoc est, Septemfolia: ex cuius radice pastillos theriacos (si Dijs placet) officinæ pro uiperarũ carne subijciunt: quoniã uiperæ modo, ut ipsi putant, nunq; uisantur.

De hac supra folio. 85.

De ratione nominis PENTAPHYLLI, Annotatio M. VERGILII.

Nouerũt rura omnia Quinquefolium, soloq; hoc nomine maxime cognitum ubiq; in honore aliquo est. Theophrastus. 9. de Plantarũ historia non Pentaphyllon tantũ uocari sua ætate dixit, uerũ Pentapetes etiam, facto ab aliquibus illi nomine a pennis auiũ, ut credidit Gaza: ut aũt nos opinamur, quia in quinq; folia se pandit, & extendit. Fecit eadem etiã foliorũ forma, ut Pentatomon, id est, in quinq; partes diuisum diceretur. Sic Pentadactylon, q; ut in hominis manu quinq; digiti sunt, sic in ea planta totidem foliorũ diuisiones. Pseudoselinon dictum etiam, quod Apiũ mentiatur, sitq; illi in foliorũ sectionibus illis quadãtenus simile. Quæ itidem illi a gentibus aliæ appellationes fuerunt, aliquã huiuscemodi caussam habuerũt. Quales Callipetalon, et Xylopetalon sunt, a foliorũ specie & duricie factæ. Quemadmodũ uerisimile est, in barbaris illis latere incognitã modo nobis, ex figura, aut uiribus eius rõnem aliquã. De radice, folioq; eius lib. 9. de Plantarũ historia agens Theophrastus, addidit, nigrescere Quinq;folij radicem effossam, siccatamq;. Quod a Dioscoride ideo dictũ non est, quoniã satis fore sibi hic scriptor credidit, si qualis ea esset cum foderetur, dixisset. Post id enim tempus medicis certo loco signatã, seruari relinquebat. Adiecit etiã Vitigineum Quinquefolij folium esse, non quantitate (pusillum enim est) sed colore & forma, & quasi naturã Vitis sequeretur, augeri simul, & tabescere cum ea, caules per terrã spargi graciles, crebras, habentes, ut ille ait κνῆμας, non crura, sed a cruris humani forma inter duos geniculos interualla, quæ κνῆμας ille, qua diximus ratione uocat. Videndum illud etiã, quomodo hic Menthæ, ille Vitis folio Quinquefoliũ esse dicat. Nobis male inuicẽ comparari posse plantarũ illarum folia inter se uidentur: quemadmodũ & floris color in pallido albus, simul & auri flauo colore dici. Hoc tamen non adeo difficile, ut illud. Videmus enim aliquando in pallore hominis utrunq; colorem illum,

Pentapetes.
Pentatomon.
Pentadactylon.
Pseudoselinon.

A

DE PENTAPHYLLI temperamento.

Pentaphylli radix, ut inquit Galenus. 8. simplicium, arefacit in tertia distantia. At neutiquam acuta est, ideo ualde utilis perhibetur. Est namque partium tenuium.

VIRES EIVS ET IVVAMENta ex Dioscoride.

Ius radicis decoctæ ad tertias, si in ore contineatur, dentium dolores sedat.

Putrida oris ulcera, collutione sistit.

Arteriæ scabricias, gargarizatu læuigat.

Contra alui profluuia, & dysenterias auxiliatur.

Item articulorum, coxendicumque cruciatibus potum.

Cocta in aceto & illita, serpentia ulcera cohibet. Strumas, tumores, duricias, abscessus, & distentiones discutit.

Ignes sacros, reduuias, condylomata, psorasque sanat.

Teneræ radicis succus contra iocineris, pulmonumque uitia prodest. Item aduersum uenena.

Cum hydromelite autem, uel diluto uino, & piperis exiguo, bibuntur folia contra febrium circumitus. In quartana quidem quaternum ramulorum, in tertiana uero ternum, in quotidiana unius.

Tricena quoque folia, tricenis pota diebus, comitialibus prosunt.

Foliorum succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrime regio morbo medetur.

Illita cum melle, & sale, tam uulneribus, quam fistulis remedio sunt.

B

Enterocelicis auxilium præstant.

Quinquefolium sanguinis profluuia & potu & illitu sistit.

Ad expiationes, castimonias, & sanguinis eruptiones inciditur.

EX IOANNE VIGONIO.

Pentaphyllon uirtutem habet exiccatiuam uehementer: tamen caliditatem manifestam, non uidetur participare.

AVTORES.

Theophrastus, lib. 9. cap. 12.
Dioscorides.
Plinius, lib. 25. cap. 9.
Apuleius.
Leonicenus.
P. Collinutius.
Herm. Barbarus.
Marcellus Vergilius.
Galenus. 8. Simplicium.
Ioannes Vigonius.

C

Chelidonia.



D

Schölkraut.

DE CHELIDONIO Rhapsodia XLII.

¶ Nomenclaturæ

Græcæ, χελιδόνιον. παιονιά κραταιά. γλαύκιος. πάνδιος ῥίζα.

Latinæ, Chelidoniũ, siue Chelidonia, hoc est, Hirundinaria maior.

Germanicæ, Schölkraut. Schölwurtz. Schwalwenkraut das groß.

PLACITA AVTORVM de Chelidonia.

Historia Chelidoniæ ex DIOSCORIDE, lib.2.

CHELIDONIA duplex est, Maior, et Minor. Maior caule est cubitali, aut altiori, surculoso. folijs Ranunculi, multis, mollioribus tamen, & colore cæsis. Flore Violæ albæ, secundũ singula folia prodeunte. In ea succus croci, mordax, acris, & aliquantulũ subamarus, gra-

uiter olens. Radix superne singularis, in multa crocea capillamenta fibratur. Siliqua ceu corniculati Papaueris, tenuis, longa. In qua semen Papauere maius recluditur. A

De MINORE.

Minor hęrbula est, stolonibus constans, sine caule, folijs Hederę, multo rotũdioribus & minoribꝰ, teneris & subpinguibus. Radices habet cõplures, pusillas, in granorũ tritici modũ, aceruatim cõgestas, quarꝫ tres, aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas nascitur.

Theophrastus de Hirundinaria lib. 7. cap. 12.

Hirundinaria, quę aduentu hirundinis suum excitat florem, hæc partim naturalem, partim fortuitam habere caussam apparet.

Historia Chelidoniæ ex Plinio lib. 25. cap. 8.

Animalia quoqꝫ inuenere hærbas, inprimisqꝫ Chelidoniam. Hac em̃ hirundines, oculis pullorum in nido restituunt uisum, ut quidã uolunt, etiã erutis oculis. Gñа eius duo. Maior fruticoso caule, folio Pastinacę erraticæ ampliore, ipsa altitudine duorꝫ cubitorum, colos albicans, flos luteus. Minori folia Hederę rotundiora, minus candida. Succus croci mordax, semen Papaueris. Florẽt aduẽtu hirundinum, discessu marcescunt.

De temperamento Chelidoniæ.

Abstergendi uim habet, & satis calefaciendi, & succus acidus est.

Vires & iuuamenta eius ex DIOSCORIDE.

Succus in æreo uase cũ melle prunis decoctus, oculis claritatẽ adfert. B

Folijs, caule, radice succus exprimitur, ineũte æstate, et siccatus in umbra digeritur in pastillos.

Radix cum aniso, & uino albo pota, medetur regio morbo, & ulceribus quę serpunt. Imposita cũ uino, aut mãducata, dentiũ dolorẽ sedat.

EX IOANNE VIGONIO.

Chelidonia est calida & sicca in tertio, & ualde oculorum iuuatiua. Ideo uirtus eius in collyrijs acuẽtibus uisum perutiliter imponitur. Et eiꝰ succus intra dentes impositus, eos intra spaciũ tẽporis facit cadere. Et radix eius est minoris exiccationis, uirtutẽ habens attrahendi, & resoluẽdi. Ideo dolori dentiũ ex frigida caussa caussato, prædicta radix aliquantulũ contrita, & aceto irrorata, dentibusqꝫ tenta, pręsentissime medetur.

Ex PLATEARIO.

Chelidonia est calida & sicca in quarto gradu.

Cum in receptione reperitur, radix, non hærba poni debet.

Radix per tres annos potest seruari in magna efficacia. Ex qualitatibus, & substbntia, uirtutem habet dissoluendi, consumendi, & attrahendi.

Ad purgandum caput, & uuluam repletam ex frigido humore, radices bene tritæ in uino coquantur, & patiens per os fumum recipiat, inde reliquo utatur pro gargarismate.

Contra colicam passionem hærba trita, & in uino cocta superponatur, uel spongia infusa in uino decoctionis, uel puluis eius radicis sæpius superponatur.

Ad menstrua prouocãda, & matricẽ mundificandã, fiat fomentũ sępius ex aqua decoctionis eius.

Ad cancrum oris uel ossis, uel neruorum, puluis radicis eius cum puluere rosarum conficiatur cum aceto, et decoquatur usqꝫ ad mediocrem spissitudinem ad modum sinapis, & inunguntur parteis cancrosæ, multum confert.

Contra fistulam puluis eius cum capitello conficiatur, & ori fistulæ immitatur.

C



Gauchheyl männlin.

D

De ANAGALLIDE Rhapsodia XLIII.

¶ NOMENCLATVRAE

Græcæ, ἀναγαλλὶς. ἀερῖτις. αἰγῖτις. σαυρῖτις.
Latinæ, Anagallis. Aëritis. Sauritis. Sanguis oculi.
Germanicæ, Gauchheyl.


Supra fol. 77. & sequen.

QVEMADMODVM Consolidæ nomen multis adeo hærbis familiare est (nominatim em̃ quinq; eius species perstrinximus) ita & Anagallidis nomine, quibusdam Auricula muris, uel Pilosella uenit: quibusdã ea quæ morsus gallinæ, uel uulgo Ippia uoca= tur. Quidam alias etiam designant eius species, quæ me prętereũt. De ge nuina tamen Anagallide sic habet.

Εἰκὼν Anagallidis ex Dioscoride lib. 2.

Anagallidis duo sunt genera, quæ tantum flore distant. Nam quæ ce= ruleo flore est, fœmina dicitur: Mas, quæ phœniceo. Frutices sunt parui in terra iacentes: folijs in quadrangulo, caule pusillis, subrotũdis, ad Hel= xine folia accedentibus: semine rotundo.

A



Gauchheyl weyblin.

B

Nec alia fere Plinius, & Serapion. Herm. Barbari Corollarium, quoniam ad excussionem prioris erroris facit, subscripsimus.

Plin.lib.26. cap.7.

Corollarium Barbari de Anagallide.

Frutice tenero Anagallides, non altiores palmo nascuntur in hortis et aquosis. Prior floret cerulea. Mirum, quod fœminam pecora uitãt: aut si de cepta similitudine (flore enim tantũ distant) degustauere, statim eam quoque (asyla, siue, ut alij codices scripsere, casyla uocatur, a nostris ferus oculus) in remedio quærunt. Præcipitur effossuris, ante solis ortum, priusque quicque aliud loquantur ter salutare eam, tum sublatam exprimere, ita prę cipuas esse uires. Anagallin Dioscorides Sauritin quoque dici perhibet. Sunt exemplaria in quibus Gauritis, non Sauritis legatur. Hippocrates Anagalgalin dicendo, utilem mordendis & assiccandis ulceribus Anagallidẽ uidetur intellexisse. Aetius Nycterida herbam ad oculorum albugines comprobat, pro Anagallide ut puto accipiendam reliquit: quandoquidẽ & Nycteritis à Dioscoride uocatur. Errant qui Passerinam uulgo dictã, florem candidum ferentem, Anagallida existimant. Quemadmodum et qui Myosotin, idest, muris Auriculam pro Anagallide compictam præ-

C ferunt. Anigallidem phœniciam, a colore, Paulus Aegineta Corallium quoq; dici meminit. De quo & compositioni datum nomen, quod Dia-corallin. Quanq; & pastillus est hoc cognomine: sed in eum lapis Coralius, non hæc herba sumitur.

De Anagallidis temperamento.


Vtraq; & mitigandi, & abstergendi uim habet, quiddam etiam subcalidum, & trahens.

VIRES eius & IVVAMENTA ex DIOSCORIDE.

Inflammationem arcet.
Adactos corpori aculeos extrahit.
Nomas cohibet.
Succus caput gargarizatu purgat.
Et naribus infusus, dolorem dentiū lenit, si in aduersam narē inijciat.
Argema cum melle attico emendat.
Retusæ oculorum aciei auxiliatur.
Contra uiperarꝫ morsus, iocineris & renū uitia, ex uino bibere ꝑdest.
Tradunt eam quę cæruleum ædit florem, prociduam sedem reprimere. Quæ uero phœniceum, illitu euocare.

AVTORES.

D Dioscorides, libro secundo.
Plinius libro. 26. capite septimo.
SERAPION.
Herm. Barbarus.
M. Barbarus.



Rattenblůmen.

C

De NIGELLA. Rhapsodia XLIIII.

¶ Nomenclaturæ,

Græcæ, μελάνθιον. μήκων ἄγριον. μήκων μέλαν.
Latinæ, Nigella. Gith.
Germanicæ, Katten.

¶ Placita Autorum de NIGELLA.

Historia Nigellæ ex DIOSCORIDE libro tertio.

EXIGVVS frutex est, sæpe binos palmos excedens. Folijs ut Senetionis minutis, sed multo tenuioribus. Capitulo in cacumine tenui, ceu Papaueris oblongo, intercursantibus intus membranis. Quibus semen includitur nigrum, acre, odoratum, quod panibus inspargitur.

PLINIANA Nigellę historia lib. 19. cap. 8. lib. 20. capite. 17.

Gith pistrinis, Anesum, et Anethũ culinis & medicis nascuntur. Gith ex Græcis alij Melanthion, alij Melanspermon uocant. Optimum quod excitatissimi odoris, & quod nigerrimum.

Επιγραφὴ Nigellæ per Hermolaum Barbarum.

MElanthion, quod & Melanspermon, & Melãthe interim ab Hippocrate uocatur: & a Theophrasto, ut Theodorus existimat, Anthemõ, siue Anthemion, Nigellã interpretatus. Quanquam Anthemon oĩno alia species est, quam Melanthion, siue Gith, siue ut Palladius, Giddi. Nam & Melanthemon Chamęmilon est, Melaniõ uero nigra Viola. Optimum Gith, quod excitatissimi odoris, & quod nigerrimũ. Culices suffitu necat, & muscas. Succum eius largius sumẽti, uenenũ esse, mirari licet: cũ semen ipsum, inferiorem crustam panis, cereali sapore condiat gratissime. Aliud oĩno genus uidetur esse Gith, quod in segetibus passim nasci cernitur: & Pseudomelanthion uocari potest, & Githago, folijs fere Porri oblõgis, flore purpureo, semine ac toto frutice maius quam Melanthium, nec odoratũ. At uerum Gith, de quo præsens Dioscoridi mẽtio est, folium habet Fœniculi, Senetionisue, florem ceruleum. Odor semini iocundus, nec ubique prouenit. Hippocrates Cyprium cõmendat. Alia est herba Melandryum, in segete pratisque nascens, albo flore, odorata, cuius cauliculum iocineri tritum, ex uino uetere probant.

D

Marcelli Vergilij annotatio in eandem Nigellam.

VIdent Maio & Iunio mẽsibus in pratis, sepibus, limitibusque omnibus nascentẽ rura oĩa Nigellã: nihilque eo frutice frequentius, simul & uilius. Quondã grato sapore panẽ Nigellæ semen cõmendabat. Inspergebatur enim ante cocturã illi tritum, quemadmodũ & Papaueris: non aliter quam & nos modo dulciarijs potius quam pani Anisum miscemus. Quod in Nigella merito miretur aliquis, sagacis naturæ artificiũ est, in conformandis eius uasculis, quibus concipitur, maturatur, & seruatur semen, colore nigrũ, Panici seminis magnitudine. Sunt ea uascula longe papaueraceis minora, nec in mensura sua, ut illa longa. Nullã præterea habent qualẽ Papauera in summo stellã, sed latiorem umbilicũ: neque intus eodẽ modo discurrentes membranas seminũ locos dissepientes. In Papauere enim sulcorũ modo intercidente, quasi aggere quodam canales sunt: in Nigella per mediũ transeuntes, quasi parietes, quibus loculamenta illa seminũ diuiduntur. Est illud discrimen etiã, quod singula in singulis Papauerũ caulibus uascula sunt, in Nigella numerosiora: ut quod numero seminũ in singulis uasculis deest, uasculorũ numero expleatur. Solaque hæc uasculi forma facit, ut syluestre & nigrũ Papauer a quibusdam Nigella diceretur. Græci a colore seminis Melanthion, & eorum exemplo latini Nigellam nominauerunt.

De Nigellæ temperamento.

Calefacit, ut inquit Galenus septimo Simplic. & arefacit iuxta tertium ordinem, uideturque esse partium tenuium.

A

Vires eius & iuuamenta ex Dioſcoride.

Capitis doloribus illitum fronti ſubuenit.

Diſcutit recentes oculorum ſuffuſiones, tritum ex Irino, & infuſum naribus.

Tollit lepras, lentigines, duricias, tumoresq; uetuſtos cum aceto illitũ.

Circumſcarificatos clauos excutit cum uetere uino impoſitum.

Dentium doloribus decoctum cum aceto & tęda prodeſt.

Teretes uentris tineas expellit, perunctо ex aqua umbilico.

Deſtillatione laborantes adiuuat, tritum in linteo, & olfactum.

Vrinam & menſtrua ciet, multis diebus ſumptum.

Et lac extrahit.

Difficultatem ſpirandi cum uino potum leuat.

Phalangiorũ morſibus ex aqua drachmæ pondere hauſtũ auxiliatur.

Incenſo ſerpentes fugantur.

Tradunt largius epotum, enecare.

EX PLINIO.

Medetur ſerpentium plagis, & ſcorpionum.

Illini ex aceto & melle reperio, incenſaq; ſerpentes fugari.

Bibitur drachma una contra araneos.

Diſtillationem mirum diſcutit, tuſum in lintheolo, & olfactum.

Idem præſtat radix manu tenta.

Capitis dolores illitum ex aceto, & infuſum naribus.

B

Cum Irino, oculorum epiphoras, & tumores.

Dentium dolores, coctum cum aceto.

Difficultates ſpirandi, addito uino potum.

Duricias, tumoresq; ueteres, & ſuppurationes illitum.

Lac mulierum auget, continuis diebus ſumptum.

Colligitur ſuccus eius, ut Hyoſcyami.

Similiter largius uenenum eſt, quod miremur, cum ſemen gratiſsime panes etiam condiat.

Oculos quoq; purgat, urinam & menſtrua ciet.

Quinimo lintheolo alligatis tantũ granis. 30. ſecundas trahi reperio.

Aiunt & clauis in pedibus mederi tritum in urina.

Culices ſuffitu necare, item muſcas.

EX MARCO CATONE cap. III.

Si bouem, aut aliam quãuis quadrupedem ſerpens momorderit, Melanthij acetabulum, & quod medici uocant Smyrneum, contrito in uini ueteri hemina: id per nares indito, & ad ipſum morſum ſtercus ſuillum apponito. Et idem hoc, ſi uſus euenerit, homini facito.

EX COLVMELLA, lib. de re Ruſtica, lib. 6. cap. 32.

Interdum & faſtidio ciborum langueſcit pecus. Eius remediũ eſt, ge-

C nus seminis, quod Gith appellatur. Cuius duo cyathi triti, adiunguntur olei cyathis tribus, & uini sestario, atque ita faucibus infunduntur.

EX VIGONIO.

Nigella est calidæ & siccæ complexionis in tertio: & contrita cum melle, & felle taurino, alöeque, & more emplastri super umbilico imposita, lumbricos puerorum interficit.

EX PLATEARIO.


Semen Nigellæ colligitur, & per decem annos seruatur. Est autem subnigrum, & subamarum, & rotundum, & planificatum: unde uirtutem habet diureticam, ex amaritudine, dissoluendi, consumendi, ex qualitatibus suis.

EX AVERROE quinto Colliget.

Scaunix, est Nigella, calida & sicca in tertio gradu. Et significat hoc, quia est in ultimitate amaritudinis cum subtilitate. Et ligata in panno lineo, ualet odorata ad reuma frigidum, & occidit uermes: & dissoluit inflationem, & eradicat uerrucas, & producit cum passo menstrua, & facit erigere membrum.

AVTORES.

Plinius, libro. 19. cap. 8.
libro. 20. capite. 17.
Dioscorides, libro. 3.
Mar. Cato, capite. 111.
Columella de re Rusti. libro. 6. capite. 32.
Ioannes Vigonius.
D Platearius.
Auerrois. 5. Colliget.
Hermolaus Barbarus.
Marcellus Vergilius.



Mettram.

C

DE MATRICARIA PRIMA SPE= cie Parthenij. Rhapſodia XLV.

¶ NOMENCLATVRA,

Græca, παρθένιον.
Latina, Matricaria. Febrifuga.
Germanica, Mettram.

NEBVLAS & caliginem nobis offudit, Matricariæ nouitium uocabulum, ut quæ hæc eſſet apud Dioſcoridem certo deſignare nequi= remus:nec certum aliquid habemus, niſi quantum ex cõmentarijs Neo= thericorũ obſeruauimus, id eſt,ex Pandectario, & Hermolao Barbaro. Vterq; tria eius genera facit. Quorũ primũ quidem Pandectarius Arte= miſiã uocat. Secundam Tanacetũ, uel Athanaſiam. Tertiũ uulgatam Ma tricariam. Barbari iudiciũ in Helxine herba poſuimus.quod ſic habet.

Helxine duplex Dioſcoridi, & omnino autoribus. Altera Parthenion, altera Ciſſanthe- mos ab Hederæ folijs uocata. Plinio item duplex, ſed aliter. Altera de qua hic agitur Parthe- nij & Perdicij, ſiue Perdicialis cognomine: quoniam perdices hac præcipue ueſcantur. Folia tamen ei non Mercurialis, ut Dioſcorides, ſed mixtæ ſimilitudinis, Plantagini & Marrubio tribuit, cauliculis denſis lanas infici, ſemina in capitibus lappaceis adhæreſcentia ueſtibus: a quo & Helxinem dictam uolunt. Hanc Aeoliæ gentes, & Aegyptij edunt. Craſſas, pluri- masq; habet radices, ut inquit Plinius. Altera idem autor inquit, uerior eſt Helxine, cui ra- dix folioſa, ex qua ſimilis malo carduus ſeminis plenus extuberat. Seminalis Acanus a Theo- phraſto dictus, cuius inciſo ſummo uertice, lachryma erumpit iocundi ſaporis, Acanthica Maſtiche uocata, proptereaq; adulterium ex ea fit, ut diximus. Germinat, atq; floret æſtate folio, & caule, lanugines ſpinoſas habens. Hæc Plinius. Nos hanc non Helxinem, ſed Ixi- nem uocari credimus: ut in Chamæleonte candido dictum eſt: quanq; porro prior Helxine

D

Perdicion, & Parthenion dicatur. Aliud tamen intelligo, Plinium ſecutus, Perdicion, quæ a noſtris herba Vrceolaris uocatur, ab alijs Aſtericum, folio ſimilis Ocimo, nigrior tantum, na- ſcens in tegulis parietinisq;: ob id & Parietaria, & Muralium, & Muralis uulgo dicta, et Vine- ago: & Parthenion, quoniam a Minerua in ſomno contra præcipitia lapſusq; monſtrata eſt Pericli Athenienſium principi, cum uernula ei charus ex altitudine cecidiſſet, Splachnoptes ap pellatus. Turtures, columbæ, gallinacei annuum faſtidium deducere dicuntur Helxina paſti, autor eſt Plinius. Triplex igitur inuenio Parthenium. Vnum folio Coriandri, quæ Amaracus a Galeno, Parthenium a Dioſcoride nominatur, uulgo Matricaria. Alterum folio Mercuria- lis, ut Dioſcorides hoc loco, ſiue Plantaginis & Marrubij, ut Plinius, quæ dicitur Helxine: ac de ipſa hic agitur. Tertium folio Ocimi, quæ Parietaria, & Muralis uocetur: de qua mirũ eſt Dio- ſcoridem nihil præcipere, quod ſciam. Niſi quis eum dicat ſub Helxine hanc quoq; accæpiſſe: quoniam hirſutula ſit, & adhæreſcat ueſtibus, nec a Mercurialis herbæ folijs omnino multum diſtet, præterq; q Mercuriali ſerrata leuiter ea ſunt, Parietariæ non ſunt. Sunt qui & Mercuria- lem ipſam Parthenion quoq; dicant Helxinem, ut Dioſcorides in Myoſotide ſcriptum reliquit. Etiam Alſine dicta eſt. quanq; corrupte in Theophraſto legitur Aſine, ubi Theodorus Volu- crum interpretatur, arbores amplexu Hederæ modo ſtrangulantem.

Parthenion triplex.

Textus DIOSCORIDIS de Parthenio lib. 3.

Parthenium aliqui Amaracon uocant, alij Anthemida, alij Leucan= themon, alij Chamæmelon, alij Chryſocalin, alij Melabathron, non= nulli campeſtrem florem. Romani Solis ſeculum, aliqui Millefolium, Ethruſci Cautam, Aphri Thamath. Folijs eſt Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore graui, ſapore amaro. Sic= catum cum aceto mulſo, aut ſale potum, non ſecus atque Epithimum, & bilem, & pituitam detrahit. Suſpirioſis prodeſt, & melancholicis. Herba ſine flore a calculoſis, & anhelatoribus magna utilitate bibitur.

Valet decoctum ad insidendum in duricia uuluarum & inflammationi- A
bus. Illinitur sacro igni & collectionibus cum flore.

COROLLARIVM HERMOLAI BARbari, super eodem Parthenio, quod similiter nostræ Matricariæ adstipulatur.

Parthenij flos odorem habet Mali. nascitur in sepibus: Matricariam dici eam multi putant. Sunt qui Cotulam appellent. Nam & ipse Dioscorides testatur ab Ethruscis uocari Cautam, unde Cautula deducitur, ac deinde Cotula. Sed & Leucanthen, et Tamnacum Plinius hanc appellat. Nisi librariorum menda sit, Tamnacum pro Amaraco scribentium. Nam & Amaracus a Dioscoride uocatur: nec aliter a Galeno, atq; Paulo. Celsus apud nos * Pallecium, & Muralium appellat, ut Plinius intelligit. Ego Celsum de alia Parthenio Muralium dixisse autumo: quæ non in sepibus, sed in muris, parietibusq; nascitur: ob id & Parietaria uulgo nominata, ut in Helxine docuimus. Est & Parthenis pro Artemisia: quanq; sunt qui Artemin legant, non Parthenin, castigando protinus errore medicorum: qui Parthenion, de qua modo loquimur, Artemisiam esse uoluerunt. Apud Hippocratem quæ sit herba Parthenion cognomento Microphyllon, hoc est, Paruifolia, dubitatur a Galeno: qui Dioscoridem pro Helxine, aut etiam Mercuriali capiendum existimasse scribit. Sed quid si eam pro Artemisiæ secundo genere Hippocrates intelligit, cuius minuta folia traduntur? aut etiam pro Matricaria, de qua hic agitur, quæ folijs Coriandri describitur?

Alias * Pelecynum.

M. VERGILIVS de differentia Parthenij a Perdicio, & Chamæmilo uulgato.

Alia hæc Parthenion est ab ea quam Celsus lib. 3. Perdicion uocari etiam tradit, reprimereq; simul, & refrigerare. Illa Helxine muralis, & Perdicion dicta: hæc pluribus ab Anthemide inuentis appellationibus, similis, congenerq; illi credenda est. Illa a Nicandro in Theriacis uenenatis mederi prodita: hæc sanandis suspirijs, atræ bili, calculosisq;, inflammatis, duratisq; muliebribus locis apta. Hæc Chamæmalo similis, flore per ambitum candido, in medio luteo, illa Mercurialis herbæ folijs descripta: & ne longiores simus, notis omnibus inter se diuersæ, solo eodem nomine legentes fallunt. Fallit autem non nomine, sed re Parthenion, tam similis Chamæmalo, ut pro ea sæpius ab imperitis carpatur. Habet enim illi similem paulo minus q; in cunctis florem. Differt magnitudine, quæ in Parthenio amplior undiq; est. Differt & figura: q; coloribus in utriusq; flore paribus Chamæmali flos in medio tumet, & in altum erigitur: folia uero ad terram inflexa descendunt, in Parthenio folia medio exæquata per ambitum stant. Nobis ex his quæ diu obseruauimus, inclinat animus, Chamæmalo congenerem esse: & ut in plærisq; alijs fit, nota aliqua priuatim ab alijs dispesci, quæ in Parthenio hac uirosus odor est. Quemadmodum in Bouis oculo, quæ mox dicenda erit, sola magnitudo, qua a Parthenio hac illa distinguitur. B

Verum & hæc sententia Barbari repugnatores habet suos, et sunt qui falsum existimēt ex similitudine floris, quæ est Matricariæ, cum Chamæmilo. Nam Serapion, inquiunt, priorem pro Chamomilla speciem recipit, hoc est, Anthemida. Et quæcunq; in capite de Chamomilla ex Dioscoride adfert, ea sunt apud Dioscoridem de Anthemide dicta: quamq; amborum herbarū descriptio indicet, eas omnino esse unius speciei, & qualitatis. Nam odorem pomi spirare ipsas, nomen indicat Chamæmilon, hoc est, agreste pomum, flores in ambitu albos, intus aureos habentes. Quare siue Matricariam, pro altera specie capiamus, hoc est, pro Parthenio, ut Hermolaus credidit, siue aliam herbam quamcunq; similem Chamomillæ, certe eas esse consimilis prope effectus, necesse est.

Sententia cuiusdam docti uiri.

COLLVCTATIO NICOLAI LEOniceni, & P. Collinutij de Parthenijs.

Leonicenus lib. de Erroribus Medicorum, Parthenium (inquit) scribit Plinius lib. 21. apud Celsum uocari Perdicium & Muralium. Deinde subiungit easdem Parthenio, quod Muralium

C

Chamęmilon Cotula. Helxine. Parietaria. Paritaria. Parietaria refrigerat.

appellatur, uires, quas Dioscorides alteri Parthenio adscribit, quod Chamæmilon alio nomine dicitur, quoniam parum folijs & flore, ab herba Chamæmilo differt. Hanc autem Parthenion, Chamæmilo similem herbam, nonnulli ex recentioribus medicis Cotulam appellant. Sed hæc Parthenium non uocatur a Celso Perdicium atq; Muralium, sed altera potius quæ Helxine, & simul Perdicium, ac Parthenium quoq; nuncupatur, a latinis autem Parietaria, & Muralium dicitur: quia passim in parietibus, seu muris nascatur. Nostro quoq; æuo uulgo una litera dempta, pro Parietaria, Paritariam uocant. Hanc eandem herbam, siue Muralium, siue Parietaria dicatur, commemorat Celsus, suo de Medicina tertio, inter ea quæ uim habent reprimendi, simul ac refrigerandi. Quæ sane facultas ei Parthenio, quę Perdicium, & Parietaria appellatur, non autem alteri, quæ etiam Chamæmilon dicitur, ab omnibus fere medicinæ autoribus adscribitur. Hæc enim sunt de eadem Dioscoridę uerba. Habent folia adstringendi atq; refrigerandi facultatem. Nec de ea aliter Paulus atq; Galenus tradiderunt. Ipse pariter Plinius lib. 22. eandem & Parthenium, & Perdicium quoq; nominari confirmat.

PANDVLPHVS COLLINVTIVS.

Tria genera Parthenij.

In explicandis Plinij de Parthenio (ut ipse putat) erroribus, in magnos Leonicenus errores incidit, ut ex herbarum ipsarum descriptionibus, differentijsq; cognoscere licet: quas intellexisse, distinxisseq; Plinium, Leonicenum uero confudisse, per illarum ignorationem intelligemus. De ijs igitur sic agemus. Tres herbas Parthenij nomine nuncupatas. 21. & 22. uolumine scribit Plinius (nam de quarta quæ Mercurialis est, sermo nunc nobis non est) hisq; omnibus, suas quibus pollerent uires adscripsit. Ex eorum (ut est uidere) sententia, quas tam multos enumerat, prima quæ Parthenium, Leucanthis, Thamnacusq; a Græcis, a nostris, & Celso Pelecynum, Muraliumq; uocetur, in hortorum sepibus nascens, flore albo, odore mali, sapore amaro. Alteram quæ Helxine, & Siderites, & Perdicium, ab aue cognominatur? folia habens mixtæ similitudinis Plantagini & Marrubio: cauliculos densos, leuiter rubentes, semina in capitibus lapaceis, adhærentia uestibus, unde Helxinem dictam uolunt. Tertiam quæ itidem & Perdicium, & Astericium, a nostris uero herba Vrceolarum dicitur, folio similis Ocymo, nigrior tantũ, in tegulis, parietinisq; nascens. Has Parthenij differentias si Leonicenus cognouisset, simulq; & diligentius Celsum, & dilucide ista scribentem Plinium, & suum illum Dioscoridem inspexisset, non temere adeo obstrepuisset. Quod ut plene intelligere possint studiosi, ego eas quæ sint aperiam, disceptandoq; proponam, ijs locum faciens, qui uberiora contulerint.

D

Leucanthis. Thamnacus. Muralium. Pelecynus. Gensemimũ. Amaracum.

Prima quidem a floris candore Leucanthis, & a fruticis, cespitisq; densitate Thamnacus nomen accepit. Eadem a Celso (in his forte libris, quos de agricultura scripsisse illum constat) siue ab odoris suauitate, siue quod unguẽtis flos aptissime cõueniret, Muralium dicta est, quasi Myralium, y, psylon in, u, nostrũ uerso: quod ueteres (ut Murrha, Murena, & Mure) frequentissime usurparunt, & familiare esse latinis scribit Cicero. Pelecynum idem ex eo cognominasse uidetur, quod frutex ipse odoris suauitate, ad se pelliciat. Siue, quod, ut Pelecynus quoq; herba, quæ in segetibus nascitur, adminiculo indigens hortorum, sepibus subrepat: quod nostro quoq; æuo fieri, hominum uidemus industria. Hanc nos uulgo Gensemimum uocamus, flore albo, odore mali, sapore amaro. Hæc est illa Parthenium, quam rectius fortasse Amaracum dixere quidam, quę sub ipsa quiescentem Ascanium, floribus, & dulci aspirans complectitur umbra. Vnde laudatum illud Co insula quondam confectum unguentum, quod Amaracinum, Samsuchinumq; dicebatur. Vnde forte in Gensemini uocabulum uulgus deflexit, ut non aliud fruticis uel herbæ genus intellexisse illos apud Dioscoridem putem, qui Parthenium Amaracum dixerunt. Alioqui si ea Dioscoridi Parthenium est, quam Cautam uocare Etruscis tradit, quo pacto tam breuis herbę umbra complexum puerum, dulciq; scripsisset insignis uates? Cum Cautam ipsam nec umbræ ob breuitatem idoneam, nec odoris unguentiue oblectamento ob florum graueolentiam esse plane omnes intelligant. Melius uero, eodem Dioscoride autore, & Chamęmilum, & Anthemida quosdam uocasse illam, quæ Cauta dicitur, fortasse quis putet: cum inter Chamæmili species, quas esse tres prodidit, collocetur.

Duæ Cotæ.

Duas etenim, quæ nunc etiam Cautæ, uulgo Cotæ dicantur herbas, unã quæ sana cognominetur, & a quibusdam Millefolium, non rẽcte dicatur, nos Leucanthemon Plinio dictam 21. uolumine credimus, Abrotano odore similem, & flore albo, foliosam, suspiriosis utilem. Alteram Chamæmilo similiorem, quæ ab odoris fœditate putidæ cognomẽtum ferat. Potuit & Dioscoridis Parthenium Millefolium hoc esse, si non illi Coriandri folia adscripsisset. At secunda Parthenium ijsdem quibus a Plinio pingitur signis, plurima inspicitur in aruis, stipulisq; nascens, folijs fere Mercurialis: cuius semen asperum, nigrumq; perdices appetant. Eam quando semina inambulãtium uestibus hæreant, ut græcorum quidam Helxinem dictam uoluerunt, Romani herbam Lapariam. Sic uulgus quoq; per hęc tempora Grapellam nuncupat,

quasi a rapiendo Rapellum dicas. Tertia uero est ea, quam ex eo quod folia caudiculis stellę instar circumherentia habeat, Astericum dicitur: & quod ipsa rapaci quadam lanugine hærere ue stibus possit, a Dioscoride dicta Helxine uidetur. Quod uero tergendis urceolis, uitreisq; uasis experimento sit efficax, a Plinio Vrceolaris, a nobis uulgo quoq; Vitriolum dicitur. Quod ue ro muris, parietibusq; nascatur, a Celso Muralis. 2. de medicina libro, a nostri temporis Medicis recte Parietaria dicitur. Mineruæ sacra, atq; ideo Parthenium dicta, quod eam dea somno monstrauerit.

Vides, ut in nullo deceptus Plinius, si qui illũ legant, intelligãt, ab erro re uindicet? Vides iam conuoluuli huius nostri manifestã calumniã: ut sese suo cum Dioscoride uelut in Pampino contorqueat? Qui suam Parthenium & Chamæmelum uocet, & Solsequium & Millefolium uocari a Romanis affirmet: quibus quidem appellationibus absurdius nihil dici potest, apud eos etiam qui uel mediocriter hærbariam attigerunt: qui & propria illa esse diuersissimarum prorsus a Parthenio hærbarum nomina non ignorant. Et Leonicenus in primo quidem Parthenij genere, pro Pelecyno, quod ueteres & impressi habent codices, Perdicium scribit. In tertio pro Murali, Muraliũ ponit. Et quod de Murali in. 2. de medicina libro Celsus scribit, hic de Muralio in. 3. scribere illum impudẽter affirmat. Tum pro Leucanthe candidi floris hærba, unde & nomen, Cotam nescio quam, Cautam, ut arbitror, Dioscoridis uertens, autumat: nõ albo flore, sed luteo, candidis foliuscũlis coronato: non odore mali, sed Abrotani, ut PLINIVS, uel insuaui ac tristi: si eam quæ Putida cognominatur intelligit. Etiam quod Plinio primus obiecerat, in Nicolaũ ipsum, uehementiusq; aliquanto retorqueri possit: qui non hominũ modo, & rerum similitudine, sed græcę quoq; eruditiõis opinione decept9, plurima intemperanter effudit. Hactenus Collinutius.

Sunt qui Febrifugam appellant, alio nomine & Centauream maiorẽ: quod an ita habeat, disputatum tantum proponimus, ut ansam prębeamus doctoribus, plura de ea herba disquirendi.

VIRES EIVS ET IVVAMENTA.

Matricaria herba Absinthij & Centaureæ uires habet, & uel comesta, uel uentri cataplasmata, uentris tormina discutit. Ante accessionem in uino cocta, & comesta, febrem depellit. Pellit menstrua, uermes & urinã.

AVTORES.

Dioscorides libro tertio.
Herm. Barbarus.
M. Vergilius.
Nicolaus Leonicenus.
Pand. Collinutius.
Pandectarius.
SERAPION.

C

D



Reynfarn.

A

De Tanaceto Secunda specie Matricariæ & Parthe-niorum, Rhapsodia XLVI.

TANACETVM herbam uulgarem, posteriores Medici omnes Apium rusticum, Matricariam mediam, Artemisiam domesticam, & Herbam S. Mariæ appellant, Germanice, Reynfarn. Wurmkraut. Baurencpff. Non esse illam, quam ipsi ex Dioscoride Ambrosiam, & Athanasiam demonstrat, M. Vergilius facit, ut credam: cuius hæc in Ambrosiam est annotatio.

Non inter herbas aliquas fluctuans & uagum nomẽ tantum quondam Ambrosiæ fuit, sed quodcunq; odoris, aut cibi suauitate placeret in pöetis scriptoribusq; alijs, eodem hoc nomine ab antiquis dicebatur, & quasi immortalitatem utentibus faceret, sic appellata illis fuit. Frequens & notum ubiq; nomen, ignota tamen res, & inter herbas non facilis inuentu: alijs aliter eam ostendentibus, & cum Artemisia miscentibus fere cunctis. Audent tamẽ nostræ ætatis herbarij eam ostendere, trium dodrantum altitudine, & altiorem aliquando herbam, ut hic ait, ramosam, semine per totum caulem racemoso, sed longe maioribus q̃ Rutæ folijs: & quod hic ait, nunq̃ florentibus racemis, lanuginosis, papposisq;, nullo nec uini, nec alterius rei odore. Quo fit, ut in peregrina Italiæ, ut nos credimus, herba nihil pro comperto constituere audeamus. Plinius. 27. uolumine, capite. 4. integrum scriptoris huius caput commentationibus suis inseruit: cum tamen non multo antea libro. 25. capite septimo de Artemisia agens, dixisset. Sunt qui in mediterraneis eodem Artemisiæ nomine uocant simplici caule, minimis folijs, odore non iniocundo, quam quidam Botryn, alij Ambrosiam uocant. Ex quo manifeste deprehenditur, quod paulo ante diximus, uagum per multa Ambrosiæ nomen esse: plantas, cibos, & pocula, eousq;, ut Athenienses hoc nomine omnigenas fruges, oleum, uinum, laticesq; alios, quos Dijs in ara offerrent, Ambrosiã nominarent. Nobis inclinat animus, ut peregrinam nostro orbi, peculiarẽq; Cappadociæ herbam existimemus. nam quæ a nostris herbarijs hoc nomine ostenditur, uulgaris, & ubiq; nascens, inuentu facillima est, præsertimq; ex capitulorum racemis, quos habet pappis plenos, nunq̃ a nobis florere uisos.

Pandectarius de TANACETO.

B

Pandectarius de Tanaceto sic habet. Altera Artemisia Tagetes nominatur, quæ tenera est, semen habens minutum, & unã hastam folijs plenã. Nascitur in locis mediterraneis, & altioribus. Florẽ mellinũ atq; tenuem, et iucundiorem, comparatione alterius Artemisiæ. Hæc a grecis uocatur Tagetes, uel Tanacetũ, & nos in lingua latina uocamus eã Thamasiam, uel Athanasiam. Male Latine

VIRES eius & Iuuamenta ex eodem Pandectario.

Artemisia quæ Tagetes appellatur, facit ad uesicæ dolorem, & stranguriam, succo dato ex uino drach. ij.

Febricitantibus ex aqua calida cyathis. ij. datur.

Tosta cum axũgia & aceto, coxarum dolori medicatur, ligata usq; ad tertium diem.

Vt infantem hilariorem facias, suffumiga Tanacetum, & omnes simul incursiones malorum auertet.

Neruorum dolorem, & tumorẽ pedũ tritum cum oleo, mirifice sanat.

Idem pręstat in dolore pedum, si in potione sumatur.

Ex HIERONYMO Herbario.

Tanacetum calores extinguit, si epithimetur.

Vermes interficit, & potum, & comestum semen.

Pellit & urinas, & calculos.

C

De CHAMAEMELO TERTIA specie Parthenij, Rhapsodia XLVII.

DE NOMENCLATVRA EIVS. & generibus ex Dioscoride. lib. 3.

ἀνθέμισ. χαμαίμηλον.

ANTHEMIDA aliqui Leucanthemon, alij Heranthemon, quoniam uere floreat, alij Chamæmelon, quoniam mali odorem habeat, nonnulli Melanthemon, alij Chtysocomam, alij Calliam, Romani Mallium, Aphri Astertiphen appellant. Genera eius tria, tantum flore distantia. Rami palmum non excedunt, fruticosi, alis multis, concaui. Tenuibus ramulis, rotundis capitulis, floribus in medio aureis, forinsecus orbiculato ambitu, candidis, mellinis, aut purpureis, magnitudine foliorum Rutæ. Nascitur in asperis, & iuxta semitas. Colligitur uere.

VIRES, ET IVVAMENTA EIVS.

Vim habent radices, flores, & hærba excalefaciendi, extenuandiq́ꝫ.

Potu & insessione pellunt menstrua, partus, urinam, calculosq́ꝫ.

Aduersus inflationes, & ilij tormenta bibuntur.

Bilem suffusam expurgant.

Iocinerum uitia sanant.

Decocto earum uesicæ fouentur.

Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc proprie Heranthemon uocant.

D

Ea cui Leucanthemo nomen est, item quæ Chrysanthemō dicitur, uehementius urinam ciunt.

Aegylopijs illitæ medentur.

Commanducatæ, ulcerum eruptiones in ore sanant.

Nonnulli in clysteribus ex oleo utuntur.

Teruntur in farinam ad abigendos febrium circumitus.

Flores & folia recondi debent, & priuatim tusa, in pastillos digeri.

Radix quoq́ꝫ siccari: dumq́ꝫ ingruit necessitas, binæ partes hærbæ dari, modo floris, aut radicis pars una, modo cōtra: floris partes duę, & herbæ una, permutatim duplicato pondere alternis diebus.

Bibere autem oportet in uino mulso diluto.

COROLLARIVM HERM. BARbari super Chamæmelo.

Plin lib. 22. cap. 21. Theo. lib. 7. cap. 15.

Anthemis, quæ & Leucanthemis uocatur, pro ea quæ Chamæmelon uulgo dicitur, magnis est ab Asclepiade celebrata laudibus. Theophrastus Anthemon, & Anthemion appellat, quam Dioscorides Anthemida, & Hippocrates (ut arbitror) Euanthemon. Duo genera constituens. Vnum eius, quæ ab radice dumtaxat foliata sit. Alterum quæ caule tantum. Deflorere incipit utrunq́ꝫ cacuminibus, cum cæteræ ab imo incipiant. Flore candido, in orbem medijs herbaceo. Semini colos q flori. Decidere hoc sicut & spinosis, conceptaculo inani relicto. Theodorus Anthemon pro Melanthio uidetur intellexisse, ut qui Nigellam interpretatus sit. Reponuntur Anthemidis bores in coronamenta, sed collecti uere. Est & saltationis apud Athenæum cuiusdam popularis nomen Anthema, cum illo ioculari numero.

Anthema.

Vbi Rosa, ubi Viola, ubi florens Apium?
Vbi hæc Rosa? ubi hæc Viola? ubi hoc florens Apium?

A

Ex M. Vergilij commentario de Chamæmelo.

In Athemide hac nulla est ex tam multis appellationibus, quæ non certam & rei coniunctã significationẽ habeat. Omittimus quas hic ipse declarauit, Euanthemõ, q̈ uere floreat, & Chamæmelum, q̈ pomi odorem habet dici. Cęteræ etiam ex floris colore, odoreue cõsensu aliquarum gentium factæ sunt: quæ ut interiorem, exterioremue floris colorem magis amauerant, sic Leucanthemon a colore albo, aut Chrysanthemon, Chrysocomenue a flauo auri colore eam indicauerunt. Vtroq; enim modo in scriptore hoc legitur. Quemadmodum ab odore Mali quẽ habet, Melanthemon. Mali enim florem ea uox significat. Libet his addere a Theophrasto libro de plantarum historia octauo, sæpius genere neutro Anthemon dictam fuisse. Et qui passim in gręcis modo leguntur, dodranteles ramuli, in uetustissimis utriusq; gentis codicibus, duorum dodrantum altitudine herbam describunt. Nec multo post, ubi passim legitur, κλωνάρια μικρὰ λεπτὰ φυλλάρια, legi oportere, non ramulos, sed foliola. Prius enim de ramis actum fuerat, tunc autem de folijs herbæ agendum erat. Indicant id uetustissimi græcorum codices, & antiqua Dioscoridis interpretatio: quorum ope nos quæ miscuerant alij interpretes, redire in sua loca cõegimus: diximusq;, foliolis paruis, tenuibus, numerosisq;. &c. Cætera in Chamæmelo satis nota per se sunt, ideoq; a nobis longius non tractanda.

VIRES & Iuuamenta eius ex Aemilio Macro.

Anthemium magis commendat laudibus autor
Asclepius, quam Chamimolam nos, uel Chamomillã
Dicimus, hæc multum redolens est, & breuis herba.
Herbę tam similis, quam iusto nomine uulgus
Dicit Amariscam, quæ fœteat, & sit amara,
Vt collata sibi uix discernatur odore.
Autores dicunt species tres illius esse,
Quas solo florum distingui posse colore
Tradunt. Est cunctis medius flos aureus illis:
Sed uarijs folijs flos circumcingitur ille,
Albi, uel nigri sunt, purpureiue coloris.
Dicitur Anthemion proprie, cuius foliorum
Purpureus color est, maiorq; & fortior hæc est.
At Leucanthemion, folijs deprenditur albis.
Mellinis Chrysanthemon. uis omnibus illis
Sicca, calensq; gradu primo conceditur esse.
Prouocat urinam cum uino quælibet hausta.
Vesicæ frangit lapides, & menstrua purgat,
Si foueatur aqua matrix qua cocta sit herba,
Aut si cum uino potetur sæpius illa.
Tormina sic sedat, stomachiq; inflatio potu
Pelletur tali, squamas de uultibus aufert,
Si tritam apponas solam, melliue iugatam.
Ictericis prodest eius decoctio sumpta,
Et mire prodest iecoris potata querelis.
Pellere cum uino potata refertur abortum.
Hac oleo cocta foueas si febricitantem,
Frigus depelles, febrem quoq; sæpe fugabis.
Vnguine purgantur hypocondria turgida tali.

B

C Pestiferos morsus serpentum, pondere drachmæ
Cũ uino prohibet Anthemis sumpta nocere.
Plinius affirmat hanc quadraginta diebus
Vnaquaq; die bis sumpta pondere drachmæ,
Cum geminis cyathis uini subtilis & albi,
Cum lotio, sensim totum purgare lienem.
Aegylopas curat, si quis commasticet illam,
Et sic apponat. sic ulcera sordida purgat.
Ebullire caput febris feruore grauatum
Sæpe solet, uel collectis humoribus in se,
Vlcera producit (uocat Exanthemata Græcus)
Hæc decocta uirens oleo Chamomilla repellit.
Quod si defuerit uiridis, maceretur aceto,
Et caput inde lauet, nullum magis adiuuat unguen.

EX IOANNNE VIGONIO.

Chamomilla est calida & sicca in primo.

Virtus eius est, resoluere sine attractione, cum aliquali mollificatione, et loci cõfortatione.

D Ideo eius oleum Benedictum nominatum est, quia resoluit sine attractione. Et decoctio eius cum extremitate absinthij, & radice Liquiriciæ, Fœniculi, & Petrosilij, Asparagi, & quatuor seminibus frigidorum, cum Iuiubis, & Sebesten, in uino granatorum, & aqua Endiuiæ, & zuccaro dulcorata, & ieiuno stomacho sumpta, ad medietatem cyathi, urinam potentissime prouocat, lapides expellit, dolorem splenis, hepatis, et illorum mitigat, atq; etiam ictericiam sanat.

Oleum benedictum.

EX AVERROI.

Chamomilla prę alijs proprietatẽ habet in mitigando doloris uentris.

Confectio olei Chamęmillæ ex PALLADIO.

Per olei libras singulas Chamęmillæ herbę florente aureę medietatis, proiectis albis folijs, quibus flos ambitur, unciarum singularum põdus infundas, & .40. diebus in sole constitues.

Cotula fœtida. A



Krottendyll.

DE COTVLA fœtida, Quarta specie Parthenij, Rhapsodia XLVIII. B

PANDECTARIVS, ET SIMON Genuensis.

COTVLA, VEL Cotularia, alia fœtida, alia non fœtida. Fœtida est planta similis Chamomillæ folijs & flore: quæ a Græcis uocatur Parthenion, Germanice, Hundts blům / oder Krottendyll. Est alia Cotula non fœtida, quæ uocatur Bichar Arabice, Latine, Oculus uaccæ, uel Oculus tauri, Græce, βούφθαλμος, Plura super ea herba mihi

Cotula duplex.


C non constant. Suspicor esse, quam supra in descriptione Matricariæ, Leonicenus uocauit Cautam, Cottam, & Cotam.

ANNOTATIO CVIVSDAM DOcti in Cotulam fœtidam.

Crescit in segetibus uulgo herba, adeo similis Chamomillæ, ut frequenter etiam herbarios decipiat: cum folijs & floribus nihil penitus differre uideatur: odore tamen est tetriore. Germani eam herbam Caninam, siue Florem Caninum uocant. Odor eius capiti obest, & si crebro utaris, Phrenesim inducere creditur. Forte hanc Dioscorides putauit esse Parthenion, quando illam odore subuiroso esse ait. Crescit inter segetes, & iuxta semitas, intermixta fere semper Chamęmilo. Quod autē potum cum melle, adinstar epithimi, pituitamq; atq; bilem per interiora de- ,, trahere Dioscorides adserit Parthenion, ideoq; Melancholijs, & suspi- ,, riosis medicari, indicat ipsum uim habere euacuatoriam, fortioremq; q̃ Chamæmilon: quod ego facile cum ex odore, tum etiam ex gustu illius herbæ iudicauerim: quam Germani Cynobothanen, siue Cynanthemin, uocant, hoc est, quod antea dixi, Florem Caninum. Quanquã eam in usu esse non uideam, quare nihil etiam ausus sum diffinire. Quantum

Cynobothane. Cynanthemis.

D uero attinet ad tres species Anthemidis a Dioscoride descriptas, quarum una albos, altera purpureos, tertia uero mellinos flores habeat, puto de illis herbis esse dictum, quas frumentarias uulgo appellamus: inter quas sunt quæ flores habent purpureos. Quidam Melanthion esse arbitrantur, eo quod semen nigrum habeat: sed Melanthion odoratius esse conspicitur. Verum locus subobscurus est, quare alijs coniecturam permittimus.



Ringelblům.



Gänßblůmen.

A

DE QVINTA SPECIE PARTHENII, id est, Oculo bouis, uel Vaccino, siue Cotula non fœtenti. Rhapsodia XLIX.

DIOSCORIDES, lib. 3. de Buphthalmo.

BVPHTHALMON quidã Cachlam uocãt, alij Balsamenã, Magi Hæmoran, alij Mercurij geniturã, alij Aphthitis semen, aut Mnesitheũ, Romani Cappacoraniã, Aphri Narat. Tenues emittit cauliculos, mollesq́ꝫ, folia Fœniculi, luteũ florem Anthemide maiorẽ, oculi similitudine. Vnde nomẽ traxit. Circa oppida nascitur, & in campestribus. Flores cũ cærato triti, tumores duriciasq́ꝫ discutiunt. Aiunt epotã post exitũ a balneis, regio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.

HERM. BARB. Corollarium de Buphthalmo.

Buphthalmos, siue Buphthalmon, siue ut Hippocrates Euanthemon, fruticosa caulibus, qui & mãdunt decocti. Flores huius maiores multo, acrioresq́ꝫ sentiunt, q̃ Anthemidis. Differt a Butomo frutice palustri, Orchomenio lacu plurimo, caule inoffensissimo, peculiari quodã læuore, folio harũdinis angulari, fructu nigro, Mali amplitudine, sexu duplici. Mas fœcũdus, fœmina uitiliũ ad nexus utili. Pars ab radice tenera mãdit, puerorꝫ cibo grata. Buphthalmon uero eandẽ esse cũ Chrysanthemo uocata, puto, de qua Quarto lib. Diosco. hæc ipsa repetit. Facitq́ꝫ q̃d Alcman poëta, Calchan, siue Cachlan, hoc est, Buphthalmon, ita noĩat, ut aureũ torquẽ ex huius cõstare floribus oñdat, χρύσιον ὅρμον ἐκὸν ῥαδινὰν πετάλοισι κάχλαν. Nicolaus Damascenus lacũ sub Alpes esse scribit, multorũ stadiorꝫ circũitu, ubi toto fere anno flores suauissimi odoris & coloris præstãtissimi per ambitũ uisant, similes Buphthalmo. Non uident hæc Buphthalmos esse, quã rustici Bouis oculũ, et Cotulã cognomẽto, fœtidã ab odore appellant, pratensam herbam: cũ eius candidi flores sunt, Buphthalmi uero lutei, ut Dioscor. & alij testant: etiãsi cætera satis cũ ea congruãt. Est et alia Buphthalmos, de qua in Cucumere syluestri diximus. Buphthalmon Dioscor. et Hæluron dici meminit. Ego & Hælurion uocari quandam stirpem lego apud Photionẽ: diuersa, nec ne sit, haud constat. Porro Hæluros animal est, q̃d nos Felem appellamus, uulgo, ut quidã interpretant, Cattus: q̃d & Aegiluros quoq́ꝫ dicitur a poëtis. Inuenio & Chalcan uocari purpurã, & herbæ genus, quo purpura tingit, apud Photionẽ grammaticum.

B

Annotatio M. Vergilij in eandem Buphthalmum.

Quæ Solis oculũ Parthenion uocari caussa fecerat, per ambitũ floris radiata folia, et in medio disc⁹ colore luteo, eadẽ similẽ illi Buphthalmon noĩari fecit. Figura floris eñ in utraq́ꝫ paulo minus q̃ꝫ eadẽ: sola magnitudo discrimen facit. Eãq́ꝫ ob caussam, nomen hæc sibi a maiore maioris quadrupedis oculo inuenit, Bouisq́ꝫ oculus dici uoluit: & si a magnitudine oculi simpliciter potius dictã forte aliqs nõ male credat, p̃sertim dicẽte hoc ipso simplicit esse ὀφθαλμοειδῆ, q̃d tantũ figura & specie oculi significat. Plinius tamẽ .25. uolumine, cap. 8. his uerbis eã describit. Est et Buphthalmos similis boum oculis. Quẽ nos secuti, Bouis oculũ interp̃tati simus.

Mihi apparet eum esse florem, quem uulgus hodie uocat Germanice, Genſʒbluom: sed plane fœminam, quem & adpinximus. Nam masculam luteis in circumferentia foliolis, proinde tauri oculum referentibus, hac uice habere non licuit. Nisi eum uelimus, quẽ idem uulgus Caput Monachi, Germanice, Ringelbluom: id quod & alijs uideo placere. Quare & illum dedimus. Quanq́ꝫ rectius hanc Chrysion, uel Chrysanthemon liceret uocare.

Otho.
,,
,,

Serapion de oculo Bouis cap. 158.

Bichar habet stipitẽ mollem, & folia similia folijs Maratri: & flos eius est citrinus, plus flore Chamomillæ, similis flori Cotulæ: & ideo nominant eam quidam hoc nomine.

Acuitas & mordicatio sunt in ea plus q̃ꝫ in Chamomilla, & resolutio eius est amplior resolutione ipsius.

AVICENNA libro secundo.

Bichar est, quæ nominatur Keusen, id est, oculus. Rosa eius est citrini coloris, rubea, in medio grossior rosa Chamomillæ. Calida est in secundo, sicca in primo.



Güt Heynrich.

De Mercuriali Sexta specie Parthenij

A

RHAPSODIA L.

¶ NOMENCLATVRAE Mercurialis Herbæ,

Græcæ, παρθένιον. λινόζωστις.

Latinæ, Mercúrialis, Linzostis. Parthenion. Herba Herculis. Vnguentaria.

Germanicæ, Bingelkraut. Scheyßkraut. Mistmilt. Hundtsmilt. Scheyßmilt. Speckmalten. Schoßmelden. Kůwurtz.

Historia Mercurialis ex Plinio, libro uicesimoquinto, capite quinto.

LINOZOSTIS, siue Parthenion, a Mercurio inuentus, ideo apud Græcos Hermupöan multi uocant: eã apud nos oẽs Mercurialẽ. Duo eius genera, masculus: & fœmina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, Ocymo angustioribus folijs, geniculis densis, alarum cauis multis, semine in geniculis dependente, semine copioso, Mari iuxta genicula stanti rariore ac breui, contortoq́ꝫ, fœminę soluto & candido: & folia Maribus nigriora, Fœminis candidiora: radix superuacua, prętenuis. Nascuntur in campestribus cultis.

De ratione nominis Mercurialis M. VERGILIVS.

B

COMMENDAT se statim diuino nomine Mercurialis herba, uulgaris alioquin, uinetisq́ꝫ et cãpis fere omnibus nascens: aliq̃bus locis tam copiosa & efficax, ut sapore suo uina etiã inficiat, & bibentibus ingrata reddat. Vna, pręcipuaq́ꝫ illi in deijcienda aluo naturæ uis est, et a cunctis in medicinæ usu recepta. Numerauit, quo diximus in Polypodio capite M. Cato et hanc inter ea quæ familiã rusticam ad deijciendam aluum docebat, monens non multum ex ea accipiendũ esse. Quæ uis q̃m communis illi cum pluribus alijs est, non uidetur diuino nomine ornare eam debuisse. Credimusq́ꝫ nos, quod in extremo capite ex aliorũ fide a Dioscoride, & a Plinio. 25. uolumine, capite. 5. traditum est, diuini eius nominis caussam illi fuisse. Id enim magis Deum hominibus ostendisse decuit, rarum, incognitũ, multisq́ꝫ omnibus seculis optatum: qui aut dum ægre ferunt, plures sibi nasci filias: uxorũq́ꝫ suarꝫ in eo sexu fœcunditatẽ calamitosam sibi fore animaduertunt: aut dum nominis sui memoriã, generis subsidiũ, hęredes familiæ, & reipub. ciues post se quotidianis uictimis & precibus reliq̃sse optant. Qua ratione alia præstare id sibi possent, a Deo cognouerũt. Factumq́ꝫ ex eo est, ut Græci ἑρμοῦ πόαν, id est, Mercurij herbam, latini Mercurialem uocauerint: notam uulgo, ut diximus, & quæ ob nimiã soluendi uim, quam habet, pro maledicto in gente nostra etiam nunc sit:

De eius temperamento Auerrois, lib. 5. Colliget.

Mercurialis calida est, & sicca in primo gradu: & est composita ex substantijs contrarijs, hoc est, stiptica, acuta, & aquea: & inest ei quando est recens, ut leuiter purget, ita quod est in principio primi gradus in medicinis purgatiuis: & ideo datur in principio febrium, ante digestionem: sicut dantur cassia fistula, tamarindi, & his similia. Et qui biberit ex succo mediam libram, purgat choleram grossam & phlegma. Et si coquatur in uino quando est recens, consolidat magna uulnera, & sanat ulcerationẽ factam ab adustione ignis. Et si folia ipsius coquãtur in aceto, ualent multum passioni splenis. Et flos suus ualet in hoc amplius. Et ex succo eius fit

C caputpurgium: & tunc ualet multum materijs discurrentibus antiquis ad aures & ad nares.

IVVAMENTA eius ex Dioscoride libro quarto.

Vtraq; in oleribus manditur, ad aluum ciendam.

Cocta in aqua, epoto iure, bilem, aquamq; detrahit.

Constat, ut mares gignantur hanc facere, ut fœminæ illam, si a purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur.

Ex PLINIO.

Hippocrates miris laudibus prædicauit Mercuriales, easq; ad hunc modum medicorum nouit nemo.

Ille eas uuluę cũ melle, uel rosaceo, uel Irino, uel lirino admouit. Item ad ciendos menses, secundasq;.

Hoc idem præstare potu, fotuq; dixit.

Instillauit auribus surdis succum, inunxitq; cum uino uetere.

Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriæ, & uesicæ.

Decoctum eius dedit cum Myrrha & Thure.

Aluo quidem soluendæ, uel in febri, decoquitur quantum manus capiat, in duobus sextarijs aquæ ad dimidias: bibit sale & melle admixto, necnon cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius.

D Purgationis caussa, putauere aliqui utramq; dandam, siue cum malua decoctum.

Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum lędunt.

Eadem Oribasius, Euporiston lib. primo.

Ex IOANNE VIGONIO.

Mercurialis elixata cum brodio gallinarum, & cũ zucchàro sumpta, uentrem stipticum potenter mollit, & euacuat. Capo decoctus cum Mercuriali, deinde eius brodium per os adsumptum, uentrem molliendo, humorem crudum, & choleram nigram purgat.

Ex HIERONYMO Herbario.

Mercurialis herbæ aqua combusturas extinguit, & dolores mitigat.

NOTIO.

Non me pręterit, esse, qui Vulnerariam herbam, quę uulgato nomine inscribitur Güthcynrich, alteram Mercurialis herbæ speciem constituant, uiribus & iuuamentis per omnia etiam æqualem. Hoc adeo monere uolui, quod supra etiam testati sumus, ab alijs etiam inter Dracontia hanc censeri: quare utrobiq; illam posuimus.

❡ De Septima specie Parthenij PARIETARIA, RHAPSODIA LI.

DE hac herba, lege Corollarium Barbari, & disceptationem Leoniceni & Collinutij, supra in Matricariæ herbæ descriptione. Nam inibi Plinius explicatur, et quid ille de Parietaria senserit. Inter Parthenia uero ad numerari, uno ore confirmant omnes, inprimis uero Apuleius.

A

De NOMENCLATVRA.

ἑλξίνην græce uocant, siue ἑλξίτιν. Latine, Parietariam, Muralium, Perdicium. Vicariam. Vitriolam. Parthenion. Sideritim. Germanice, S. Peterskraut. Tag vnd nacht.

Εἰκὼν eius ex Dioscoride lib. 4.

Folia habet Mercurialis hirsuta, cauliculos leuiter rubentes, & circa eos ueluti semina aspera, adherentia uestibus. Nascitur circa turres & parietes: alicubi etiam circa sepes.

Admodum diserta, & scitu digna obseruatio circa Parietariam, per M. Vergilium, & inibi de ratione nominis Helxines, & eius alijs speciebus.

PLVRIBVS, & inter eas aliq̃t plantis alijs communibus Helxine appellationibus quondã indicata est. Testant̃ in grecis id Grecorũ medici, qui Helxinẽ primo Perdiciũ, Partheniũ, Sideritim, & Heracleam uocari aiunt. Mox & Cissampelũ. Duobusq; capitibus de eiusdem nominis herba agentes, neq; easdem utriq; uires tribuentes, duas manifeste Helxines eodẽ nomine, sed diuersa natura constituisse uidentur. Præter eos Nicander etiam in Theriacis suis Parthenij primum, mox Helxines facta mentione, utrãq; contra uenenata laudauit. ἐν καὶ ἑλξίνην, τήνοι κλύβατιν καλέουσι. Quo loco interpres eius, Clybatim, Sideritim, Parthenium, & Perdicium, & omnibus his unam eandemq; plantam uocari ait: iterumq; καὶ μὴν παρθένιον. &c. Iterumq; idem interpres testatus est, Parthenium a quibusdam Helxinem, & Perdicium nominari. In latinis Plinius lib. 22. cap. 17. his uerbis græcos secutus est. Helxinem aliqui Perdicium uocant: quoniam Perdices ea præcipue uescantur: alij Sideritim: nonnulli Parthenium. Non licet in tam concordi tot testium fide, tam multis appellationibus dictam fuisse quondam Helxinem, non fateri. Non ideo tamen credendum, unam duas esse plantas, notis & uiribus diuersas. Oportet enim in cognominibus unum esse quod primo, uere, & per se nomine illo indicetur; tum ex similitudine ad id nomen alia admitti: quæ genus suum seruantia, in parem nominis tantum societatem, cõmunionemq; adoptione illa ueniant. Esse autem duas Helxines, dissimiles naturæ inter se notæ ostendunt: & post naturam antiquiores græci, præsertimq; Paulus Aegineta priuati, seorsũq; his uerbis de utraq; in. 6. agẽs ἑλξίνη δὲ οἱ δὲ περδίκιον, ὃν δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρίτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν. δύναμις δὲ αὐτῆς ῥυπτικὴ καὶ ἀτρέμας μεθ' ὑγρότητος ὑποψυχρον. Quod est. Helxine sunt qui Perdicium, qui Parthenium, qui Sideritim, qui Heracleam uocent. Vis eius est absterſione purgare, & cum frigida humiditate aliqua sensim leniterq; adstringere. Estq; hæc Helxines capite hoc a Diosc. tractatæ ex Paulo historia, & medicina. Post quam statim idẽ ait. ἑλξίνη καὶ κισσάμπελος διαφορητικῆς ἐστὶ δυνάμεως, id est, Helxine, quæ Cissampelos dicitur, discutiendi uim habet. Huius nulla est in Diosc. historia. Habent quidem impressi, & plęriq; alij codices, in fine capitis additam magis q̃ a principio descriptam breuissimam eius historiam & medicinam, & quæ huic scriptori accreuisse manifeste uideatur. Eam alij interpretes suis æditionibus coniunxerunt. Nobis, qui opus hoc eo consilio suscępimus, ut ex meliorum fide omnia in Dioscor. instaurentur, contra uetustissimos, eosdemq; optimos testes uertere ea nõ placuit: præsertim discordi eius ab antiquis medicina, quam in discutiendo Paulus Aegineta, codices uero illi in soluenda aluo esse dixerunt. At duæ sunt Helxinæ, fatemur id quidem: non ideo tamen in Dioscoride legenda quæ illi parum conueniant, & alijs discrepant. Potuit enim huic scriptori satis esse, inter alterius appellationis huius generis meminisse: aut quod in plærisq; alijs factũ est, perijsse huic capiti altera hæc Helxine. Ex his duas esse Helxines ratiocinari facile est. Alteram Mercurialis herbæ folijs, ut hic ait: ut autem Plinius, mixtæ similitudinis inter Plantaginẽ, & Marrubium: alteram Hederæ, in uinetis nascentem, ideoq; Cissampelon uocatam. Illam primo & per se dictam: hanc illi congenerem, aut similem saltem; similemq;, ut nos opinamur,

B

C in tenaci uestium nexu illo. Hæc enim Helxines præcipua nota est, & unde factū illi nomen fu-
it. Quærendum post hæc etiam, unde tot aliæ illæ appellationes ad Helxinem irrepserint: non
utrāq;, sed ut nos credimus, priorē illā, quę semina fert in capitibus lappaceis, uestibus adhærē
tia. Possunt euentus eius in alijs plures esse causæ. Sed cur Perdiciū dicta fuerit, nulla, præter a
Plinio & Theophrasto allatam: q̄ scilicet semine eius perdices notissimæ aues uescunt: herbam
q; fodiunt, & in ea uolutantur. Iussit hoc nomine uocata uti Absyrtus, ueterinariæ medicinæ
graecus autor, contra iumentorum tussim. Verba eius sunt. βοτανὴν ἣν ῥωμαῖοι περδίκιον καλοῦσι.
Celsus etiam secundo medicinæ suæ libro, Muralem herbam nominans, hanc intellexisse cre-
ditur: quoniam parietes & muros natalem sibi locum fecerit. Ob quam causam a multis ali-
quot locis Parietaria nunc etiam dicitur. Hic etiam ἐν φραγμοῖς καὶ τοίχοις, id est, macerijs et muris
nasci ait. Sunt hactenus appellationes hæ priori huic Helxinę proprię ex diuer sis causis illi as-
signatæ: Sideritis uero, & Parthenion alijs plantis proprię, huic uero additæ, & ex similitudi-
ne aliqua receptę. Credimusq; nos, Helxinem ideo Sideritim dictā, q̄ utraq; Marrubio folio sit.
At hic Mercurialis herbæ folio Helxinem describit: alij tamen, præsertimq; Plinius mixtæ si-
militudinis inter Plantaginem & Marrubium. Vtraq; folio aspera est. Sola enim asperitate ue-
stes tenaci nexu hæc retinet. Vtraq; etiam inter saxa nascitur. Cur autem Parthenios quondam
diceretur, nō satis modo nobis constat. Quæ hoc nomine dicta proprie fuerit, Anthemidi con
gener herba est, superiore uolumine inter Chamæmalum & Bouis oculum tractata. Cæteris,
quæ plures in medicæ materiæ disciplina sunt, addita, & ex similitudine recæpta ea appellatiō
est. Siquidem & Artemisia Parthenion dicta est. Esse autem Parthenion Helxines appellatio-
nem, non genus, manifeste indicat Paulus Aegineta: q cum de Helxine egisset, non multo post
proposita Parthenio, id tantum ait, εἴρηται ἐν τῇ ἑλξίνῃ. quod est, Dictum in Helxine: quasi per
se Parthenion nulla est, sed ex multis una Helxines appellatio. Vulgo fere nota Muralis, Parie-
tariaq; hæc Helxine, Quemadmodum contra cognitu difficilis quæ Cissampelos primo: eam
q; ob causam nominata est, q̄ Hederæ folio in uinetis nascitur: ex qua eius natura factæ aliæ il-
læ appellationes etiam sunt, Melampelon, & Cissanthemon. Omnes enim coniunctum sibi He
deræ nomen habent, natalis loci, & foliorum eius index. Obseruatū pluribus locis in scriptore
hoc a nobis est, plantarū genera, non nomina appellationibus his ab eo numerari. Factūq; id
hoc loco credimus: qm̄ sunt quæ in nominibus his utriq; generi Helxines seorsum competant:
D discreuisseq; eas ex his quæ hactenus dicta sunt, non erit legentibus difficile. Adijciemus illud
etiam, quam hic polyonymon, id est, multi nominis appellationem Helxines esse ait, ad priorē
illam pertinere. Ea enim est quæ tam multis nominibus indicatur.

Absirtus grecus,

VIRES eius & Iuuamenta.

Folia refrigerandi, spissandiq; naturam habent.

Qua ex caussa sanant illitu ignes sacros, adusta, cōdylomata, incipien-
tes panos, tumores, inflationesq;.

Succus eius cum cerusa, ignibus sacris, & ulceribus quæ serpunt, aptis-
sime illinitur. Imponiturq; podagris cū hircino seuo, aut cęrato cyprino,

Veterē tussim adiuuat, cyatho hausto.

Tonsillis inflamatione turgentibus, utilissime & gargarizat & illinit.

Succus in aurium dolore iuuamen præstat.

EX APVLEIO.

Est Parietaria, ut græci ferunt, uirtutis stipticæ: deniq; ad similes cau-
sas ut Arnoglossos herba adhibetur.

Herba Perdicialis coquitur in aqua, & eadem aqua fouebis pedes, uel
genua: deinde ipsam tusam cum axungia, impones pedibus, panno in-
ductam, uel supra genua, sanabit mire.

EX IOANNE VIGONIO.

Parietaria calida est & sicca in tertio, uidelicet folia. Est uero semen
eius frigidum & humidum. Tametsi alijs placet, frigidæ & stipticæ esse
complexionis. GALENVS tamen octauo simplicium pharmaco-
rum, capite Helxine, dicit. Semē eius uirtutem habet expurgandi leuiter,

cum aliquali ſtipticitate, cũ frigiditate & humiditate ſociata. Paritaria in ſuper, in patella calefacta, cum modico uini, & parũ petroſilij foliorum, una cum creſſonibus pectini applicata, potentiſſime urinam prouocat: & ſupra uentrem, ordine iam dicto impoſita, inteſtinorum dolorẽ tollit. A

Inſuper decocta cum maluis, roſis, abſinthio, matricaria, furfure, & ex corticatis fabis, deinde piſatis omnibus, & cum ſapa iterum bullitis, uſq; ad ſpiſſitudinem ſolidam, poſtmodum more emplaſtri adminiſtratis omnibus, lacertorum attritionibus, & muſculorũ contuſionibus optime opitulatur.

❡ De Artemiſia Octaua ſpecie Parthenij Rhapſodia LII.

❡ NOMENCLATVRAE

Græcæ, ἀρτεμισία. ἀνακτίριον. τοξητεσία.

Latinæ, Artemiſia. Serpillum maius. Rapium. Herba regia. Valenthina. Olus regium. Parthenis.

Germanicæ, Beyfüſs. Bucken. S. Johans gürtel. Sonnen wendel.

Hiſtoria Artemiſiæ ex Plinij lib. 25. cap. 7.

ARtemiſiam inuenit prima, & oſtendit Artemiſia uxor Mauſoli, quæ antea Parthenis uocabatur. Sũt qui ab Artemide Artemiſiam cognominatam putent: quoniam priuatim medicatur fœminarum malis, Abſinthij autem modo fruticoſa, maioribus folijs, pinguibuſq;. Ipſius duo genera, altera latioribus folijs, altera tenerioribus, & non niſi in maritimis naſcens. Sunt qui in Mediterraneis eodem nomine appellãt, ſimplici caule, minimis folijs, flores copioſi erumpentes. Cum uua matureſcit odore non iniucundo, quam quidam Botrya, alij Ambroſiam uocant. Talis in Cappadocia naſcitur. B

❡ De Artemiſiæ nomenclatura & origine M. Vergilius. De differentia præterea illius ab Matricaria, quam ſupra primam Parthenij ſpeciem poſuimus.

In multo nominum ambitu & honore quondam Artemiſia fuit. Parthenis, id eſt, uirginalis primo dicta, quod uirgo Dea ſcilicet nomen illi dederit. Mox βασιλικὸν λαχάνον, id eſt, regium olus. Tum ex eadem cauſſa, Anactorium. Anactas enim Græci uocant. Epheſia a regione dicta eadem eſt. Quemadmodum a præſenti remedio & ope, Sozuſa, id eſt, ſalutaris. Romani Regiam herbam Græcorum exemplo: & ſi recipiendum id ſit, a ſimilitudine, Serpillum maius dixerunt. Et hæc antiquioribus Artemiſiæ nomẽclatura fuit: Ex poſterioribus alij in Cannabis genere Artemiſiam numerauerunt: congenerem illi facientes, & eodem illi nomine eam indicantes. Alij Matricariam, notum omnibus olus eſſe Artemiſiam teſtati ſunt. Quod non aliunde, ut credimus, quàm ex duplici eius genere factum eſt. Quæ enim ab hoc ſcriptore Monoclonos, a Plinio aũt ſimplicis caulis nominatur, non diſſimili penitus figura, præſertimq; ob ſingularem, quẽ profert caulẽ, a Cannabe deſcribitur. Quæ cõtra Abſinthij modo fruticoſa ab hoc, & ab alijs traditur, facile ob quas habet uires ad noſtri orbis, & noſtræ ætatis Matricariã transferri potuit. Quod & ſi græcorũ de Artemiſia hiſtoriæ oĩno non reſpondeat, nec certo aliquo autore confirmari poſſit, non reijciendum tamẽ penitus eſt. Egregia eñ in mulieribus. Dico aũt nunc muliebria, quę Gręci γυναικεῖα uocãt. Longius in Acoro a nobis tractata Artemiſiæ uis eſt. Credendũq;, non aliunde quàm a matricibus poſteriori Matricariæ nomen feciſſe poſteriores.

De Temperamento eius.

Calefaciunt oẽs eius ſpecies in ſecũdo ordine, areſaciuntq;, aut in primo largo, aut ſecundo incipiente, ſuntq; mediocriter tenuium partium.

A Vires eius et Iuuamenta ex Dioscoride lib. 3.

Feruefactę conuenienter Artemisiæ, in muliebres desessus adĳciūtur, ad detrahendos menses, partus, secundasq;.

Item ad pręclusiones uuluæ, & eiusdem inflammationes. Calculos cōminuunt. Remoratam urinam cient. Menses pellunt, pubi illitæ.

Succus uuluæ illitus ex Myrha, eadem quæ insessio trahit.

Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

EX APVLEIO.

Herbam Artemisiam monocaulon, si quis iter faciens, eam secum in manu portauerit, non sentiet laborē itineris. Fugat et dęmonia, et domi posita prohibet mala medicamenta, auertit oculos maloℝ hoīm. Cū axungia tusa & imposita, dolorē pedū tollit. Pisata quoq;, & in puluerem redacta, cum aqua mulsa, potui data, intestinorum dolorem sedat.

EX PLATEARIO.

Artemisia mater herbarū dicitur, est calida & sicca in quarto gradu. Folia eius magis cōpetūt usui medicinæ q̄ radices, & uiridia magis q̄ sicca.

Valet cōtra sterilitatem factam ex humiditate: nam si ex siccitate esset, obesset. possunt autem hæc satis perpendi ex complexione mulierum. s. an sit corpulenta, uel macilenta. Datur autem cum puluere Bistortæ, & nucis Muscatæ, & zuccharo, per modum electuarĳ. Prodest tamen magis si balneatur in aqua, in qua cocta sit Artemisia, & folia Lauri.

Ad menstrua prouocanda fiat pessarium ex ea, uel decoctio.

B Contra tenasmonem, recipiat patiens fumum colophoniæ per anum positæ super carbones: deinde calefaciat Artemisiam super tegula, & calefacta ponat super lapidē molarē, & desup sedeat infirmus. Probatū est.

Contra glandulas, quæ nascuntur iuxta anum, fiat prius circa eas scarificatio: postea ponat puluis Artemisię, & Marrubĳ. Contra hemigraneā detur opiata aliqua cum aqua calida, uel cum uino decoctiōis Artemisiæ.

EX IOANNE VIGONIO.

Artemisia est calidę, et siccę complexionis circa tertium. Eius posse, est loca neruosa confortare. Et bullita cum uino & rebus anodinis, in forma epithimi administrata cum spongia, uel lotione facta in eius decoctione, ut supra, loca neruosa potentissime confortat, cum aliquali resolutione. Valet etiā mirabiliter in tenasmone a frigiditate causato, isto modo. Recipe Colofoniam puluerizatam, cum nuce Cypressi, & aliquantulum thuris: deinde pone puluerem super prunis ignitis, & recipe fumum: postea habeas Artemisiam in debita quantitate, recentem, & calefactam super tegula, prius irrorata uino stiptico: super quam sedeat patiēs: quia mirabiliter tenasmonem sedat, & est medicina experta.

EX HIERONYMO Herbario.

Aqua Artemisię somnum inducit. Facit procrescere barbam illita. Tineas capitis exterit. Ictericiam expellit. Et hydropisi incipienti medetur. Stomachum confortat, & pectus. Lassitudinem, & defatigata membra refrigerat illita. Partus accelerat, bibita pondere unc. i. Fœtū mortuum expellit pondere unc. iĳ. pota. Mala quoq; accidentia, & tumores, & alia reprimit & pellit quæ mulieribus circa pudenda accidere solent. Tussim mitigat, pota mane & sero. Vrinam ducit & calculos. Renes opilatos aperit. Venenorum quoq; unica antidotus est.

¶ FINIS.

RHAPSODIARVM Catalogus.

INDEX Contentorum.

¶ F

¶ G

¶ H

¶ I

¶ L

¶ M

¶ N

¶ O

¶ P

¶ Q

¶ R

¶ S

CONTENTA Appendicis sequentis.

De usu & administratione Simplicium, per eundem OTHONEM BRVNNFELSIVM.

CVM OMNIS disciplina tribus potissimum constet, præceptione scilicet, usu, & imitatione, tum maxime in re medica: adeo non est postremus usus rerum, ut si nescias tractare & applicare quod multo sudore didiceris, non solum nullam frugem effeceris, uerum multorum etiam cum periculo peccaueris. Operepretium igitur nobis facere uidemur, si post herbarum & cognitionem, & uires, earum etiam aliquam methodum præscribamus, quibus scilicet niti auxiliis, quaue ingredi uia debeant, qui illas laborantibus aliquando sunt exhibituri. Siquidem uidemus hic labi magnos etiam medicos, imo & agyrtas & empiricos, nedum eos qui ex uulgo sunt, qui nullam rerum cognitionem habent. Qui cũ simplicibus rebus morbos aliquando aggrediuntur, adeo nihil efficiunt, ut magno etiam cum ęgrorũ dispendio morbos deteriores faciant, ac subinde desperatos, & incurabiles reddant. Atq; haud scio, an sit alia perniciosior pestis medicinæ, q̃ quod dissimulatis philosophiæ rationibus, & primis eius elemẽtis, inepti quidam, & Thessalij asini, quiduis propinant cuilibet, idq; pro quolibet, nullo adhibito iudicio, nullis consyderatis circumstantijs, cui sexui, quo tempore anni, in qua ætate, quo in loco, & cui morbo singula sint ministranda. Quo fit tandem, ut non solum nullos consequantur effectus rerum, uerumetiam artem ipsam ludibrio exponant. Nec mihi dubium est, quin omnis ille Simplicis medicinæ contemptus, inde irrepserit, quod cum stultis hominibus, non protinus omnia responderẽt eorum stupori, ignauiam ineptorum artificum, reiecerunt in uanitatem scientiæ & naturæ: ut plane expediuisset, nulla hactenus herbaria scripta fuisse: cum illa tam multis exitio fuerunt. Refert igitur, ut in Compositorum pharmacis, ita & in Simplicium rerum effectibus contemplari: non quid herba ipsa solum in libro polliceatur, uerum quo tempore etiã culta sit, quo in loco prouenerit, quando collecta, quomodo seruata, quantum uirens & succulenta, quantum exiccata, & arida ualeat, quo temperamento sit, qua proportione itẽ ministranda. De quibus cum referti habeantur Medicorum libri, a nobis tamẽ sic dicentur compendio singula, ut qui nostra legerit, admoneatur eorum fere omnium, quæ alij prolixis commentarijs prosequuntur, nouo scribendi genere, idq; adeo per tabulas. Quod artificium, præterq̃ quod uehementer utile existit, etiam succinctum est, & plurimum oblectat: ꝓinde memoratur facilius. Eas uero tabellas anteq̃ proferamus, prius pauca quędam ex Plinio, Dioscoride, Theophrasto, Varroneq;, et Columella de re rustica, deq; hortorum cultu, præmittemus. Sunt enim & hæc omnia quæ uiam præmuniunt ad exactam herbarum cognitionem: qu æ tametsi Doctoribus perspecta habentur, tamen inopia librorum compressis, non mediocre sunt compendium. Aliogn & in toto opere nihil oportuisset citasse autorum, cum omnia ex alijs autoribus transcripserimus. Etiam antea aliquoties monuimus, & nũc denuo contestamur, malle nos ingenue fateri per q̃s ꝓfecerimus, q̃ nostra stribiligine, nequissime ueteres autores ad uerbum transcribere, neq; nominare. Quod cum hodie faciant quidam, qui antiquata gloria ueterum (qui tamen lõge melius, longeq; doctius scripserunt) & alienos labores suos faciunt, Germaniæ lumina uocantur. Poteramus & nos tragicum aliquod huiusmodi moliri, nisi obnoxij plane animi esset, & infelicis ingenij, ut inquit Plinius, deprehẽdi in furto malle, q̃ mutuum reddere, cum præsertim sors fiat ex usura. Sed omissa contentione, ad nostram Isagogen pergamus.

¶ De his qui latine usus Herbarum scripserunt, & quando ad Romanos noticia earum peruenerit. Item de Herbarum inuentione, & antiqua medicina, & quare hodie minus exerceantur earum remedia. ex Plinij libro uicesimoquinto, capite secundo.

MINVS hoc q̃ par erat, nostri celebrauere, omnium utilitatum & uirtutum rapacissimi. Primusq; & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit. Boum etiam medicamina non omissa. Post eum unus illustrium tentauit C. Valgius, eruditione spectatus, imperfecto uolumine ad diuum Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maiestas. Ante condiderat solus apud nos, quod equidẽ inueni, Pompeius, Lenæus, Magni Pompei libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros peruenisse animaduerto. Nam-

C q̃ Mithridates, maximus ſua ætate regum, quem debellauit Pompeius, omnium ante ſe geni-
torum diligentiſſimus uitæ fuiſſe, argumentis præterq̃ fama intelligitur. Vni ei excogitatum,
quotidie uenenum bibere, præſumptis remedijs, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo
inuenta genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumãt,
ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis, quoniam ueneno uiuerent. Ad illum Aſcle
piadis medendi arte clari, uolumina compoſita extant, cum ſollicitatus ex urbe Roma, præce-
pta pro ſe mitteret. Illum ſolum mortalium Mithridaten .22. linguis locutum certum eſt: nec de

Mithridates.

ſubiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis .56. quibus regna-
uit. Is ergo in reliqua ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curioſus, ab hominibus ſub-
iectis, qui fuere pars magna terrarum, ſingula exquirens, ſcrinium commentationum harum
& exemplaria, effectusq; in arcanis ſuis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus,
transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Lenæum, grammaticæ artis doctiſſimum, iuſſit: ui
tæq; ita profuit non minus q̃ reipublicæ uictoria illa. Præter hos Græci autores medicinæ pro
didere, quos ſuis locis diximus. Ex his Euax rex Arabum, qui de ſimplicium effectibus ad Ne

Euax.

ronem ſcripſit: Crateias, Dionyſius, Metrodorus rõne blandiſſima, ſed qua nihil pene aliud q̃
„ rei difficultas intelligatur. Pinxere namq; effigies herbarũ, atq; ſubſcripſere effectus. Verum &
„ pictura fallax eſt ex coloribus tam numeroſis, præſertim in æmulatione naturæ: multumq; de
„ generat tranſcribentium ſors uaria. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi, cum qua-
„ dripartitis uarietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri ſermone eas tradidere. Aliqui effigie
quidem indicata, & nudis quidem plærumq; nominibus defuncti: quoniam ſatis uidebatur,
poteſtates uimq; demonſtrare quærere uolentibus. Nec eſt difficile cognitu. Nobis certe, exce-
ptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari ſcientia Antonij Caſtoris, cui ſumma au

Antonius Caſtor.

toritas erat in ea arte noſtro æuo, uiſendo hortulo eius in quo plurimas alebat: centeſimum æ-
tatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria, aut ui
gore concuſſis. Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Iuuenta iampridem ratio eſt præ
nuncians horas, non modo dies ac noctes, ſolis lunæq; defectum. Durat tamen tradita perſua-
ſio in magna parte uulgi, ueneficijs & herbis id cogi: in eo namq; fœminarum ſcientiam præ-
ualere. Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliæq;, inprimiſq; Italica Circe, dijs
D etiã adſcripta? Vnde arbitror natum, ut Aeſchylus e uetuſtiſſimis in poetica re, refertam Itali-
am herbarum potentia proderet. Multiq; Circæios agros, ubi habitauit illa, in magno argumẽ
to etiamnum durante in Marſis, a filio eius orta genere, quos eſſe domitores ſerpentium con-
ſtat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus alias in admiratio-

Homerus

ne Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, tum etiam cum rigaretur Aegyptus illa, non
autẽ eſſet, poſtea fluminis limo inuecta. Herbas certe Aegyptias a regis uxore traditas ſuæ He-
lenæ plurimas narrat, ac nobile illud Nepenthes, obliuionem triſticiæ ueniamq; afferens, & ab
Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium quos memoria no
uit, Orpheus de his herbis curioſius aliqua prodidit. Poſt eum Muſæus & Heſiodus Polion
herbam in quantum mirati ſunt, diximus. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones commendauere.
HOMERVS & alias nominatim herbas celebrat, quas ſuis locis dicemus. Ab eo Py-
thagoras clarus ſapientia, primus uolumen de earum effectu compoſuit: Apollini, Aeſcula-
pioq;, & in totum dijs immortalibus inuentione & origine aſſignata: compoſuit & DEMO
CRITVS, ambo peragratis Perſidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegyptiq; magis. Adeo
q̃ ad hæc attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus hiſtoriarum
autor, in prima earum tradidit, occiſum draconis catulum reuocatum ad uitam a parente her-
ba, quam Balin nominat: eademq; Tillonem, quem draco occiderat, reſtitutum ſaluti. Et Iuba
in Arabia herba reuocatum ad uitam hominem tradit. Dixit Democritus, credidit Theophra-
ſtus, eſſe herbam, cuius contactu illatæ ab alite, quam retulimus, exiliret cuneus a paſtoribus ar
bori adactus. Quæ etiam ſi fide carent, admirationem tamen implent: coguntq; confiteri, mul-
tum eſſe, quod uero ſuperſit. Inde & plæroſq; uideo exiſtimare, nihil non herbarũ ui effici poſ-
ſe, ſed plurimarum uires eſſe incognitas, Quorum numero fuit Herophilus clarus in medici-
na: a quo ferunt dictum, quaſdam etiam fortaſſis calcatas prodeſſe. Obſeruatum certe eſt, in-
flammari uulnera ac morbos ſuperuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Hæc erat anti-
qua medicina, quæ tota migrabat in Greciæ linguas. Sed quare nunc non plures naſcuntur
cauſæ? Niſi quod eas agreſtes, literarumq; ignari experiuntur, utpote qui ſoli inter illas uiuant.
Præterea ſecuritas quærendi, obuia medicorum turba. Multis etiam inuentis nomina deſunt,
ſicut illi quam retulimus in frugum cura, ſcimuſq; defoſſam in augulis ſegetis præſtare, ne qua
auis intret. Turpiſſima cauſſa raritatis, quod etiam qui ſciunt, demonſtrare nolunt, tanquam
ipſis periturum ſit quod tradiderint alijs. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in
repertis, alias inuenit caſus, alias (ut uere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi

canis morsus, pauorem aquæ, potusq; omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in prętorio mater uidit in quiete, ut radicem syluestris rosæ, quam cynorhodon uocant, eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam in lacte (in Lusitania res gerebatur, Hispaniæ proxima parte) casuq; accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expauescere, superueniret epistola orantis ut pareret religioni: seruatusq; est ex insperato: & postea quisquis auxilium simile tentauit. Alias apud autores cynorhodi una medicina erat, spongiolæ, quæ in medijs spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum, caulem pollicari crassitudine, uersicoloribus uiperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedium. Alius est quem nos in priori uolumine eiusdem nominis diximus, sed huic alia figura, aliudq; miraculum exeuntis e terra ad primas serpētium uernationes bipedali fere altitudine, rursusq; cum ijsdem in terram se condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens, uel hoc per se satis officioso naturæ munere, si tantum præmoneret, tempusq; formidinis demonstraret.

¶ Alia herbarum laus, ex eodem Plinio libro uicesimoseptimo, capite primo.

CRESCIT APVD me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantoque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset uideri etiam rerum naturæ ipsius munificētia, si humani operis esset inuentio. Nunc uero deorū fuisse eā apparet, aut certe diuinam, etiam cum homo inuenerit: eandemq; omnium parentem genuisse hæc & ostendisse, nullo uitæ miraculo maiore, si uerum fateri uolumus. Scythicam herbam a Mæotidis paludibus, & euphorbiam e monte Atlante, ultraq; Herculis columnas, & ipso rerum naturæ defectu, parte alia britannicam ex oceani insulis extra terras positis: itemque æthiopidem ab exusto sideribus axe, alias præterea aliunde ultro citroq; humanæ saluti in toto orbe terrarum portari, immensa Romanę pacis maiestate, non homines modo diuersis inter se terris gentibusq;, uerumetiam montes, & excedentia in nubibus iuga, pastusq; pecorum & herbæ quoq; inuicem ostentant. Aeternum quęso deorum sit munus istud. Adeo Romanos, uelut alterā lucem, dedisse rebus humanis uidentur.

¶ De LAVDE AGRICVLTVRAE EX MARCO CATONE initio operis sui.

EST INTERDVM præstare populo, mercaturis rem quęrere, ni tam periculosum fiet, & item fœnerari, si tam honestum fiet: maiores enim nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem duplici condemnari, fœneratorem, quadrupli. Quanto peiorē ciuem existimarunt fœneratorem, q̄ furem, hinc licet existimari. Et uirum bonum cum laudabant, ita laudabāt, bonum agricolam, bonumq; colonum, amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem strenuum, studiosumq; rei querendæ existimo, uerum, ut supra dixi, periculosum, & calamitosum. At ex agricolis, & uiri fortissimi, & milites strēnuissimi gignuntur, maximeq; pius quæstus, stabilissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus, minimeq; male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.

¶ Quod antiquis maximum studium Agriculturæ fuerit, & de hortorū singulari diligentia, ex Plinio libro. 18. capite primo.

SEQVITVR natura frugum hortorumq; ac florū, quæq; alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt, uel per se tantum herbarum immensa contemplatione, si quis æstimet uarietatem, numerum, flores, odores, coloresq;, & succos ac uires earum, quas salutis aut uoluptatis hominum gratia gignit: qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adesse cunctorum parenti iuuat, quanq̄ inter initia operis defensæ. Quoniam tamē ipsa materia intus accendit ad reputationem eiusdem parientis & noxia, nostris eam criminibus urgemus, culpamq; nostram illi imputamus. Genuit uenena, sed quis inuenit illa pręter hominem? Cauere ac refugere alitibus ferisq; satis est. Atq; cum in arbores exacuant limentq; cornua elephanti, & duro saxo rhinocerotes, & utroq; apri dentium sicas, sciantq; ad nocendum se præparare animalia, quod tamen eorum tela sua excepto homine uenenis tingit? Nos & sa-

C gittas ungimus, & ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus & rerum naturæ elementa. Ipsum quoq; quo uiuitur aerem in perniciem uertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus, quæ quidē quæ præpararent contra serpentium dimicationem, quæ post prælium ad medendum excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hominem ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne ijs quidem quæ nascuntur contēti: etenim quando plura earum genera humana manu fiunt. Quid? non & homines quidem ad uenena nascuntur? Atra hominum ceu serpentium lingua uibrat, tabesq; animi contrectata adurit culpantium omnia, ac dirarum alitum modo, tenebris quoq; & ipsarum noctium quieti inuidentium gemitu (quæ sola uox eorum est) ut inauspicatarum animantium uice obuij quoq; uetent agere, aut prodesse uitę. Nec ullum aliud abominati spiritus prēmium nouere, q̄ odisse omnia. Verum & in hoc eadem naturæ maiestas tanto plures bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in ijs quæ iuuant aluntq;: quorum æstimatione & gaudio nos quoq;, relictis æstuatione suæ istis hominum turbis, pergamus excolere uitam: eoq; constantius, quo operæ nobis maior q̄ famæ gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est, agrestesq; usus, sed quibus uita honosq; apud priscos maximus fuerit.

De ijs qui in agri & hortorum cura Romæ illustres fuerunt, ex Plinij libro decimooctauo, capite tertio.

QVAE NAM ergo tantæ ubertatis caussa erat? Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (ut fas est credere) gaudēte terra uomere laureato, & triumphali aratore, siue illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademq; diligentia arua disponebant, qua castra, siue honestis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curiosius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores, Serranum, unde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dictaturam, & quidem (ut tradit Norbanus) nudo plenoq; pulueris etiamnum ore. Cui uiator, Vela corpus, inquit, ut proferam senatus populiq; Romani mandata. Tales tum etiam uiatores erant, quibus idipsum nomen inditum est, subinde ex agris senatum ducesq; accersentibus. At nunc eadem D illa uincti pedes, damnatæ manus, inscripti uultus exercent: non tamen surda tellure, quæ parens appellatur, coliq; dicitur & ipsa, honore hinc assumpto, ut nunc inuita ea, & indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse quæ fuerunt Imperatorum. Igitur de cultura agri pręcipere principale fuit & apud exteros. Siquidem & reges fecere Hieron, Philometor, Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Pœnus etiam Mago: cui quidem tantū honorem senatus noster attribuit Carthagine capta, ut cum regulis Africæ bibliothecas donaret, unius eius duodetriginta uolumina censeret in latinam linguam trāsferenda, cum M. Cato pręcepta condidisset, peritisq; linguę Punicę dandum negocium: in quo pręcessit omneis uir tum clarissimæ familię D. Syllanus, sapientiæ compositissimę. Quos sequeremur prætexuimus in hoc uolumine, non ingrate nominando M. Varronem, qui octogesimum primum uitæ annum agens, de ea re prodendum putauit.

Laus Agricolarum, & quæ obseruanda in agro parando, ex Plinij lib. 18. capite quinto.

FORTISSIMI uiri & milites strēnuissimi ex agricolis gignuntur, minimeq; male cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica operi ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emptum est, semper pœnitet. Agrum paraturos, ante omnia intueri oportet aquarum uim, & uicinū. Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius æstimari iubet, quo pacto niteant. In bona est, inquit, regione bene nitere. Attilius Regulus ille Punico bello bis consul, aiebat, neq; fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neq; effœtis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti in pestilentibus durāt. Præterea sunt quædam partibus anni salubria: nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre. Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, num solum sua uirtute ualeat qua dictum est positione. Vt operariorum copia prope sit, oppidumq; ualidum: Vt nauigiorum euectus uel itinerum: Vt bene ædificatus & cultus. In quo falli plerosq; uideo. Segniciem enim prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaq; Cato, de bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroq; ut homini, quamuis quęstuosus

sit, si tamen & sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro quaestuosissimā iudicat uitem: A non frustra, quoniā ante omnia de impensae ratione cauit. Proxime hortos irriguos: nec id falso, si & sub oppido sint. Et prata, quae antiqui parata dixere. Idemq; Cato interrogatus, qui esset certissimus quaestus? respondit: Si bene pascat. Quis proximus? si mediocriter pascat. Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui q̃ minimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. Eodemq; pertinet, q̄ agricolam uendacem oportere esse dixit. Fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, aedificandum non nisi consito agro. Tunc quoq; cunctanter, optimumq; est (ut uulgo dixere) aliena insania frui, sed ita, ut uillarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitet, saepius uentitare in agrum: fontemq; domini plus prodesse q̃ occipitium, non mentiuntur.

¶ De hortorum cura, doctrina alia, ex Plinio libro decimonono, capite quarto.

AB HIS superest reuerti ad hortorū curam, & suapte natura memorādam. Et quoniam antiquitas nihil prius mirata est, q̃ & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itemq; Pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyriae rex Cyrus fecerit, de quorum opere alio uolumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam superbus Tarquinius nuncium illum saeuum atq; sanguinarium remisit ex horto. In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur uilla, semper in significatione ea hortus: in horti uero haeredium. Quam rem comitata est & religio quaedam: hortosq; & fores tantum contra inuidentium fascinationes dicari uidemus. In remedio saturnica signa, quanquam hortos tutelae Veneris assignante Plauto. Iam quidam hortorum nomine in ipsa urbe delicias, agros, uillasq; possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus, hortorum magister. Vsq; ad eum, moris non fuerat in oppidis haberi rura. Romae quidem per se hortus ager pauperis erat. Ex horto plebi macellum, quanto innocentiore uictu. Mergi enim credo in profunda satius est, & ostrearum genera naufragio exquiri: aues ultra Phasidem amnem peti, & fabuloso quidē terrore tutas, imo sic preciosiores. Alias in Numidia atq; Aethiopia in sepulchris aucupari, aut pugnare cum feris, mandi ab eo cupientem quod mandat alius. At hercle, q̃uilia haec, q̃parata uoluptati satietatiq;, nisi eadem B quae ubiq; indignatio occurreret. Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta: inueterari uina, saccisq; castrari: nec cuiq; adeo longam esse uitam, ut non ante se genita potet. E frugibus quoq; quoddam alimentum excogitasse luxuriam, ac medullam tantum earum, superq; pistrinarum operibus & caelaturis uiuere, alios pane procerum, alios uulgi, tot generibus usq; ad infimam plebem descendente annona, Etiamne in herbis discrimen inuentum est? Opesq; differentiam fecere in cibo, etiam uno asse uenali. Et in his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant, caule in tantum saginato, ut pauperis mensa non capiat. Syluestres fecerat natura corrudas, ut quisq; demeteret passim. Ecce altiles spectantur asparagi. Et Rauenna ternis libris rependit. Heu prodigia uentris. Mirum esset non licere carduis pecori uesci, non licet plebi. Aquae quoq; separantur. Et ipsa naturae elementa ui pecuniae discreta sunt. Hi niues, illi glaciem potant, poenasq; montium in uoluptatem gulae uertunt. Seruatur algor aestibus, excogitaturq;, ut alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alias, quas mox & illas hyemant. Nihil itaq; homini sic, quomodo rerum naturae placet. Etiam ne herba aliqua diuitijs tantum nascitur? Nemo sacros, Auentinosque montes, & iratae plebis secessus circumspexerit? Mors enim certe aequabit quos pecunia superauerit. Itaque hercle, nullum macelli uectigal maius fuit ROMAE clamore plebis incusantis apud omnes Principes, donec remissum est portorium mercis huius: compertumque, non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius, ac minore fortunae iure, cum credatur pensio ea pauperum. Is in solo sponsor est, & sub die redditus, superficiesque coelo quocumque gaudens. Hortorum CATO praedicat caules. Hinc primum agricolae existimabantur prisci, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matremfamilias (etenim haec cura foeminae dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe carnario aut macello uiuendū est, nec caules ut nunc maxime probabant, damnantes pulmentaria quae egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam carnis desyderia etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno. Expedita res & parata semper, unde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, & quae minime accederent ad desyderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens, fatetur domi uersutam fieri solitam, atque non Indicum piper quaesitum, quaeque trans maria petimus. Iam quoq; in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura praebebant, antequam praefigi prospectus

C omnis coëgit multitudinis innumeræ, ſęua latrocinatio. Quamobrem ſit aliquis & his honos, neue autoritatem rebus uilitas adimat, cum præſertim etiam cognomina procerum inde nata uideamus, Lactucinosq; in Valeria familia non puduiſſe appellari: & contingat aliqua gratia operi curæq; noſtræ: Virgilio quoq; confeſſo, q̃ ſit difficile uerborum honorē tam paruis perhibere. Hortos uillæ iungendos non eſt dubium, riguosq; maxime habendos, ſi contingat pro fluo amne. Si minus, e puteo pertica, organiſue pneumaticis, uel tollenonum hauſtu rigandos. Solum proſcindendum a fauonio, in autumnum præparandum eſt poſt quatuordecim dies, iterandumq; ante brumam. Octo iugerum operis palari iuſtum eſt. Fimum tres pedes alte cum terra miſceri, areis diſtingui, eaſq; reſupinis puluinorum toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis, qua detur acceſſus homini, ſcatebriſq; decurſus.

In his hortis naſcentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroq;, alia ſemine, alia cortice, alia cute, aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnoſis. Aliorum fructus in terra eſt, aliorum & extra, aliorum non niſi extra. Quædam iacent creſcuntq;, ut cucurbitæ & cucumis. Eadem & pendent, quanq; grauiora multo etiam ijs quæ in arboribus gignūtur. Sed cucumis cartilagine. Cortex huic uni maturitate tranſit in lignum. Terra conduntur rhaphani, napiq;, & rapa, atq; alio modo inulæ, ſiſer, paſtinacæ. Quædam uocabimus ferulacea, ut anethum, maluas. Namq; tradunt autores, in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere, baculorum uſum prębere extemplo. Sed & arbor eſt malua in Mauritania Lixi oppidi æſtuario, ubi Heſperidum horti fuiſſe produntur. 200. paſſuum ab oceano, iuxta delubrum Herculis, antiquis Gaditano ut ferunt. Ipſa altitudinis pedes. 20. craſsitudinis, quam circumplecti nemo poſsit. In ſimili genere habebitur & cannabis. Nec non & carnoſa aliqua appellabimus, ut ſpongias in humore pratorum enaſcentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumq; natura diximus, & alio genere tuberum pauloante.

ℂ Ratio rigandorum hortorum, & quæ tranſlata meliora fiant. Item de ſuccis hortenſiorum & ſaporibus, ex Plinij libro. 19. capite duodecimo.

D HIS HORAE rigandi matutina atq; ueſpera, ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tantum & meridiana etiam. Satum celerrime erumpere putant inter initia feruenti aqua aſperſum. Omnia autem tranſlata meliora grandioraq; fiunt, maxime porri, napiq;. In tranſlatione & medicina eſt, deſinuntq; ſentire iniurias, ut gethyum, porrum, rhaphani, apium, lactucæ, rapa, cucumis. Omnia autem ſylueſtria fere ſunt & folijs minora & caulibus, ſucco acriora: ſicut cunila, origanum, ruta. Solummodo ex omnibus lapathum ſylueſtre melius. Hoc inſatiuum rumex uocatur, naſciturq; fortiſsimum. Traditur ſemel ſatum durare, nec unquam uitiari, terra maxime iuxta aquam. Vſus eius cum priſana tantum in cibis leuiorem gratioremq; ſaporem præſtat. Sylueſtre ad multa medicamenta utile eſt. Adeoq; nihil omiſit cura, ut carmine quoq; comprehenſum repererim, in ſabis caprini ſimi ſingulis cauatis, ſi porri, erucæ, lactucæ, apij, intubi, naſturtij ſemina incluſa ſerantur, mire prouenire. Quæ ſunt ſylueſtria, eadem in ſatiuis ſicciora intelliguntur & acutiora. Namq; & ſuccorum ſaporumq; dicenda differentia eſt, uel maior in his q̃ pomis. Sunt autem acres cunilæ, origani, naſturtij, ſinapis. Amari, abſinthij, centaureæ. Aquatiles, cucumeris, cucurbitæ, lactucæ. Acuti tantum cunilæ. Acuti & odorati, apij, anethi, fœniculi. Salſus tantum e ſaporibus non naſcitur, alioquin extra inſidit pulueris modo, & circulis tantum aquæ, ut intelligatur uana, ceu plærumq; uitæ perſuaſio. Panax Piperis ſaporem reddit, magis etiam ſiliquaſtrum, ob id piperitidis nomine accæpto. Libanotis odorem thuris, murrha myrrhæ. De panace abunde dictum eſt. Libanotis locis putridis & macris ac roſcidis ſeritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil a thure differentem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant. Et ſmyrnium olus ſeritur ijſdem locis, myrrhamq; radice reſipit. Eadem & ſiliquaſtro ſatio. Reliqua a cæteris odore & ſapore differunt, ut anethum. Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis, ut non ſolum aliud alio mutetur, ſed etiam in totum auferatur. Apio eximi in coctis obſonijs aceto, in eodem cellario in ſaccis odorem uino grauem. Et hactenus hortenſia dicta ſint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in ijſdem naturę reſtat, quoniam prouentus tantum adhuc, ſummaſq; quaſdam tractauimus. Vera autem cuiuſq; natura non niſi medico effectu prænoſci poteſt, opus ingens occultumq; diuinitatis, & quo nullum reperiri poſsit maius. Ne ſingulis id rebus contexeremus iuſta fecit ratio, cum ad alios medendi deſyderia pertinerent, longius utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus. Nunc ſuis quæq; partibus conſtabunt, poteruntq; a uolentibus iungi.

De morbis hortorum, & remedijs circa formicas, & culices, ex Plinio lib. 19. capite decimo.

MORBOS HORTENSIA quoq; sentiunt, sicut reliqua terræ sata. Namq; & Ocimum se necat, degeneratq; rite in Serpillum, & sisymbrium in calamintam. Et ex semine brassicæ ueteris, rapæ fiunt. Atq; inuicem enecatur cyminũ ab imo dorso, nisi repurgetur. Est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens. Alias priuatim cymini morbus, scabies. Et ocimum sub canis ortu pallescit. Omnia uero accessu mulieris menstrualis flauescunt. Bestiolarum quoq; genera innascuntur. Napis culices, rhaphano erucæ, & uermiculi. Item lactucis & oleri. Vtrisq; hoc amplius, limaces & cochleæ. Porro uero priuatim animalia quæ facillime stercore iniecto capiuntur, condentia in id se. Ferro quoque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, autor est Sabinus Tiro in libro cepuricon, quem Mæcœnati dicauit. Item contra formicas non minimũ hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstrauit, limo marino, aut cinere obturatis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicinæ sunt, siliquas una seri, sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ si omisso iam natę sint, remedium absinthij succus decocti inspersus & sedi, quã aizoum uocant, genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduersus erucas & cancrum fluuiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis uirgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia esse. Infestant & culices hortos, riguos præcipue, si sunt arbusculæ aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

A

Sabinus Tiro.

De qualitatibus Herbarum uestigandis ex colore, odore, & succis, ex Plinij libro. 21. capite septimo.

TROIANIS temporibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hiacynthum. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Odorato sapor raro ulli non amarus, econtrario dulcia raro odorata: itaq; & uina odoratiora mustis, syluestria magis omnia satiuis. Quorundam odor suauior e longinquo est, propius admotus hebetatur, ut uiolæ. Rosa recens a longinquo olet, sicca propius. Omnis autem uerno tempore acrior, & matutinis. Quicquid ad meridianas horas diei uergit, hebetatur. Nouella quoque uetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa & crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur: & omnia in calidis magis q̃ in frigidis. In Aegypto tamen minime odorati flores, quia nebulosus & roscidus aër est a Nilo flumine. Quorundam suauitati grauitas inest. Quædam cum uirent non olent, propter humorem nimium: ut buceros, quod est fœnum græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, ut uiolæ, rosæ, croco. Quæ uero ex acutis succo carent, eorum omnium odor grauis, ut in lilio utriusq; generis. Abrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantum iucundus, reliquæ partes ignauæ, ut uiolæ ac rosæ. Hortensium odoratissima quæ sicca, ut ruta, menta, apium, & quæ in siccis nascuntur. Quædam uetustate odoratiora, ut cotonea, eademq; decerpta, q̃ in suis radicibus. Quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent. Alia non nisi detracto cortice. Quędam uero nõ nisi usta, sicut thura, myrrhæque. Flores triti omnes amariores q̃ intacti. Aliqua arida diutius odorem continẽt, ut melilotos. Quædam locum ipsum odoratiorem faciunt, ut iris, quin & arborem totam cuiuscumq; radices attingunt. Hesperis noctu magis olet, inde nomine inuento. Animalium nullum odoratum, nisi de pantheris quicq; dictum est, si credimus.

B

Buceros, fœnum græcũ.

Quibus temporibus maxime legendæ sunt herbæ, ex DIOSCORIDIS prologo.

VERVM IN PRIMIS curam impendere oportet, ut suis temporibus singula & demetantur, & recondantur. Intempestiue enim decerpta, conditaue, aut nullo, aut euanido munere funguntur. Serena etenim cœli constitutione demetenda sunt. Magni siquidem refert inter colligendum, si uel squallores, uel imbres infesti sint: quemadmodum si loca in quibus prodeunt cliuosa, & uentis exposita sint, & perflata, frigidaq;, & aquis carentia.

C in his enim locis uires eorum longe ualidiores intelliguntur. Contra, quæ in campestribus, riguis & opacis, cæterisq; locis a uento silentibus enascuntur, plerumq; degenerant, & minus ui ribus ualent: multoq; magis, si non suis horis peropportune colligantur, aut si per imbecillitatem intabuerint. Neq; ignorandum, q sæpe præcoci, aut serotina loci natura, aut anni clementia, maturius, aut celerius adolescunt. Nonnulla propria ui hyeme florent & folia pariunt, quædam bis anno florifera. Quare cui in animo est, horum peritiã assequi, necesse est ijs prima germinatione solo emergentibus, adultis, & senescentibus adesse. Nam qui pullulanti herbæ duntaxat astiterit, adultam cognoscere non potest: neq; qui adultam tantũ inspexerit, nuper erumpentem noscet. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum, seminisq; magnitudinem, nonnulli qui olim has ætatum uarietates non perspexerunt, magno in errore uersentur. Quæ caussa etiam nonnullis scriptoribus imposuit, qui herbas quasdam, uerbi gratia Gramen, Quinqfolium, & Tussilaginem, emittere florem, fructum, & caulem negant. Ergo qui sæpius ad uisendas herbas, & earum loca se contulerit, earum cognitionem maxime consequetur. Scire etiamnum conuenit, sola ex herbaceis medicaminibus Veratri genera, nigrum inquam & candidum, multis edurare annis: reliqua a trimatu inutilia. Quæ uero ramis scatent, sicut Stichas, Trixago, Polium, Abrotonũ, Seriphum, Absinthium, Hyssopum, & alia id genus semine pregnantia, demetantur, Flores quoq; antea quam sponte sua decidant, Fructus autem ut maturi excutiantur necesse est, & semina ubi siccari cœperint, priusq; defluant. Herbarum succus, & foliorum elici debet, germinantibus adhuc cauliculis. Lac & lachrymæ excipiantur, inciso per adolescentiam caule. Radices, & liquamenta, corticesue, ut recondantur, eximere conuenit, cum hærbæ suis folijs exuuntur. Siccantur etiam expurgatæ inibi, locis aspergînem non redolentibus: sed quæ luto, aut puluere sunt obsitæ, aqua elui debent. Flores, & omnia quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis nullo situ obductis reponantur. Nonnunq; charta, aut folijs semina, ut perennent, apte inuoluuntur. Liquidis medicaminibus densior materia, argentea, uitrea, aut cornea conuenit. Fictilis, etiamsi modo rara non sit, accommodatur, & lignea, præsertim e buxo: sed ænea uasa liquidis oculorum medicamentis, quæ aceto, pice liquida, aut cedria componuntur. Adipem autem & medullas stagneis uasis recondi conuenit.

D

De differentijs HERBARVM ex historia plantarum THEOPHRASTI.

¶ Parteis primæ, maximæ, communesq; PLANTARVM sunt

Radix, Ramus,
Caulis, Surculus,

Radix, id sunt, quo alimentum attrahitur.

Caulis, in quod alimentum defertur.

Rami, q a caule fissi multiplices sparguntur.

Surculus, quod ex his indiuiduum, simplexq; oritur.

¶ Secundæ partes.

Cortex. Lignum.
Matrix, id est, medulla.

¶ His quædam quasi annuæ parteis accedunt, quæ partui fructuum accommodantur.

Folium. Flos.
Pediculus, id est, quo folium dependet.
Capreolus. Muscus.
Semen. Fructus.
Neruus. Vena. Caro.

¶ Partes nouissimæ.

Humor. Liquor. Lachryma.

¶ De NERVIS.

Nerui ac uenæ per se quidem nominibus carent, quadam uero similitudine, nomina partium animalium consortiuntur.

Neruos habent, fissilia, prælonga, continua.

Venæ neruo similes, sed maiores, crassioresq;, & ramulos, humoremq; habentes.

Caro omnibus dimensionibus diuidi potest.

Cortex pars ultima, & a subiecto corpore separabilis.

Matrix, quod in medio ligni tertium a cortice continetur, uelut medulla in ossibus. Nonnulli appellant id, Cor.

Lignum, quod ex neruo & humore, nonnulla etiam carne.

¶ De constitutione prædictorum.

Hæc cum indurescunt, transeunt in lignum. ut Palma, Ferula.

Matrix ex carne & humore cõalescit.

Cortex quidem ex tribus illis. ut Roboris, Populi, Pyri.

Quædam ex humore & neruo. ut Vitis.

Folia, ex humore & carne.

¶ Prima nascentium DIFFERENTIA.

Arbor. Frutex.
Suffrutex. Herba.

ARBOR est, quod radice, caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum, aut facile dissolubile assurgit. ut Olea, Vitis, Ficus.

Frutex quod ab radice caudice multiplici ramosumq; se attollit. ut rubus, paliurus.

Herba q̃d ab radice foliatũ sine caudice prouenit, semẽq; caule fert. ut frumẽta, atq; olera.

❡ Secunda differentia ARBORVM.

Sunt enim

Vrbanæ.	Steriles.
Syluestres.	Floriferæ.
Fructiferæ	Flore carentes.

❡ Tertia differentia DE ARBORVM Formis.

Formis quoq; in ipsis differentiæ totorum atq; partium patent.

Magnitudo.	Mollicia.
Paruitas.	Leuitas.
Duricia.	Asperitas corticis.

Foliorum pulchritudo.
Bonitas & prauitas fructuum.

❡ Quarta differentia PLANTARVM.

Quædam non nisi in aquis uiuunt.
Quædam in terra sicca tantum.
Aliæ in paludibus.
Aliæ in lacubus.
Aliæ in fluuijs.
Quædam in ipso etiam mari.
Quædam in littoribus.

❡ Quinta differentia PLANTARVM.

Aliæ proceræ. ut,
Abies. Pinus. Cupressus.

Quædam caudice breui. ut,
Salix. Ficus. Punica.

Quædam item
Caudice uno. Minus ramosæ.
Pluribus. Crassæ.
Ramosæ. Tenues.

Cortice tenui sunt,
Lau rus. Tilia.

Cortice grosso,
R O B V R.

Cortice leni.
Malus. Ficus.

Cortice scabro.
Robur. Suber. Palma.

Hæ cum adolescunt, leniori cortice sunt: cum succrescunt, crassiore.

Quibusdam cortex cadit. ut,
Portulacæ. Vnedoni. Arbuto.

Quibusdam cortex carnosus. ut,
Suberi. Robori. Populo.

Alijs neruosus & macilentus. ut,
Viti. Arundini. Tritico.

Alijs multiplicibus tunicis. ut,

Tiliæ.	Lino.
Abieti	Genistæ.
Viti.	Cæpis.

Alijs simplex. ut,
Fico. Arundini. Lolio.

❡ Sexta differentia ab ARBORVM MEDVLLIS.

Aliæ {
Habent medullas.
Carnosam medullam.
Lignosam.
Membranæ similem.
Carent medullis.
}

Medullam carnosam habent
Vitis. Ficus. Punica.
Sambucus. Ferulæ.

Lignosam medullam habent
Larix. Abies. Pinus.

Duriorem & spissiorem.
Cornus. Ilex. Morus.
Robur. Cytisus
Ebenus. Celtis.

Quæ quidem coloribus distant.
Magnam atq; perspicuam,
Ilex. Robur.
Paruam, incertioremq;,
Olea. Buxus.

Nomen enim in his distincte spectatur.
Nullam.
P A L M A.

❡ Septima differentia a RADICIBVS.

Multas & longas Radices habent
Ficus Robur Platanus.
Paucas
Punica Malus.
Vnam tantum
Abies Pinus.

Quibus una tantum prægrandis descendit.
Nodosas & uillosas.
O L E A.
Altas
R O B V R.
Lignosas
O Z Y M O N.
Carnosas.
Beta Aron Hastula regia.
Ex carne & cortice.
Raphani Rapæ.
Geniculatas.
Harundines Gramina.

❡ Octaua differentia PLANTARVM.

Aliæ nodosæ. Aliæ Enodes.

C

Enodes

Iuncus Tipha Gladiolus

Palustrina, & quibus cortex leuis

Nodosæ

Sambucus Olea

Laurus Pinaster

Ficus Oleaster

Ex quibus quædam minus, quædam uero magis nodosæ.

Mares frequenter fœminis nodosiores, in quibus uterque sexus habetur.

Quod in arboribus Nodus, in Vitibus uocatur Gemma, in Harundinibus Geniculum, in Vlmo & Robore Crade uocatur.

¶ Nona differentia PLANTARVM & Arborũ.

Quædam longę. ut,

Abies Cupressus Palma.

Et quæ simpliciore assurgunt caudice.

Quædam in ramos sparguntur. ut,

Punica Malus.

Quædam decurtatæ plus fructus afferunt. ut,

Vitis. Quæ uero

Non truncatæ, minus afferunt.

D

¶ Vndecima differentia PLANTARVM, & Arborum.

Ex Vrbanis

Quædam perpetuo uirent. ut,

Olea Palma Laurus.

Pini genus quoddam

Myrtus Cupressus.

Ex Syluestribus

Abies Sabina Pinaster.

Iuniperus Smilax Thuia.

Et ea quam Archadę Phellodryn appellant.

Tilia Ilex

Cedrus Celastrus

Picea Phillyca

Myrica Acuta spina

Buxus Apharca.

Arbores in Agro Elephantino.

Quercus in agro Thurio.

Platanus in Creta.

Platanus alia in Cypro.

Quæ monte Olympo proueniunt.

Potulaca Arbutus

Terebinthus Laurus.

Potulaca & Vnido folia inferiora dimittũt, cacuminibus perpetuo uirent, ramisque assidue præpostere gignunt.

Ex Fruticibus

Ruta Sansucum

Brassica Serpillus

Rosa Libanotis, idest, Rosmarinus

Viola Apium

Abrotanum Aequapium

Papauer, & syluestrium genera complura.

Ex Fruticibus.

Hedera Rubus Harundo

Rhamnus Cedrula

Ex his nõnulla cacumine perdurant, amissis reliquis. ut,

Apium Aequapium Origanum.

Nam & Ruta affligitur atque mutatur.

Quædam cito germinant, & tardius mittunt folia. ut,

AMYGDALA.

Quædam tardius germinant & æque citius amittunt folia. ut,

MORVS.

Citius amittũt folia, quæ in locis arctibus: tardius quę in humidis. Item citius ueteranæ, tardius nouellæ plantulæ.

¶ Decima differentia a FOLIIS.

Vertunt supinas parteis foliorũ mox post solsticium Aestiuum

Olea Vlmus

Tilia Populus.

Eorum argumento rustici solsticium confectum intelligunt.

Quædam ampla folia habent. ut,

Vitis Ficus Platanus.

Quædam angustiora. ut,

Olea Punica Myrtus.

Rara

Pinus Abies Cedrus.

Carnosiora

Cupressus Myricæ Malus.

Et in fruticum genere Stibia.

Ex herbis carnosa.

Semperuiuum Polion.

Harundinacea

Palmæ Gladiolus

Coici Butomos.

Et quæ foliis angularibus constant

Orbiculata. ut,

PYRI.

Oblonga. ut,

MALI.

In acutum producta. ut,

HEDERA.

Serrata & multifida

Abies Filix.

Vitis quoque aliquatenus fissa, Fici.

Insecta

Vlmus Robur Nux auellana.

Quædam cum extremo, tum lateribus sinuata considunt.

Ilex Robur Smilax

Rubus Paliurus.

Quibusdam spinæ pro folio sunt. ut,

Acorni Drypodi.

Acani, omnique peneque generi spinoso

Folium nullum habet
ASPARAGVS.
Pediculo carent
Scyllæ Bulbi.
Pediculos longos habent
Vitis Hedera.
Breues
OLEAE.

¶ De Oleribus duodecima differentia.

Quibusdã statim ab radice orit̃ olus. ut,
Cepe Intybo erratico
Allio Hastulæ regiæ
Scillæ Isirinchio
Bulbo atq; in totũ bulbosis.
Quibusdam folijs iam perfectis. ut,
Lactucæ Rubo Paliuro.

¶ Tredecima differentia.

Quædam sunt folijs
Multis Ordinatis
Paucis Inordinatis.
Quædam folijs
Magnis Paruis Angustis
Leuibus Cauis
Aculeatis Asperis.
Quædam dependent ab
Radice Germine Ramo
Caule Pediculo.
Quędam fructũ super folijs gerũt. ut.
Laurus Alexandrina.

¶ De CONSTITVTIone foliorum.

Constant folia
Neruo Fici
Cortice ut
Carne Vitis.
Quædam ex neruo tantum. ut,
Harundinis Frumenti.
Humor communis omnium est.

¶ De Pediculis.

Pediculorum
Alij ex neruo tantum constant. ut harundinis, frumenti.
Alij ex eisdem, quibus caulis.

¶ De natura FLORVM.

Florum alij ex
Cortice Vena Carne.
Carne tantum, ut qui inter folia nascuntur.

¶ De natura FRVCTVVM.

Fructuum
Alij ex carne & neruo.
Alij ex carne tantum.
Nonnulli ex cute.
Quædam ex humore & neruo. ut.
CVCVMERES.
Ex humore & cute, ut Mori, Punicæ.
Alij secus distinguuntur.
Omnium pars exterior, cortex.
Interior, caro.
Quorundam etiam nucleus.

A

¶ De SEMINVM differentia.

Postremũ in oĩbus semen est: hoc humorẽ, calorẽq; insitum habet, qui cũ desierint, semen infœcundum relinquitur.
Quorundam semen protinus post tegmen ambiens subest. ut.
Palmæ Nucis amygdalæ.
Quædam conteguntur carne.
Quædam siliquis.
Alia uasculis. ut Papauer.
Quædam folliculis.
Alia nuda patent. ut Anetum Coriamusu, Cuminum. Fœniculus.
Arborum nulla semine nudo, sed aut carne obducta, aut cute, aut crusta, ceu glans.
Nullum in uasculo semen arboris est.

¶ De differentia SVCCORVM. Nam

Alij uinosi		Vitis, mori, myrti
Pingues		Oleæ, lauri, nucis amygdalæ Pini, laricis, abietis
Dulces		Fici, palmæ, roboris, glandis
Acres	ut	Origãi, satureię, nasturtij, sinapis
Amari		Absinthij, fellis terrę
Odorati		Anesi, cedrulæ
Diluti		Prunorum
Acidi		Punicorum.

B

Humorum alij
Lactei		Papaueris, fici
Resinacei		Abietis, Pini
Aquosi	ut	Vitis, pyri, mali, cucumerum, cucurbitæ
Acres		Tymi, satureię.
Suaueolentes		Apij, anethi fœniculi.

¶ De differentia ODORVM Plantarum.

Quædam flores habent odoratos.
Quædam folia odorata.
Quibusdam fructus odorati.
Alijs neutrum.
Alijs pars reliqua.

¶ Differentia SAPORVM Plantarum.

Quædam mandi queunt.
Aliæ edulijs ineptæ.
In quibusdam folia manduntur, non fructus, ut in Tilia.

C

Quibusdam fructus & non folia.

¶ Alia FLORVM differentia.

Florum alij

Lanuginei, ut	Vitis, mori, hederæ
Foliati, ut	Amigdalę, mali, pyri, pruni.
Grandes	Candidi
Bicolores	Phœnicei
Vnicolores	Subrubei Crocei.

Vno folio. ut Flos Iasionæ.

Florem circa fructū, uitis, olea producunt,

Semen sub floribus habet, Rosa

Cum seminibus flores edūt, Veneria, Cnicum, Gith, Pepo, Cucurbita, Cucumis.

¶ De differentia in fructificando.

Arbores aliæ

Fructū ex nouellis surculis gignūt, ficus, uitis.

Ex annatinis, olea, punica, nardus, amygdala, pyrus, myrtus.

Ex utrisq;

Grandibus ex ramis,	Siliqua
In cacuminibus fuctificant,	Palma
Lateribus	
In parte utraq;.	

¶ Modus sationis & generationis ARBORVM.

Arborum aliæ

GIGNVNTVR

D

Sponte	Ramo
Semine	Surculo
Radice	Trunco
Auulsione	Ligno conciso.

De quibus latissime uide in Columella.

Oīa quę semē ferūt, semine quoq; gignunt.

Ex semine tantū nascuntur.

Abies Pinus Palma	
Larix	Omnes corniferæ.

¶ Generatio SVFFRVTICVM.

Suffruticum atq; herbarum pars maior semine, radiceq; nascitur.

Quædā cum utroq;, nōnullæ ex germinib.

Arbores quę ex fructibus suis seruntur, oēs fere deteriores proueniūt. Theop. lib. 2. cap. 3.

¶ Quæ herbæ trāseant in alias.

Degenerant

Sisimbrium	Meu
Triticum	Lolium.

¶ Alia differentia Radicum.

Radicum aliæ

Squamis constant	Rotundæ
Carne	Oblongæ
Cortice uestiuntur	Vescendæ
Nudæ adhærent	Ingustibiles.

Quædam esui aptæ sunt. ut,

Hastulæ regiæ	Ensis
Scyllæ	Pastinacæ
Ari	Petroselini
Herbæ dictæ	Dictami Pampinellę.

¶ Alia differentia ARBORVM.

Quædā perpetuo fructiferæ sunt. ut,

Malus Assyria, quam alij Medicam uocant, omnibus horis pomifera est, alijs cadentibus, alijs maturescentibus, alijs uero subnascentibus. Plinius lib. 12. cap. 3.

¶ Alia differentia.

Quędam suos populos etiā uestiunt. ut,

Gossampini. Plinius lib. 12. cap. 11.

Quædam incolis dormire dicuntur.

Quibusdam perpetuo folia non decidunt: quod gelidis fontibus & imbribus rigentur. ut in Tylo.

In quibus cortices ualent, trunco sine sapore permanēte. ut Xylocinnamū, id est, lignum cinnami, in fastidio habetur, propter organi acrimoniam. Contra cortex in precio est.

Miraculum.

Arbor quædam in Chora esse traditur una Syagrorum. Mirū inquit Plinius de ea accæpimus: cum Phœnice aue, quę putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse, iterū mori, at renasci ex se ipsa (quod erat prius) pomis refertam. Plinius lib. 13. cap. 4.

¶ Quarundam Arborū fructus noti, arboribus ignotis, Differentia alia.

Arboris thuriferæ facies quæ sit, necdū constat. Res enim inquit Plinius, in Arabia gessimus, & Romana arma, magnam partem eius penetrauere. C. etiā Cæsar Augusti filius inde gloriam petijt, nec tamen ab illo, quod equidem sciam, latino, arborum earum tradita est facies Græcorum exempla uariant. Alij folio pyri, minore duntaxat, & herbidi coloris tradidere. Alij Lentisco similem, subrutilo folio. Quidam Terebinthum esse: & hoc uisum Antigono regi allato frutice. Iuba rex ijs uoluminibus, quæ scripsit ad C. Cęsarem Augusti filium, ardentem fama Arabiæ, tradit contortę esse caudicis, ramis aceris, maxime pōtici, succū amygdalę mō emittere, talesq; in Carmania apparere: & in AEgypto satas, studio Ptolomęorum regnantium. Cortice lauri esse constat. Quidam per folium simile esse dixere. & cætera, quæ sequuntur libro. 12. cap. 13.

¶ Miraculum de Cinnamomo.

Cinnamomum autem non posse metiri nisi

deus permiserit. Iouem hunc intelligunt Ethiopes. Assabinum illi uocant. 44. boum, caprarumq; & arietum extis impetrant uenia metendi. Non tamen aut ante ortum solis, aut post occasum licet. Sarmēta hasta diuidit sacerdos, deoq; partē ponit: reliquū mercator in nassas condit. Est & alia fama, cum Sole diuidi, ternasq; parteis fieri: deinde sorte germina discerni. Quodq; Soli cesserit relinqui, ac sponte cōflagrare. Plin. lib. 12. cap. 19.

Arbores & Plantæ quædā etiam abortiunt.

Arborū etiam abortus inuenimus: fit aūt & serendi genere, & recidendi. Plin. lib. 12. cap. 2.

¶ Differentia Radicum alia.

PLANTARVM

Quædam lentis palustris tantū innatant aquas, sine omni ꝓrsus radice. ut malabathrū, Indi Nardi folium, cuius meminit Dioscorides libro primo.

Quædā nodosas habēt radices. ut gña Satyrionis, Aristolochiæ, & oīa genera Bulborū.

Quædam teneras. ut Ozymon.

Quædam præpingues. ut Asphodelus, Sigillum Mariæ.

Quædā fere præcisas in meditullis. ut Valeriana, & quæ uocatur, Morsus diaboli.

Quædam comatas.

Quædam sectas.

Quædam succinctas ac breues.

Quædam prolixas immodice. cuiusmodi de μῶλυ meminit Plinius, qui sibi afferri hanc e Campania fecit, aliquot diebus effossam, inter difficultates saxeas, radicis. 30. pedes longam, & nec sic quidem solidam, sed abruptā. uide Plinium lib. 25. cap. 4.

Eandem arborum differentiam, lege apud Theophrastum cap. 7. lib. 3.

Quædam infinitis nodis. ut uerrucaria.

Quędā intortis. ut Colubrina, et Tormētilla

Quædam acuta tantum radicula, sine omnibus prorsus comis.

Quædam alba, quædam nigra radice, rubra, spicea, subspicea, uiridi.

¶ Differentia a duratione

PLANTARVM.

Quædam ad multos annos durant. ut Veratrum, siue nigrum, siue candidum.

Quædam biennio, triennio, quinquennio.

Longissimo tempore durat Elaterium.

Chamæleon niger. 40. annis.

Centaureum non ultra. 12.

Peucedanum & Aristolochia. 5. aut. 6.

Vitis syluestris āno uno, si in umbra seruet.

¶ Alia Plantarū differentia.

Quędā syluestres, quę nullibi felicius ꝓueniūt ꝗ in cāpis. ut Genistæ, Myricæ, & id genus alia.

Quædā hortenses. ut Hyssopus. Absinthiū.

Quędam coronariæ. ut, Rosæ, Lilia, Heliochrysos. Aliæ non Coronariæ.

A

¶ Differentia alia ex sapore

PLANTARVM.

Quædam sapore sunt

Dulces	Insipidæ	
Salsæ	Acetosæ	Amaræ
Stipticæ	Acutæ	Ponticæ.

¶ Alia ex qualitate Plantarum. Nam

Infrigidant	Incidunt
Desiccant	Diuidunt
Calefaciunt	Subtiliant
Humectant	Aperiunt
Glutinant	Occidunt
Stringunt	Emundant
Impellunt	Expellunt
Incrassant	Putrescere faciunt.

❡ Cognoscitur aūt omnis morbꝰ, Aut ab Substantialiter inhęrentibus: ut si quid in compositione membrorum abundet, aut desit, aut e loco sit exarticulatum. Aut ab Operatione membri lęsa. Aut ab Qualitate permutata ab exeuntibus a corpore temporibus anni.

❡ Transmutantur in alios morbos

	In
Morbus laterum	Febrem ardentem.
Mentis agitatio	Vitium pulmonis
Pulmonis uitium	Febrem ardentem.
Tenesmos	Difficultatē intestinorū: aliqñ in dysenteriā.
Difficultas intestinorum.	Leuitatem intestinorum, uel lienteriam.
Lienteria	Hydropem.
Pituita alba	Hydropem
Peripneumonia	Pleuritim.
Pleuritis	Empyon, uel hæmopthoim.

❡ De hijs quę morbos ali * quot concomitantur.

Comitantur fere,

Neruos preciosos

Vehemens inflamatio Conuulsiones

Mala cōherentia, uel cōalitio.

Cerebrum uulneratum ac lęsum

Amissio

Vocis Visus Auditus.
Bilis Vomitus Febris

❡ Sauciata mortem inferunt.

Cerebrum lęsum Spinę medulla lęsa.
Pręcordia uulnerata Magna uena
Cor Vessica.

❡ Lęsa nunq; cōeunt,

Neruus pręcisus Vessica
Labra, uel buccę Intestina maiora
Magna uena Præputium
Palpebræ Chartilagines omnes Genæ.

❡ De Morborū caufis,

TABVLA VIII.

❡ Caussarum quædam uocantur

Procatarcticæ, quæ dum aduersam ualitudinē creauerunt, separātur. ut canis mordēs, scorpius pungens.

Coniunctæ, quæ cum præsentes sunt, eorum quoq; affectus adsunt: cum uero desinunt, eorum etiam affectus desinūt. ut lapis in uesica, & unguis in oculo.

Præcedentes, quæ scilicet a procatarctica præparantur, & adiuuantur.

Perfectę, quæ eundem in seipsis finem faciunt.

Concausę, quę cū alijs æqualem effectū faciūt.

Coadiutrices caussæ, quæ sua uirtute morbū efficere non possunt, alterius auxilio possūt.

Manifestę, quęcumq; ex seipsis deprehenduntur, & aliquem effectum operantur

Non manifestę, quæcumq; minime ex seipsis deprehenduntur.

Obscuræ, quę neq; ex se, neq; ex alijs dephenduntur.

Obscurę ad tempus, quæ aliquamdiu incognitæ sunt, sed rursꝰ sub sensum cadere possunt.

Cęterum morbi omnes fiunt, aut

Ex hijs quę in corpore sunt. ut

Bilis Pituita Melancholia
Habundantia & uitio sanguinis.

Aut ab hijs quæ extra corpus sunt. ut

Laboribus Vulneribus
Calore externo Frigore
Siccitate Humiditate.

❡ CANONES.

Cognita caussa, ea primum remouetur.

Inde uniuersalia remedia adhibentur.

Postremo particularia, scdm̄ exigentiā morbi.

Contraria fere contrarijs curantur.

Et similia similibus adiumentum prębent.

Cauenda tñ in omnibus nimietas, maxime uero in repercussiuis.

¶ Omnes item morbi

Calidi, eueniunt aut

Ab cibo, alioqui prono ad calorem excitãdũ.
Ab calore aucto Ob putredinem
Ob uicinitatem corporis calidioris.
Ab obstipatione.

Frigidi

Ab rerum frigidarum uicinitate.
A cibi potusq; qualitate & quantitate.
A constipatione. A raritate
Ab ocio A motu imodico.

Sicci

A multa transpiratione, & pauca nutritione.
A siccis alimentis. A sollicitudine.
A uigilijs Ab studijs imodicis.
Ab aëre sicco ambiente.
A balneis & aquis Nitri, Sulphuris, Aluminis, & Bituminis.
Ab medicamentis exsiccantibus.

Humidi

Ab humidis cibis A potu plurimo
A molli educatione Ab ocio et trãquillitate
A crebra in balneis dulcibus conuersatione.
Ab ignauia A temporum constitutiõe humida.
Ab imbris
Ab medicamentis quę humectare faciunt.

¶ Tabula. IX. de differentijs Pulsuum.

PVLSVS pfunditate, lõgitudine, & latitudine arterię multum extensę.
Paruus pulsus, qui magno contrarius est.
Medius, amiborum particeps.
Plenus, qui intermedius est, sub tactum cadẽs quasi esse uideat arteriæ tunica corpulẽtior: pręsertim tñ cum pars eius interior tota humidior est, corpulentiorq; apprehensu.
Durus, cum neruosa, & dura uidetur esse, & sentitur arteria, & tunc potens subest spiritus, tanq; percussa pars ictum retineat.
Mollis, qui duro contrarius est, debiliter feriẽs arteriam non resistentem: cuius spiritus dissolutus est & mitis.
Humidus, est mollis quidem, quippe cum in eo substãtia mansuetior placidiorq;, humorem quendam subtiliorem reddit.
Siccus, in quo humor absumptus esse uidet.
Vehemens, qui uiolentam facit percussionẽ.
Debilis, qui imbecillem facit percussionem.
Medius, qui proportionem seruat ad utrũq;.
Densus, siue creber, qui longam non habet, aut eleuationem, aut compressionem.
Tremulus, q nõ æqualẽ habet percussionem.
Obliquus, qui nõ a recto situ arteriæ absoluit.
Inæqualis, qui secundum aliquam partem altior erigitur, & concidit frequenter, uena inflata, & eneruata.
Intermittens, qui non ad duas solum, sed ad tres pluresue percussiones deficit, distractionem uel unã, uel duas, uel plures etiã faciẽs.
Deficiens, in quo non ad duas solum, sed ad tres, uel plures percussiones imobilis arteria permanet.
Intercidens, cum post duas percussiones secũdum proprium ordinem fit motus, ex quo quidem media intercidit percussio.
Dorcadisans. i. caprisans, qñ arteria putatur salire, & ad alium motũ statim fertur, prius q̃ apparentiam compressionis habeat.
Recurrens, qui quantum egreditur magnitudine aut uehemẽtia, tñ rursus regredit in alijs.
Formicans, qui paruus est, uacuus & frequẽs, debilis: ille extremum periculum, atq; interitum demonstrare solet.
Prępinguis, tenet uenam fortiter.
Macri subtiliter.
Mediocris modice, neq; ante digitos dempseris q̃ tibi ferierit centies.

¶ Significationes.

Pulsus

In principio debilis, idem intensior, bonum.
A primo fortis, inde remissior, malum.
Fortis, Cor forte.
Debilis, Cor debile.
Velox in sano, sanitatem.
Paruus in sano, debilitatem pectoris & pręcordiorum: in infirmo, uitę extremũ.
Paruus & uelox in sano, iracundiam, bilem.
In ægroto, calorẽ exundantẽ.
Tardus in sano, frigiditatem.
In infirmo, siccitatem.
Rarus, uirtutis defectionem.
Tardus quoq;, caloris defectionem.
Cætera ex Galeno pete, libro de Pulsibus.

¶ TABVLA. X. de iudicijs Vrinarum.

¶ Quomodo colligenda, & quę obseruanda ante iudicium.

Colligatur completa concoctione.
Non subsistat ultra sex horas.
Recipiatur tota, & non pars.
Non pronuncietur de ea, nisi tranquillior reddita.

¶ Prępediunt iudicium

Motatio crebra. Locus obscurus.
Locus nimium diaphonus.
Matula uiridis, inferne lata, uel arcta nimis, radij solares.

¶ Liquores similes Vrinæ.

Hydromel
Syropus acetosus.
Aqua mellis. Aqua croco tincta.

C Ius cicerum | Asini
Bouis | Ouis
Capræ, & capreoli.

¶ Vrina dijudicatur ex acto.

Substantia | Colore
Quantitate | Perspicuitate
Odore | Sapore
Modo mingendi | Calore | Contentis.

¶ Substantia est triplex.

Tenuis | Pinguis | Mediocris.

¶ Quantitas triplex.

Multa | Pauca | Mediocris.

¶ Diaphone.

Transparens | Clara
Turbulenta | Obscura
Mediocris,

¶ ODOR.

Acris | Dulcis | Mediocris.

¶ SAPOR.

Insipidus | Salsus
Acutus | Amarus
Acidus | Ponticus.

¶ Modus emittendi.

Faciliter | Difficulter
Mediocriter | Voluntarie
Inuoluntarie | Cum dolore
Sine dolore.

D

¶ COLOR.

Albus | Lacteus
Glaucus | Subspiceus
Spiceus | Aureus
Croceus | Rubeus
Vineus | Venetus
Niger | Viridis.

Iis funguntur differentiæ eorundem.

¶ Contenta.

Circulus | Ampulla
Grana | Nubeculæ
Spuma | Pus
Pinguedo | Trombi sanguinis.
Harena | Pili
Phlegmata | Furfures
Calculi | Atomi
Crynoydes | Squamæ
Sperma.

¶ Nominum explicatio.

Crocea nihil admodum differt ab croco.
Subcrocea, quę colore similis cum carchamo.
Cęterum aduerte, ubi de colore croci agimus, ne de colore accipias qui est in croco, sed de eo, qui esset in aqua, si illo tingeretur.
Subrubea, est quæ assimilatur bolo armeno.
Rubea Punicea, similis pomis, quę rubrum colorem præseferunt, ut cerasa.
Vinea, quæ uino nigro similis est.
Passea, passo similis.
Veneta uel ceculea, resilit is colos ex pari albo & nigro simul mixtis, æquisq; ponderibus.
Liuida, plumbea, plumbo similis.
Charopa, similis pilis sibillidis, uel ungui lapillo.
Glauca, ueluti cornu pellucida.

¶ Iudicium Vrinarum secundum ętatem.

Iuuenum

Subaurea
Subcrocea

Senum

Alba | Subtilis
Cum pauca hypostasi.

Mulierum

Fere subcrocea | Subaurea
Similiter subtilis.

Puerorum

Recedens ab alijs. | Substantia excellens.
Hypostasi cumulata.

¶ Omnium optima & laudata.

Colore subaurea | Subcrocea
Substantia mediocris.
Proportione potioni respondens.
Sine bulbis | Matulę non adherens.

Hypostasi
Alba | Leni
Aequabili.

Sine Pilis / Squamis. / Harenis.
Et alijs malignis contentis.

¶ Laborantium.

Subcrocea | Accedens ad croceum.
Tenui.
Hypostasi
Parua.
Cum liquamine interdum supernatante.

¶ Ociosorum.

Alba fere
Maiore.
Hypostasi
Crassiore.

¶ Iudicium Vrinarum secundum temperamenta & qualitates anni.

Omnis Vrina

VERE

Subspicea.
Spicea.
Vergens in subaureum
Subcrocea.
Hypostasi crassiore, incipiente mutari in tenuem.

Aestate
Subaurea Subcrocea Substātia mediocri.
Hypostasi
Leui Alba AEquabili.
Autumno
Colore mediocris Fulgens Tenuis.
Hypostasi
Obscura Modica Alba.
Tenui AEquabili.
Hyeme
Respondens ꝓportioni Vergens in alborē.
Hypostasi maiore Procedente hyeme,
Quantitate maiore.
Contentis maioribus inconcoctis.

¶ Iudicium ex dispositione rerū non naturalium.

VRINA
Somnolentorum
Alba Crassa
Contentis multis inconcoctis.
Vigilantium immodice
Tenuis
Vergens ab albo in aqueum: inde ad auream, oleaceam, nigram, adustam.
Ieiunantium
Flamea Crocea Tenuis.
Fame oppressorum
Tenuis Alba Sine hypostasi.

¶ De iudicio a multitudine & copia.

Vrina multa in Sanis
Nimiam potionem uini, exilis.
Raram uel modicam, uentris excretionem.
Vsum nimium diureticorum.
Vrina multa in ægrotis,
Passionem diabetis Corporis liquefactionē
Euacuationem superfluitatum.
Determinationem ægritudinis, uel crisim ab hydrope.
Multa in febribus acutis
Aut febris solutionem.
Aut conuersionem in Ethicam.
Aut spasmum.
Quod si fuerit
Flammea.
Subcrocea, tincta & cum malis contentis, illaudata est.
VRINA pauca
Dietam ficciorem.
Vsum cibariorum glutinosorum
Opilationes Multā uentris excretionē.
Interdum febrim intensam.
Lęsionem membrorum urinæ.

¶ De Significationibus substantię Vrinarum.

VRINA
Subtilis, Tenuis
Frigiditatem, siccitatem.
Humorem siccum
Concoctionis priuationem
Opilationem hepatis.
Defectionem attractiuæ & expulsiuæ.
Grossa
Complexionem calidam & humidam.
Concoctionem fortem, humidam.
Humores cōmixtos phlegmate & sanguine.
Mediocris
Temperatam complexionem
Absolutam coctionem
Humorum omnium temperamentum.

¶ De significationibus Vrinæ diaphonæ.

VRINA
Transparens
Alba, Crassa.
Phlegma crudum, crassum, & ægritudines ab eo prouenienres, Epilepsiā. &c.
Cum tinctura, Choleram uitellinam.
Semper autem significat inconcoctionem, siue tenuis, siue crassa.
Cum diuersitate coloris, adustionem & incendium.
Cum furfuribus, si ægritudo non fuerit in uijs urinæ, liquefactionem phlegmatis.
Turbulenta, multitudinem humorum, qui a natura expelluntur: item naturæ laborem in segregando & expellendo.
Turbida in febribus acutis
Humorum ebullitionem
Liquefactionem.
Turbulenta ita perseuerans, longam ægritudinem, & imperfectam coctionem.
Permanens in transparentia & aquositate, digestionis priuationem.
Quæ mingitur clara & fit turbida, uel quæ turbida & fit clara, significat materiam incipere ut superet morbum, tametsi non perfecte.
Quę uero minime est transparens, ut aqua limpida, neq; turbida, ut subiugaliū, sed in medio consistens, sanitatem portendit.

¶ De significationibus odoris Vrinæ.

VRINA
Carens odore
Cruditatem humorum
Complexionem frigidam.
In acutis mortem.
Fœtida
Cum signis bonæ digestionis & squamis, scabiem.
Cum sanie, hulcus.
Sine digestione, apostemata in uijs urinæ.

C In acutis, periculum.
Dulcis, dominium sanguinis non putrefacti.
Amara, dominium cholerae
Acris, insanis melancholiam.
In sanis, futuram febrim, aut naturae expulsionem.
Et si cito abscedit fetor in acutis ab urina, mortem.

Acris

Humorum putrefactionem.
In acutis mortem.

¶ Prognostica ex colore albo.

Vrina alba

Dominium frigoris.

Cristallina

Debilitatem digestionis.

Mucilaginosa, dominiũ phlegmatis, & eius crassam habundantiam.
Vnctuosa, seu margaritalis, liquefactionem.

Fungalis

Saniem Phlegma Lapides.

In acutis febribus, aut lactea post tincturã, significat partẽ cholericã ad alia loca diuertisse, q̃ per meatus urinae: significat ergo futuram phrenitim, uel capitis rheuma.
In febri cõtinua absq; fluxu, phrenitide, uel alio quouis abscessu, mutationem in quartanam significat.

In Ictericia

D Coloris hepatis debilitatem
Laborem uirtutis expulsiuae.
Futuram hydropem.
In sanis & perseuerans, inconcoctionem.
Luminosa, multa, in sanis humores crassos, & uiscosos.
Subtilis clara, humores melancholicos.
In principio febris, inde nigra, humorum expulsionem per uias urinae.
Lactea, sero similis, mortem, uel phthisim.

¶ Significationes Citrinae.

Vrina citrina,

Palearis, imperfectam digestionem.
Flaua, principium digestionis.
Intense citrina, perfectam digestionem.
Aurea, temperamentum digestionis.
Ignea subtilis, acutam febrim.

¶ Iudicia Rubeae.

Vrina rubea

Sanguinea in acutis, repletionem, & maxime sanguinis.
Si tamen non sit ruptura uenę.
Eadem tenuis, decursum humorum ad loca suffocantia, si paulatim mingatur.
Eadem grossa, inde tenuis, recidiuationem.
In Ictericia modicę rubedinis, calorem hepatis & eius suffocationẽ, futuramq; hydropem.
Intensa in sanis, famem, incendium stomachi.
In dolore renum, eorundem apostema.
In dolore capitis frequenti, futuram maniam.
Turbida, hepatis debilitatęm.

¶ De Significationibus uiridis.

Vrina Viridis,

Supremam frigidatem, maxime uero si tenuior sit.
Crassa, frigus quoq;.
Porrina, uel porricea, adustionem.
Crassa, ueneni potionem.
Idem notat eruginea.

¶ De significationibus Nigrae.

Vrina nigra

Procedens ex croceo, crassitudinem cholerae.
Ex fusco procedens, dominium cholerae nigrae.
Ex uiridi, choleram adustam.
Quam praecessit uiridis, uel liuida, dominium frigoris.
Quam precessit rubea, aut citrina, cum uirtutis dissolutione, mortificationem coloris naturalis.
In principio febris, inualescentiam morbi, caloris naturalis defectionem.
In fine aegritudinis melancholicae, terminationem aegritudinis, si ante fuerat crassa & aquosa.
In acutis si non praecesserunt signa bona, adustionem & mortem.
Vel rubea obscura, ante uini rubei potionẽ, aliquando.
Calorem & intensionem renum.
In senibus & mulieribus, defectionem caloris naturalis.

¶ Significationes oleagineae.

Vrina oleaginea

Sicut oleum transparens

Consumptionem
Liquefactionem
Creticam expulsionem.

Pauca & foetens, supremam consumptionem.

Sicut lotura carnis

Consumptionem
Hepatis perditionem.
Hydropisim.

Quam pręcessit nigra, si sit alleuiatio

Mundificationem adustorum humorum.
Si in quarta appareat in peracutis, mortem in septimo die.

Simplex

Preparationem ad phthisim.
Consumptionem.
In colore & substantia, renũ liquefactionem, aut phthisim.
Coloribus caninis, utriusque cholerę adustionem.

¶ Iudicium de hypostasi.

Hypostasis naturalis debet esse

Alba	In substantia mediocris
In mixtura partium æquali.	
Continua	Cito apparens
Diu perdurans	In fundo residens.
Rotunda	Pinealis.

Hypostasis

Alba mucilaginosa, significat cruditatem, mixtionem unctuositatis.

Nigra, idem id quod urina nigra

Viridis, illud quod uiridis urina.

Citrina, ardentissimum calorem

Rubea, habundantiam sanguinis.

¶ De Circulis.

Circulus

Spumosus

Turbationem sensuum interiorum.

Viscosos humores.

Ventositatem in uentriculis cerebri.

Plumbeus, epilepsiam.

Viridis, melancholiam.

Rubeus, sanguinis fluxum.

Tremulus, paralysim, & spasmũ ex repletiõe.

¶ De spumę significatis.

Vrina spumea

Nigra, citrina, uel russa

Ictericiam	Passionem splenis.

Ventositatem cum uiscositate.

Si permanet, opilationem, maxime si magnæ sunt, uentos in ujs urinæ, cruda phlegmata, abundare Nephritim.

Granulosa, catharrum, atq; si in superficie natant, significant materiam non descendere ad inferiora.

Dum secunda regione, materiam destillare ad pectus: in fundo uero, prolabi ad iũcturas.

Media inter ampullas & grana, caliditatem, uel caloris debilitatem.

¶ De Squamis.

Vrinarum squamæ

Rubeæ, ægritudinem renum.

Albæ, passionem uesicæ.

Fuscæ obscuræ sicut squamæ piscium, ultimam dissolutionem.

¶ De Furfuribus.

Vrinæ furfures

Cum pruritu glandis in cole, & cum putre, scabiem in uesica.

Sine fœtore & putre, cum difficultate mingendi & debilitate, dissolutionem corporis, maxime uero fusci.

Magnæ, ut trita frumenta.

Albæ, adustionem in uesica.

Nigræ, adustionem in splene.

Rubeæ, adustionem sanguinis.

Vrina carnosa

Hepatis dissolutionem.

Vnctuosa, in qua supernatat sedimen.

Si multa fuerit, dissolutionem adipis

Citrina, dissolutionẽ pinguedinis antiquæ.

Modica, renum dissolutionem.

Saniosa

Eruptionem hulceris, si præcesserit dolor.

Plena frustulis

Debilitatem digestiuæ.

Mesaraicarum ruptionem, uel ex comestione lactis, uel casei.

Harenosa

Lapidem in renibus, uel uesica, uel dissolutionem.

Non residẽtes harenæ, & ad rubedinem decliues, hepatis adustionem: citrinæ, splenis.

Mucilaginosa

Exuberantiam grossorum humorum.

Complexionem frigidam.

Crisim ischiados & iuncturarum.

Si pili innatent

Caloris occulti consolidationem, a calore agente in ipsum, in renibus.

Fermentata

Debilitatem stomachi.

Malam digestionem.

Assiduum usum lacticiniorum.

Cinericea

Phlegma adustum præstat, diuturnitatem caloris extranei.

Sanguinea

Debilitatem hepatis.

Vulnus in meatibus urinæ.

Solutionem continui in uesica, si pauca sit.

Si multa, solutionem in splene.

Oualis, id est, in qua ad similitudinem pelliculæ, uel uesicæ plenæ, & similis ouo innatat quippiam,

Phlegma crudum, uiscosum.

Phlegma uitreum, mucilaginosum, uentos.

Reserationem meatuum urinæ.

Calculosa

Lapidem præsentem, uel phlegma uiscosum in ujs urinæ.

Fortem calorem in ijsdem locis.

Spermatica

Si diuisum sit sperma & interpolatum, significat coitum uel præcessisse, uel nocturnam seminis emissionem.

Globosum truncatum, abstinentiam coitus, uel nocturnam pollutionem.

Et si id fiat multis uicibus, seminis incontinentiam, uel paralysim membrorum genitalium.

¶ Finis TAB. Vrinarum.

¶ Sequitur Tabula Vltima FEBRIVM.

C

¶ TABVLA Vltima Febrium: FEBRIVM alia

1 Ephemeris. 2 Putrida. 3 Hectica.

1 EPHEMERIS.

Distemperantia spiritus.24. horas, id est, diem non excedit. Nec habet nisi ex opilatione paroxismum. Nam uel spiritus
Vitalis in corde accendit ex ira & furore. uel
Animalis in cerebro ex feruore solis. uel
Naturalis in hepate ex cibo & potu.

2 PVTRIDA

Quæ fit ex putrefactione humorum. Et hoc aut

* Intra uasa. Sic fiunt continuæ, quæ acutæ dicuntur. Terminatrtur.14. nonnunquam.17. sæpe primo die.

Aut igitur putrescit

Sanguis. sic fit Syneches putrida: hæc nunquam fit in corpore raro, aut gracili, sed plurimum in iuuenibus: & ad mortem usque affligit.

Et est Triplex. uidelicet

Acmastica, quæ latine potest dici Auctio: semper enim est in augmento.

Epacmastica dici potest demptio. semper enim est in declinatione.

Homotenos, æqualiter affligens, quæ semper est in statu eodem. Aut putrescit

D

Phlegma. Sic fit Quotidiana, uel continens: habet circuitum diei & noctis. Parox.8. horas. tepescit.6. Aut putrescit

Cholera, id est, flaua bilis. Sic fit Tertiana continua, habet circuitum duos dies, & noctes totidem. Accidit ætate uigentibus, tempore æstiuo, regione calida & sicca. Parox. durat.24. horis. Quiescit.24. & in falsa quiete.24. Aut putrescit

Atra bilis. Sic fit Quartana continua: habet circuitum trium dierum, & trium noctium. Paroxis.24. horas.28. in uera requie.34. in falsa: durat ad.40. diem. Aut putrescit

Cholera circa cor. Sic fit Causon ardor, quem pauci euadunt, uno die fortis, altero remissior: nec tamen augmentum recipit, nec diminutionem.

Et hæ septem species sunt Febres simplices.

* Aut intra & extra uasa

Sanguis principaliter, secundario cholera. Sic fit Syneches, uel conclusa continua: quia omne tempus una est accesio ab initio usque in finem: accedit calida sine tremore & rigore.

Cholera principaliter, sanguis secundario. Sic fit Causonides, uel Tertiana continua.

Hæ duæ non dicuntur compositæ secundum compositionem duarum febrium diuersarum denominationum, sed propter compositionem humorum putridorum: unde tamen proprie Febris composita non dicitur.

Phlegma intra, cholera extra. Sic fit. Hemitritæos minor: in qua incipiente uno parox. simul alter incipit horis.18. falsa quies.6.

Cholera intus, phlegma extra. Sic fit Hemitritæos medius: in hac iter parox. est quies manifesta: parox.38. horis. quies.12.

Atra bilis intra, cholera extra. Sic fit. Hemitritæos maior: non curatur, durat.68. horis. Et 12. in falsa quiete. uno desinente paroxismo, statim alter subsequitur.

Hæ tres dicuntur compositæ: suntque chronicæ, & terminus earum est.64. dies.

* Aut extra uasa. Sic fiunt intermittentes. Si enim putrescit

Phlegma

Naturale: sic fit quotidiana uera, uel diaria: durat hor.18. tempore frigido, ut hyeme in senibus & mulieribus phlegmaticis: quiescit hor.6. durat a.21. diebus usque ad.40. uel.60. dies. Accidit circa solis occasum.

Innaturale, fit Quotidiana nota,

Cholera

Naturalis, sic fit Tertiana uera. Hæc parox. habet.12. horarum: quiescit.36. incipit cum horrore & punctione sine frigore & uehementi pulsu.

Innaturalis, sic fit Tertiana nota. Accedit circa uesperas. parox. durat ad.30. horas.

Atra bilis

Naturalis: sic fit Quartana uera: fit in Autumno in senibus & melancholicis: durat parox.24. horis: quiescit.48. horis.

Innaturalis, sic fit Quartana nota.

Et hæ simplices sunt.

* Aut in duobus locis simul.

Si enim putrescit

Phlegma in duobus locis, ut in capite & in stomacho, fit Quotidiana duplex.

Cholera in duobus locis, ut in stomacho & in hepate, fit Tertiana duplex, quę uno die grauior est altero.

Melancholia in duobus locis, ut in splene & in capite. fit Quartana duplex.

Et hæ sunt compositæ.

Aut putrescit unus humor alio, uel alijs: sic fit Febris Erratica. Cuius sunt duæ species. f.

Liparia, in qua corpus intus calet, extra frigescit.

Epialos, in qua corpus intus friget, extra calet. Accedit omni die.

Simplices phlegmaticæ magis fere quam Febres Erraticæ.

¶ HECTICA, uel habitualis: huius sunt species

Prima, ex consumptione

Primæ humiditatis pro parte maiori, quemadmodum ros. Hic difficulter cognoscitur, sed curatur faciliter.

Secunda, ex compositione

Secundæ humiditatis pro maiori parte, & primæ. Medium retinet utriusq;. ut Cambiū.

Tertia, ex consumptione

Aequali primæ, secundæ, & tertiæ humiditatis: est dominium siccitatis totius corporis sine febre. cuiusmodi est Gluten.

Signa Hecticæ

Primæ speciei, Calor continuus, maior ante prandium, q̃ post: propter cōtinuam membrorum distemperantiam: sed tamē lentus: quia non fit ex humore, sed ex membris: ideo caret paroxismo.

Signa Hecticæ

Secundæ speciei, Calor cōtinuus manuum & pedum, & acutior priori: maior post prandium q̃ ante: prouenit ex cholerica fumositate: ex spiritualibus rubor genarum, ex calida fumositate eas inflammante.

Dolor sinistræ spatulæ. est enim spiritualibus adligata: & propter contractionem desiccatur & soluit in continuatas: ideo fit dolor & tussis, quandoq; sicca, quandoq; humida.

Signa Hecticæ

Tertiæ speciei, Calor maior q̃ in prioribus duabus: maior post prandium q̃ ante: & si discerni non possit propter intersum calorem. Vrina in colore & substētia oleaginea, cum multis resolutionibus grossis: citrina, intensa: demum fit aquosa & unctuosa.

Cutis digitis eleuata, ad propria nō redit. Macies totius corporis ex calore membris insito, ea consumēte & dissoluente. Vngues ingrossantur & curuantur ex reuerberatione uaporis: ideo in medio eleuant̃, & in lateribus contrahunt̃. Capilli fluunt. Pulsus frequens, paruus, durus & debilis.

¶ Finis APPENDICIS.

NICOLAVS Prugnerus, can=
dido Lectori S.

❡ Lector quiſquis ades, maxime & optime,
Et qui res Medicas, ſacraq; Apollinis
Tota mente requiris,
Huc huc fac referas pedem.
Naturæ ſpecimen cernere ſi libet,
Et ſi te fugiant abdita pharmaca,
Herbarumq; figuræ,
Iſthoc ſcire potes Libro.
σωρὸν τῶν ἀγαθῶν polliceor tibi,
Meras & Venêres, adde & Apollines,
Si tu Codice lecto
Perpendes bene ſingula.
Pulchra hæc & referunt, quam ſpecioſior
Mundi Rector adeſt, & eximius magis
Rebus quiſq; creatis,
Conſtans omnipotentia.
Hoc primum uolumus diſpiciat pius
Lector, ſi fuerit deinde cupedine
Ductus, noſcere cauſſas
Rerum, hunc fac adeat Librum.
Vernantem tibi Brunfelſius Hortulum,
Conſeuit placidis ſedulus herbulis,
Sic noctesq; diesq;
Huc huc ſemina conuehens.
Quis uero numeret, quantus, et improbus
Schottiq; aſsiduus tum fuerit labor?
Quando ſingula preſsit
Docta qua ualuit manu.
Felix o nimium, ſanctaq; Ciuitas.
Polles nam duplici nunc medicamine,
Verbo paſcere mentem,
Iſtis corpora, quæ ſoles.
Lector, iam reliquum eſt optime, gratias
Tantis pro meritis reddere, quas potes,
Sic ſic gratus abibis,
Auctus munere maximo.

❡ ARGENT. per Io. Schottum, CA=
ROL. Imp. V. Anno. 12. CHRI=
STI uero Seruatoris, 1532.

NOVI HER BARII

TOMVS .II.

PER OTH. BRVNF. recens editus, M. D. XXXI.

❧ Continens quæ uersa pagina ſubnotantur.

ARGENT. apud Ioannem Schottum, cum Cæs. Maieſt. Priuilegio ad Sexenniū.

DE VERA
HERBARVM cognitione APPENDIX,
cui ſequentia inſunt.

C O N T E N T A.

ℭ Rhapsodiæ Herbarum TOMI Secundi,

ℭ Herbæ remissæ ad .I. TOMVM, uel alias ut ignotæ, non descriptibiles.


D. Generoſis COMITIBVS, et Dominis
D. Bernardo, Othoni, & Vuolphgango
a SOLMS, patri, cum duobus
filijs, dominis ſuis gratioſis.
Otho Brunfelſius
S. D.

Fortaſſe & in nos iactabunt Celſi. V. q̃d de Ciclyco quondã ſcriptore luſit poëta Horatius,

Nec ſic incipies, ut ſcriptor Ciclycus olim.
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum,
Quid dignum tanto, feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Siquidem poſt diuturnum illud ſilentium, καὶ μονονουχὶ χρυσᾶ ὄρη, ampliſſimaſq; ſpes illas, quas de hoc ſecundo Tomo, ueſtrę ſibi Celſi. conceperant, uix tandem pauculas herbas proferimus, & eas partim in priori deſcriptas Tomo, partim incognitas, & e Medicorũ ſchola exoletas. Contigitq; & nobis, ut amphorã inſtituentibus, plane urceus exierit. Verum huius negligentiæ, ut priuatam aliquando rationẽ reddemus Celſi. V. ita et apud herbarię ac ſimplicis medicinæ ſtudioſos, publica apologia nos purgabimus, ubi libellum noſtrum ediderimus in lucem, quem de Synonymis nunc in manibus habemus. Et ut rem uno uerbo retegam Celſ. V. tam immenſum in ipſo medio opere tędiũ nobis obrepſit, ut niſi tãtis id a nobis precibus efflagitaſſent, adeo q; & extorſiſſent doctiſs. ac longe clariſſimi uiri, D. Henrichus ab Heppendorff, D. Nicolaus Gerbelius, & D. Ioannes Sapidus, alteri eam demandaturi prouinciam fuiſſemus: quibus ſane ut amicis, multis nominibus nobis chariſsimis, fas non fuit quicquã denegare: ita ſane, ſi quid ſiue frugi, ſiue ineptum etiam, poſthac in eo genere a nobis ſcribetur, illis ſane debetur autoribus. Quamquam & in hanc diem ea torqueamur moleſtia, quæ quouis Aethnæ onere, humeris noſtris grauius incumbit, atque ideo tamen excutere non licet, quia typographo obſtricti neceſſario ſumus, cui fuerat gratificandũ: cũ alioqui, aut alio officio, aut uberiori, facilioriq; argumento poteramus fidẽ noſtrã redimere a Celſ. ueſtris. Veſtrarum igitur Celſ. erit, cum totum hac uice penſum reddere non ualeamus, ſaltem ταῦτα λεπτὰ accepta habere. Et quemadmodum ego corporalia ueſtra beneficia magnifacio, ita ſi non adamuſsim mea reſpondeant literaria, quod reliquum eſt ueſtro candore, ueſtraq; magnificentia ſarcire δεχέσθαι οὖν εὐμενῶς ὃ νῦν γὰρ ἄλλο ἔχω. Quod ſi lętioribus auſpicijs nos exceperit ſequens annus, tum & nos quoque maioribus uigilijs, acrioribusq; ſtudijs ornabimus ſequentem librum noſtrum. De tam prolixo Appendice quoq;, & cur in illo pugnantes ſcriptorum ſententias iuxta poſuerimus, in Synonymis quoq; noſtris ratio reddet. Interim bene ualeant Celſ. V. quas ut Dominus quam diutiſſime nobis ſeruet, uehementer optamus. Argentorati quarto Nonas Decembris, Anno a Seruatore noſtro nato domino Iheſu Chriſto milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo.

Maurepphew/



A

Hedera.



B

Epphew.

C

❡ De HEDERIS omnium generum, Rhapsodia PRIMA.

❡ Nomenclatura.

Hedera Græce, κίσσος. χρυσόκαρπος. κίσσιον. ἄμπελος.
Latine, Syluamater, Hedera.
Germanice, Eppbaw

❡ Summaria descriptio HEDERARVM ex Dioscor. lib. 2.

Hederarum genera.

HEDERA DIFFERENTIAS MVLTAS in specie sortitur, generalissimas autem treis. Nam quædam candida est. Altera nigra. Tertia Helix. Candida fructum fert candidum. Nigra, nigrum, aut Croci æmulum, quam uulgus Dionysiam uocat. Helix fructum non gignit, sed tenues habet palmites, & folia parua, angulosa, & rubra.

❡ De multis HEDERAE Generibus ex Plinij lib. 16. cap. 34.

Hedera iam dicit in Asia nasci. Negauerat Theophrastus: nec in India, nisi in monte Mero. Quin & Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis, frustra. Alexandrum uero ob raritatem ita coronato exercitu, uictorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cuius dei & nunc adornant thyrsos, galeasque, etiam & scuta, in Thraciæ populis, in solennibus sacris. Inimica arbor satis omnibus, sepulchraque, ac muros rumpens: serpentium frigori gratissima, ut mirũ sit illam in honore ullo habitam. Duo genera eius. Prima ut reliquarum, mas, & fœmina. Maior traditur mas, corpore, & folio duriore ac pinguiore, & flore ad purpurã accedente. Vtriusque autem flos similis est rosę syluestri, nisi quod caret odore. Species horum generũ tres. Est enim candida, & nigra Hedera, tertiaque quæ uocatur Helix. Etiamnũ hæ species diuiduntur in alias: quoniam est alia fructu tantum candida, alia & folio. Fructumque candidum ferentium aliis densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui uocantur Corymbi. Item Selenitium, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Simili modo in nigra. Alicui & semen nigrum, aliis crocatium. Cuius coronis poëtæ utuntur, foliis minus nigris: quam quidam Dionysiam, alii Bacchicam uocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera huius faciunt, a colore acinorum, Erythranum, & Chrysocarpum. Plurimas habet differentias Helix: quoniam folio maxime distat. Parua sunt & angulosa, concinnioraque, cum reliquorum genera simplicia sint. Distat & longitudine internodiorum, præcipue tamen sterilitate: quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis esse, non generis existimant: primoque esse Helicem putant, fieri Hederam uetustate. Horum error manifestus intelligitur: quoniam Helicis plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia. Herbacea ac uirens, quæ

D

Hederarum species tres.

Corymbi. Selenitium.

Helicis genera.

A

plurima est: altera candido folio: tertia uersicolor, quæ Thracia uocatur. Etiamnum Herbaceę tenuiora folia, in ordinem digesta, densioraq;. In alio genere diuersa omnia. Et in uersicolori alia tenuioribus folijs, ac similiter ordinatis densioribusq;. In altera neglecta omnia hæc. Maiora quoq; ac minora sunt folia, macularumq; habitu distant. Et in candidis, alia sunt candidiora. Adolescit in longitudinem maxime Herbacea. Arbores autē necat Candida, omnemq; succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa eius, folia maxima atq; latissima, mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanq; omnium generi radicosa brachia, huic tamen maxime ramosa ac robusta. Ab ea nigrę. Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit brachia utrinque semper amplectens. Hæc est & in muris, quamuis ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis intercisa, uiuit tamen, duratque, & totidem initia radicum habet quot brachia, quibus incolumes & solidas arbores sugit ac strangulat. Est & in fructu differentia albæ, nigræq; Hederę: quoniam alijs tanta amaritudo accini, ut aues non attingant. Est & rigens Hedera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum, ob id uocata Cissos. E diuerso, nunquam nisi humi repens Chamæcissos.

Hederæ candidæ signa.

Hedera rigēs.

Chamæcissos

¶ Ex Theophrasto. lib. 3. cap. 18.

HEDERA MVLTIGENIA EST. QVAEDAM ENIM HVmi repens. Quædam se in excelsum attollens. Et excelsarum genera plura, sed trina summa patescunt, Candida, Nigra, tertiaq; Clauicula. Horum item species plęrq;. Quippe alia fructu tantum candida, Alia etiam folijs. Rursum fructum tantum candidum ferentium, alia maiusculum, densum & uelut in globum circumactum profert, quam Corymbiam quidam uocauerunt. Athenienses Acharnicam reginam eam appellant. Alia minorem, sparsioremq; modo Nigræ. Sed Clauicula differentijs maximis discernitur. Etenim folijs plurimum distat, cum paruitate, tum quod angulata conciñioraq; sunt, cum Hedera rotundiora, simplicioraq; habeat. Distant etiam internodiorum longitudine, atq; etiam sterilitate: quoniam fructum quædam non ferunt. Ergo Clauiculæ plura genera, sed quę conspectiori, summaq; occurrunt, tria sunt. Herbacea ac uirens, quę plurima est. Secunda candida. Tertia uersicolor, quam Thraciam quidam appellant. Ei harum quæque distare uidetur. Quippe Herbaceę quædam folio tenuiori, longiori, atq; etiam densiori: quædam minus hæc omnia habens. Et in uersicolorum genere, alia folio ampliore, alia minori. Macularumq; habitu diuersa pari modo, & magnitudine, coloreq; distant. Auctu perfacilis Herbacea, inque plurimū uenit manifestā, quę hederescat affirmant, nō tantum folijs, quæ maiora, latioraq; habet, uerumetiam germinibus. Protinus enim erecta gerit, non inflexu gracilitate et longitudine. Herbacea uero crassiora, leuioraq;, ac Hedera, ut semen proferre incepit, germen sublime, rectumq; edit. Est quidem uniuersa Hedera radice numerosa, densa, flexuosa, surculosa, crassa, nec minus alta, sed præcipue nigra: et inter candidas quę asperrima, immitissimaq; habet. Quamobrē eius amplexus arbores omnes infestat. Omnes enī necat, et exiccat, ablato alimento. Grassatur hæc maiorem in modum, atq; arborescit intantū, ut per seipsam Hederæ arbor fiat. Attamen ex maiori parte, semper super aliud uitam degere solet, atq; ut ita dixerim, amplexicaulis est, uti pro sua natura, uel quiddam eiusmodi ilico gerit. Nam e graminibus radiculas assidue inter folia mittit, quibus arboribus, murisq; obrepit, quasi de industria a natura exhibitum, atq; ita humorem auferens, exhauriensq; arefacit. Et si inferius succidatur, nihilominus uiuere durareq; potest. Habet & aliud discrimen non mediocre in fructu. Nam alius dulcis, alius uehementer amarus, tam in candida, quam in nigra. Aliū aues mandunt, alium non attingunt. Hedera ita habet.

B

Corymbia Hedera.

¶ De HEDERAE temperamento ex Galeno lib. 7. Simplicium.

HEDERA ex contrarijs composita est facultatibus. Habet enim quiddam adstringentis substantię, quam terrenam & frigidam esse ostendimus, Habetq; etiam nonnihil acris, quam ca

C lidam esse uel gustus comprobat. Nec deest terria, aqueam namq; substantiam quandam tepidam obtinet, certe si uiridis sit. Siquidem dum arescit, hæc prima exhalet necesse est, manetq; quæ terrea est, frigida, adstringensq;, & ea quæ calida & acris.

Viridis autẽ, folijs eius in uino decoctis, ulcera grandia conglutinat, quæq; maligna sunt, ad sanitatem reducit. Tum igne factas exulceratio= nes, cicatrice includit.

Porro cum aceto decocta folia, lienosis prosunt.

Flores autem quodammodo ualidiores sunt, ut ad leuorem redacti, cũ cerato ambustis conueniant.

Præterea succus medicamentum est errhinon, hoc est, in nares fusum, capiti purgando idoneum.

Tum uetustas aurium fluxiones sanat.

Ad hæc ulcera uetera, tum in auribus, tum in naribus.

Porro si acrior appareat, aut rosaceo, aut dulci oleo miscetur.

Lachryma eius lendes interimit.

Pilis nudat: usq; adeo calidę potestatis, ut obscure adurat. Est enim uelut aqueus quidam liquor, sicut aliæ omnes lachrymæ.

¶ Vires & iuuamenta ex Dioscoride lib. 2.

HEDERA omnis acris est, & adstringens.

Neruos tentat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dysentericos, in uino bis die potus.

Ambustis cum cærato illinitur.

D Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cũ pane detrita, lienes sanant.

Foliorum & corymborum succus, cum irino unguento, melle, aut nitro, naribus infunditur.

Et contra ueteres capitis dolores, caput eo cum aceto & rosaceo perfundi utile est.

Purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo medetur.

Iuuamenta Nigrę.

Nigræ Hederæ succus, aut epoti corymbi corpus infirmant: mentemq; turbant largius sumpti.

Acini quinq; triti, calefactiq; in punico cortice, cum rosaceo, si instillentur a contraria aure, dolorem dentium mitigant.

Denigrant capillum illiti corymbi.

Folia in uino decocta, illinuntur omnium ulcerum generi, etiamsi cacoëthe sint.

Vitia cutis in facie, & ambusta sanant, uti antea diximus decocta.

Mouent menses triti, & subditi corymbi.

Iidem poti post purgationes fœminarum, drachmæ pondere, concipiendi spem adimunt.

Pediculus foliorum melle irrigatus, ac uuluæ inditus, menstrua & partus extrahit.

Instillatus succus, putrida tædia narium, graueolentiamq; emendat, & sanitati restituit.

A

Lachryma Hederæ Psilothrum est.
Illitu pediculos enecat.
Succus in aceto potus, contra phalangia prodest.

EX BARBARI COROLL.

Hederā frutices quidē uendicāt, sed arborū magnitudinē crescendo æquat. folia primo angulosa, processu rotundant. Multa ei gnra. Humi repit Chamæcissos: de qua in loco. Cessarum tria capita. Candidū. Nigrum. Et Helix, id est, Clauricula, siue Pampinus uocata. Candidū aliud fructu solo, aliud fructu & folio. Id qd fructu solo candet, aut crassiusculū, densum, globatumq; habet eum, & Corymbias uocat. Athenis uero Acharnicon irriguū, aut minorem acinum, sparsioremq; racemū, & Silenition appellant. Simili modo in nigra, cui & suæ quædam differentiæ sunt, sed minus perspicuæ. Alicui em semen nigrum. Alij crocaceum, cuius coronis poëte utant, folijs minus nigris: quā & Nysiam, & Bacchicā, & Dionysiam uocabant, maximis inter nigras corymbis. Alij duo genera fecerunt a colore acinorum, Erythranon, & Chrysocarpon. Helix ab Hedera distat apertissimo discrimine. Primum folia huic angulata, concinna, exigua: Hederæ simplicia, rotundioraq;. Distat & longitudine internodiorū, præcipue tamē sterilitate: quoniam fructum non gignit. Quidā hoc ætatis uitiū intelligunt, primoq; esse Helicem, & Hederā senectute fieri: qd quidē falsum esse Theophrastus & Plinius contendunt: cū quia foliū & germen Helicis ab Hederæ qlibet annosæ folio plurimū differat: tum quia plures eius differentiæ noscantur. Herbacea, seu uirens, quę numerosissima est. Altera folio alto. Tertia uersicolore, quę Thracia uocatur. Herbaceę duplex genus. In uno tenuiora folia, digestaq; per ordinē, longiora densioraq;: in altero diuersa omnia in minus. In uersicolori quoq; alia folio crebriore, tenuiore, ordinato: in altera incondito, nūc maiore, nunc minore, maculosoq;. In candido gnē, alia plus, alia minus sunt candida. Crescit in longitudinem potissimū Herbacea. Nunc reuertor ad Hederā. Hedera ubi semētescere occæpit, germē sublime, rectūq; agit. Radice numerosa, contorta, densa, crassa, lignosa, nec admodū profunda, pſertim nigra. Et candidarū quæcūq; asperrima īmitissimaq; est. Hæc & arbores amplexu & suctu strāgulat, tanta crassitudine, ut ipsa per se arbor fiat. Signa eius, folia maxīa & latissima, māmas, hoc est, germina subrigētia, quæ sunt cæteris inflexæ. Racemi stantes atq; recti. Radicosa & robusta. Huic maxime uni brachia. Post ipsam Nigræ: sed propriū Albæ, q inter media folia emittit brachia, qbus arbores cōplectit, & parietibus obrepit. Pluribus hæc locis succisa durat, atq; uiuit. & totidē initia radicis habet, qt brachia, ob id flexipedæ cognomēto apud poëtas. In nigra & alba alijs dulcedo Acini: alijs tanta amaritudo, ut aues nō attingāt. Est & rigens Hedera, q sine adminiculo stat sola oīm generū, ob id uocata Cissos a Theophrasto & Plinio, quasi Columellā in eo uocabulo significent. Sed summa diuisio ījsdē autoribus, in marē, & fœminā, q altera foliū durius, pinguius, maius habeat, & florem ad purpurā accedentē: altera non habeat. Vtriq; tn̄ flos syluestri rosæ similis, sed minor & inidoneus. Quæ descriptio uidet recētioribus quibusdā non Hederæ, sed Cistho coueniens, cui & sexus & flos punici tribuitur. Sed Theophrastū sequutus est Plinius li. stirpiū sexto, hæc ipsa non de Cistho, sed de Hedera prodentē. Hedera Theophrasti ætate in Asia nasci nō poterat: nec in India, nisi mōte Mero, unde ortus est Bacchus. Frustra & Harpalū laborasse oīmodo, tradūt, ut sereret eam in Medis. Inimica arbor satis oībus, sepulchraq; ac muros rūpens. Serpentiū frigori gratissima. Vsos in funes, & armamēta nauiū Hedera ueteres, autor est Athenæus, quā e Rhodano petebāt, ut Canabim. Catonis experimentū, uolenti scire, aqua in uinū addita sit, nec ne: ut uasculū e materia huius faciat, uinū quod erit dilutum, transfluet, aqua manebit. nec em continet uinū inquit uas Hederaceum. Quod poculi genus græci Cissybion, ab Hedera uidelicet appellant, qq; pro quocūq; ligneo id accipitur. In quo significatu & Cymbiū, & Cypellū quandoq; sit. Alij uetustos calices Cissybia intelligunt, propterea q in Didymęi Iouis dedicatione folijs hederaceis libare moris fuisset. Cymbia uero, quæ ansis careant, oblonga, & angusta, nauigij spēm præbentia. De Hedera Cilicia, quæ tamē Hedera non est, in Smilace trachea quarto uolumine monstrabit. Cisson, hoc est, Hederā pusionē Liberi patris fuisse Græcia confinxit, in nōis sui fruticē conuersum, dū minister cū eo deo saliens, terræ allisus perijt. Athenienses Citton ipsum Bacchū uocant, & apud se Acharnis uico natā Hederā primo uolunt, ut inqt Pausanias. Syluestrē Hederā cerui phalangio pcussi mandūt, & liberant. Aelianus autor.

Theophra. libro. 6. cap. 2. Pli. li. 16. ca. 34. lib. 24. cap. 10.

Helix. Hedera.

B

Cissybion.

Cymbia.

EX M. VERG. COMM.

Numerantur a Plinio uiginti Hederarū genera, folijs, corymbis, uiticulis, altitudine, humilitateq;, & usu diuersa, omnia a Theophrasto diuersis locis accepta. Copiosiorq; ille generū numerus, quē in ore oīm fuisse quondā uerisimile est, occasionē ut nos credimus scriptorem hunc exscribentibus attulit, ut a principio statim Hederarū historiæ tā multis, tamq; diuersis appel-

C latíonibus, non una nominaretur planta, sed unius plura numerarentur genera.

¶ Paulus AEGINETA de HEDERA.

Cissos ex contrarijs constat potentijs. Stringit enim, & refrigerat, atque cum quadã acrimonia calefacit, essentię aquosę particeps, uiridis tepida.

Viridia ergo folia incocta uino, uulnera conglutinant.

Ambusta igni, & Spleneticos iuuant.

Succus medicamentum est ἔῤῥινον, id est, quod naribus iniectum cerebrum perpurgat.

Tum inueteratas Aurium fluxiones sanat.

Lachryma eius longe acutior, lendes perimit, & pilis nudat.

¶ Apuleius de Hedera.

Ad CALCVLVM.

Herbæ Hederæ baccas, aut septem, aut undecim contritas, ex aqua potui sumptas, mire Calculos in uesica congregatos frangere & extrahere per urinam, certum est.

Ad CAPITIS dolorem.

Herba Hedera cum oleo rosaceo, & succo eius mixto uino, tempora, uel frontem perfricabis, sedat dolorem.

D

Ad SPLENIS dolorem.

Herbæ Hederæ nigræ grana primo . 2. secundo. 5. tertio . 7 . quarto. 8. quinto. 11. sexto. 13. septimo. 15. octauo. 17. nono. 19. decimo . 21 . in uino bibuntur diurnis diebus: si febricitat, in aqua calida, maximo auxilio lienosis auxiliatur.

Ad phalangiorum MORSVS.

Herbæ Hederæ radicis succus bibatur.

Item ulceribus Hedera ex uino decocta, utiliter imponitur.

Ad NARES graueolentes.

Herbæ Hederæ succus bene colatus in nares infunditur.

Ad AVRIVM uitia, & eis qui minus audiunt.

Herbæ Hederæ succus mundissimus cum uino stillatus medetur.

Ne CAPVT a sole doleat.

Herbæ Hederæ folia mollissime trita in aceto, & oleo rosaceo, aduersus omnem capitis dolorem fronti illinuntur.

¶ De uarijs generibus Hederæ, uide in Appendice plura.

A

❡ De PAEONIA, RHAPSODIA .II.

❡ Nomenclaturæ.

Græce, γλυκυσίδη. παιώνια.
Latine, Pæonia. Casta.
Germanice, Künigsblům. Peonienblům.

❡ De PAEONIAE generibus ex Dioscor. lib. 3.

PAEONIAE duo genera sunt. Mas folia Iuglandis habet. In fœmina uero Smyrnij more diuiduntur. Summo caule siliquas emittit uelu ti græcas nuces. In quibus quum dehiscunt, multa granula rubra, acinis punicorũ similia inueniuntur, & in medio nigra, quinq;, aut sex, purpur ea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, alba. Fœminę radicibus ceu glandes circiter septem, aut octo inhærent, ut in Hastula regia.

B

PLINIVS lib. 25. cap. 4.

Eadem fere Theophrast. lib. 9.

Vetustissima inuentu Pæonia est, nomenq; autoris retinet, quam quidam Pentorobon appellant, alij Glycysiden. Hęc quoq; difficultas est, q̃d eadem aliter alibi nuncupatur. Nascitur opacis montibus, caule inter folia digitorum quatuor, ferente in cacumine ueluti græcas nuces quatuor, aut quinq;. Inest ijs semen copiosum, rubrum, nigrumq;. Hæc medetur & faunorum in quiete ludibrijs. Pręcipiunt eruere noctu, quoniam si picus martius uideat, tuendo in oculos impetum faciat.

De PAEONIAE temperamento ex Galeni lib. 6.

Glycysida, quam Pentorobon, & Pæoniam uocant, radicem habet leuiter adstringentem, cum dulcedine quadam, ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quandam subamaram esse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdali pota quantitate. Sane tundere eam necesse est, ac ita cribratam inspergere. Expurgat porro etiam iecur obstructum, & renes: sed hęc efficere nata, quia acris et subamara est. Quia uero etiam quiddã adstrictorium obtinet, in uentre prouenientes fluxiones sistere potest. Cæterum eam nunc in austerorum uinorum quopiam decoctam potare conuenit. Est porro omnino et reficcatoria. Eapropter haud desperauerim, eam ex collo pueris suspensam, merito comicialem morbũ sanare. Equidem uidi puellum quandoq; octo totis mensibus, morbo comiciali liberũ: ac postea forte fortuna, cum quod a collo suspensum erat, decidisset, protinus denuo conuulsione correptum, rursusq; suspenso in locum illius alio, inculpate postea egisse. Porro uisum est mihi, satius esse, rursum id collo detrahere, certioris experientię gratia. Id cum fecissem, ac puer iterum esset conuulsus, magnam recentis radicis partem ex collo eius suspendimus: ac deinceps prorsum sanus effectus est puer, nec postea conuulsus est. Rationabile itaq; erat, aut partes quasdã a radice defluen-

Experimentũ contra morbum comitialem.

C tes, ac deinde per inſpirationem attractas, affectos ita locos curare, aut aë- rem a radice aſſidue mutari & alterari. Nam hoc pacto ſuccus cyrenaicus columellam phlegmone affectum iuuat, et melanthium frictum, palam ca tarrhos, et coryzas deſiccat, ſi quis id in calidum linteum rarum liget, aſſi- dueq; calorem ex eo per inſpirationē in nares attrahat. Quin etiam ſi cō- pluribus linis, & maxime marinæ purpurę, collo uiperæ iniectis, illis ui- peram prępfoces, eaq; poſtea cuiuſpiam collo obijcias, mirifice profuerit, tum pariſthmijs, tum omnibus ijs quę in collo expullulant. Sane de tali- bus, priuatim aliquando forte conſcribam. At nunc Pæoniæ cognoſcen- dum temperamentū eſt, tum exiccatoriū, tum ſubtiliū eſſe partium, haud tamen inſigniter calidum, ſed aut ſymmetrum, aut pauxillo calidius.

VIRES & Iuuamenta ex Dioſcor.

Fœminis a partu non purgatis, ſicca radix datur.

Ciet menſes nucis græcæ magnitudine pota.

Sic uentris doloribus cum uino auxiliatur.

Valet contra regium morbum, & renum ac ueſicæ dolores.

Decocta in uino, aluum ſiſtit.

Rubra grana rubenteis menſes ſiſtūt, decem, uel duodecim pota in ui- no auſtero & nigro.

D Grana nigra auxiliantur ſuppreſſionibus nocturnis, uuluæ ſtrangula- tionibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua mulſa, aut uino.

Naſcitur in altiſſimis montibus, & promontorijs.

Ex APVLEIO ad Sciaticos.

Pæoniæ herbę radicis partem alligabis ei qui patitur, & circumcinges: res eſt ſaluberrima.

Ad LVNATICOS.

Herba Pęonia, ſi lunatico iacenti impoſita fuerit, nunq; ei hoc mali ac- cidet.


EX M. VERG. COMM.

Vnum Pæoniæ genus tantū tradidit Theophraſtus libro. 9. de plantarum hiſtoria, quo lo- co, niſi a Plinio ijſdem uerbis redditum eſſet, quod ab eo traditur, non diceremus. Id huiuſce- modi eſt. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπίθετα καὶ πόῤῥωθεν. οἷον τὴν παιωνίαν οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν, ἐὰν γὰρ ἡμέρας, καὶ ὀφθῇ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων, κινδυνεύει τοῖς ὀφ- θαλμοῖς. Quorum ſenſus ſit, ut Plinius etiam reddidit (uerum adijciuntur hæc, & ex longin- quo) Quemadmodum Pæoniam, quam Glycyſidem uocant, noctu effodi iubent: quoni- am ſi per diem fodiatur, uideatq; Picus auis, qui ſemen legit oculis, periclitatur. Vidimus nos, renaſcentemq; aliquot annis utramque Pæoniam obſeruauimus: & ex ijs, quas habebant am- bæ præcipuas & certiores notas, folia ſcilicet, caules, folliculos, & in folliculis ſemina nihil ſcri- ptoris huius hiſtoriæ aptius reſpondere uiſum eſt.

☞ Sequens herba potius Stellaria, quam Caprifolium eſt, de qua infra fol. 52.

A

Caprifolium.



B

Waltmeyster.

C

DE CAPRIFOLIO, uel Matriſylua. Teutonice Geyßblat/oder Waltmeyſter.

RHAPSODIA .II.

Materſylua quid ſit ex ſententia ſcholiaſtæ Luminis maioris.

CAPRIFOLIVM SECVNDVM NICOLAum, eſt Materſylua. Materſylua autem apud Dioſcoridem eſt περικλύμενον. Ex folijs ipſius apud quoſdã fit Licium. Et eſt herba quę iuxta hortos inuenitur: et illa eſt, quam ruſtici uocant Cezolo.

Oculus lucidus. Licium fit ex Caprifolio.

Et rurſum. Materſylua ſecundũ Compoſitorem eſt Oculus lucidus, ſeu Caprifolium, & de hoc apud quoſdam fit Licium: ſed illud Licium eſt debile.

Hęc herba apud nos iuxta hortos inuenitur: cuius folia ſunt apud nos ſubalbida ab uno latere, ab alio latere uiridia, ſibi adherentia, & ſe inuoluentia ſuper alias plantas, ut eſt notum. Et eſt quam Dioſcor. Periclyme non uocat, & noſtri Cezoli uulgariter uocant.

Sententia PANDECTARII ſuccinens priori.

Splenaria. Linealis.

MAterſylua gręce σπλήνιον, uel Splenaria, uel Linealis, uel Periclymenos. Herba eſt cuius folia ſunt ex altero laterum ſubalbida, & ex altero uiridia, adhęrens, & aduoluens ſe ſepibus. Cuius fructus ſunt magnitudine Cubebarum, in principio uirides, & cum maturuerint citrini coloris, ten-

D

dentes ad rubedinem, poſiti ordinarie, et concluſi in duobus folijs ſimul coniunctis, exiſtentibus in capitibus ſtipitum iuxta eum.

MATERSYLVA nomen uulgare multis.

Materſylua.

Videtur commune atq; uulgare nomen multis herbis, uocabulum Materſylua. Siquidem & Stellaris herba: quam in primo Tomo fecimus Hepatariæ tertiam ſpeciem, ni fallor, uocatur hoc nomine, forſaſſe, quia uelut mater omnibus alijs herbis emineat atq; præpolleat. Vide infra Hieronymi deſcriptionem in dictione, Waltmeyſter.

Genuina deſcriptio Periclymeni ex Dioſcoride lib. 4.

Nomenclaturę Caprifolij.

PEriclymenon, aliqui Aeginam, alij Cylmenon, alij Carpathon, alij Splenion, alij Epetitin, alij Axinam maiorem, nonnulli Clematitin, alij Myrcinen, alij Calycanthemon, Magi Polion Veneris, Aegyptij Turcon, Romani Volucrum maius, Aphri Lanath appellant.

ὐκὸν

Simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens, ipſum amplectentia, ſubcandida, hederacea. Inter folia ſurculi exeunt, in quibus baccę Hederæ ſimiles. Flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quaſi in folium procumbens. Semen durum, & quod difficile euellatur. Radice rotunda, craſſa. Naſcitur in aruis ac ſepibus, conuoluens ſe adminiculis propter aſſidentibus.

DE PERICLYMENI tempera-

mento ex libro. 8. Galeni.

A

PEriclymeni utilis est tum fructus, tum folia: adeo uehementer intercidentis pariter & excal facientis facultatis: ut si plusculum bibantur, urinam sanguinolentam efficiant, principio quidem urinam dumtaxat mouentia: porro foris cum oleo illita, excalfaciunt. Inuant & lienosos difficulter spirantes. Competens potionis mensura est drachmę unius cum uino. Porro desiccat quoq; semen. Et quidam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatem bibentibus afferre. Sed & sunt qui certum dierum numerum, ad talem potionem præfiniant, ut Dioscor. qui septem & triginta eos tradi refert. Hic etiam urinam cruentam reddi a sexto die memorat.

V I R E S eius & iuuamenta ex Dioscor. L I B R O. 4.

Semen eius postquam ematuruit collectum, & in umbra siccatum, drachmæ pondere datur in uino quadragenis diebus, ut lienē absumat, ac molestiam discutiat.

Sed urinam ciet, statim a sexto die cruentam.

Orthopnœæ, & singultui prodest.

Partum accelerat.

Folia sunt eisdem uiribus prædita. Quæ tricenis septenis diebus epota, sterilitatē facere produntur.

Perunctis ex oleo febrium rigores abigunt.

Ex P L I N I O libro. 27. cap. 12.

B

Pericylmenos fruticat & ipsa, ex interuallo duo folia habens, subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se adminiculis quibuscunque. Semen eius in umbra siccatum tunditur, & in pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in uini albi cyathis tribus, tricenis diebus, ad lienem: eumq; urina cruenta, aut per aluum absumit, quod intelligitur a decimo statim die. Vrinam cient & folia decocta, quæ & orthopnoicis prosunt. Partum quoq; adiuuant, secundasq; pellunt pota simili modo.

❡ De alio V O L V C R I O.

ESt etiamnum aliud Volucrium, quod Græci κλύμενον uocant: & uidetur esse Lilium conuallium, teutonice, Meyblůmlin, proxime supra adpictum. quod quid reuera apud Dioscoridem esset, priori Tomo ingenue confessi sumus nos ignorare. Descriptio est apud Diosco. lib. 4. iuncta ei, quam nunc tractauimus Periclymeno: quam poterunt inibi, qui nostris ratiocinijs atq; augurijs fortasse diffidunt, consulere.

Lilium conuallium.

Pulicaria mascula.



Flehkraut Männlin.

Pulicaria Fœmina.



Flehkraut weiblin.

¶ De PVLICARIIS.

Rhapſodia .II.

C

PVLICARIAE nomen, neſcio quam recte inditum ſit herbis duabus, quæ hodie Pulicariæ uocantur: quando nihil prorſus illis reſpondent Dioſcor. Conyzæ, lib. 3. ſimplicium. Quare inter anonymas libuit collocare, donec certius aliquid addiſcamus. Habebis infra & in Commentarijs Iacobi de Manlijs nonnihil de Pulicarijs.

Pulicariæ anonymæ.

Ex DIOSC. LIB. III.

De Conyza magna.

Conyza magna ab aliquibus Cynozematitis, alijs Danais, alijs Tanachion, aliquibus Phycos, alijs Ichis, alijs Dinoſmos, Magis Brephoctonos, quibuſdam Anubias, nonnullis Hedemias, Aegyptijs Creti, Romanis Militaris, aut Deliarium, aut Febrifuga, alijs Fraginoſa nuncupatur.

BARBARI COROLL.

Conyza, quæ a noſtris Cunilago dicit̃, & Plinio Cunila quandoq; libro decimo, & a Theodoro Pulicaris, quia pulices necat. Folio coronat, & maior & minor appellata. Maior dicitur eſſe maſcula, folio aſpero, pinguiore q̃ minoris, & imbricato, toroſiore caule, magiſq; ramoſo, radice lignoſa: quæ a quibuſdam ut herba quoq; ipſa, Libanotis dicitur, autore Plinio. Manipulo eius abiecto, omnes etiam a tota domo blattę conueniunt ad eam. Vtrũq; genus ſerotinũ, ut quod poſt arcturũ germen, floremq; mittat. In ſum̃a, Cunilaginis appellatione, quatuor herbæ ueniunt: maſcula, & fœmina. Et quæ tertio loco ponit̃ fœdiſſimi inter omnes odoris. Quartam reddit Plinius: quã appellat ſatiuã, Serpillo ſimilẽ, e Culagine mõtana factã. Eſt & q̃nta eius ſpecies Hippoc. ut dicet̃ paulo poſt. Cunilago dicit̃ et ipſum Liguſticũ ab aliq̃bus, ſed falſo. At Cunilę tria ſunt gña ſiue nomina. Capitatã et noſtratẽ, quę Satureia ſit, uocamus. Gallinaceam quę Origanũ, Heracleoticũ: Bubulã, quę quẽadmodũ a Gręcis dicat̃, aliud nõ cõpi, q̃q; eã Plinius ꝑ Origano accipe multis locis uidet̃, ĩ qua ſignificatiõe uocabulo eo et nos uſi ſumus.

Cunilaginiſ genera.

D

De CONYZA PARVA.

Conyzæ duo genera. Quæ parua uocatur, odore præſtantior eſt. Maior uero frutice altior, & folijs latioribus, graui odore. Vtriuſq; folia Oliuæ ſimilia, hirſuta, pinguia. In maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur. In minore pedem æquat. Flos ſqualidus, lutei, aut fului coloris. Quin in pappũ abit. Radices ſuperuacuæ. Suffitu, ſubſtratuq; frutex animalia fugat. Culices abigit, & pulices necat. Folia conuenienter illinuntur ſerpentium plagis, & tuberculis, ac uulneribus. Flos cum uino ad menſes partuſq; eijciendos bibitur. Item contra urinæ ſtillicidia, arquatum morbum, & tormina. Comitiales potus ex aceto adiuuat. Decoctum in deſeſſionibus medet̃ uuluæ malis. Impoſitus ſuccus abortũ facit. Ex oleo efficaciter rigoribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita ſanat.

BARBARI COROLL.

Conyza minor eadem fœmina, Hippocrati Cunilago ſemper mollis uocatur. Folia huius trita, mellis odorem habent, digitis tactu cohærentibus. Hanc Dioſcorides Libanotidem appellat, cum Plinius maſculam ita nominet. Piloſiora minori folia & rami: qui & aculeati ſunt. Flos ſqualidior, odore acriore, qui tamen grauior ſit maſculæ.

De Altera Conyza.

Eſt & tertium Conyzæ genus, quod aliqui Paruam, alĩ Panion, alij Libanotidem. Magi Cronon uocant. Caule craſſiore, ac molliore. Folijs quam Paruæ maiuſculis, minime pinguis, & maiore minor, multo graui=

A

oris odoris & iniucundioris, sed inefficacior. Prouenit locis non riguis.

B A R B A R I C O R O L L.

HIppocrates Cunilaginem, siue Conyzam, præter supradictas, aliam describit. Apio crispo similem: in maritimis, sabulosisque nascentem, odoris teterrimi, & maxime fastidiendi: quam cũ melle atque uino fœminarum locis, quæ fœtum non recipiant, admoueri præcipit, libro de muliebribus caussis secundo.

E X M. V E R G. C O M M.

COnfundit, miscetque Plinius pluribus locis cum Origano Conyzam. Nec facile est eodem nomine duas diuersasque plantas ab eo sępius appellatas, in historię medicinęue gratiam & usum secernere. Longior fuerim, si omnia quæ tam multis locis de Conyza, Cunilagine, & Cunila ab eo dicta sunt, coaceruare hoc loco cogitem. Superuacaneũ id etiam fuerit, quoniã signanda non multo post & repetenda nobis omnia, aut plura saltem ex illis erunt. Aliud itaque prius agemus, & ut nouerint omnes, non esse Conyzam Origano eandem, neque ediuerso utriusque proprias numerabimus notas: ut propositis his, quæ a Plinio miscentur certius pateant. Incipiemus autem ab Origano, quam hic ait folium Hyssopo simile habere, umbellam nõ comosam, uerum diuisam, & in summis uirgis semen. Et quod ad alia Origani genera pertineat Onetida candidioribus folijs, sed magis Hyssopo similibus esse: semine uero corymborum mõ, & quã agrestem Origanum dicunt, folia priori Origano similia habere: uirgas dodrantales, in quibus Anethi modo umbellæ sint, & candidi flores. Et hæ omnium Origanorum in hoc scriptore notæ sunt. Conyzæ uero, quas pauloante diximus folium oleaginum, non Hyssopi, hirsutum, pingueque: caules bicubitales: flores lutei, fragiles, subamari, & qui in puppos euolent. Quorum nihil habet Origanus aliqua. Plinius autem lib. 19. cap. 7. autore herbario Crateia, Ligusticum primo seu Panaces Cunilam bubulam uocari tradit: cæteros hanc Conyzam græce appellare, & ab eodem Cunilaginem dici. Idem non multo post uolumine. 20. cap. 15. Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera. Quæ Bubula appellatur, semen Pulegij habet: utile ad uulnera commanducatũ, impositumque, ut quinto post die soluatur. Contra serpentes quoque in uino bibitur, ac tritum plagis imponitur. Vulnera ab his facta confricantur. Item testudines cũ serpentibus pugnaturæ, hac se muniunt. Hic ipse Plinius sequenti capite etiam ait. Est alia Cunila appellata a nostris, a græcis Origanum Heracleoticum. Totoque hoc capite nihil, nisi multiplex Cunila ab eo tractatur: manifesteque Conyza hæc Cunilæ nomine censetur, cũ ait. Pulices etiam contritæ cum aqua sparsæ necant. Quod priuatim Conyza habet. Poterant & alia repeti, sed ad eam quam cogitauimus rem satis hæc sunt. Nec nobis aliud modo propositum est, quam monere ex his quæ pauloante dicta sunt, toto genere differre inter se Origanum omnem, & Conyzam omnem, Pliniumque Cunilæ nomine in utraque passim uti. Omittimus quod primum ille ait, Ligusticum, seu Panaces Cunilam a quibusdam dici. Falsum enim non multo post esse id ipse testatur. Quod autem lib. 20. cap. 15. ab eo dicitur, Cunilæ præter satiuam plura sunt genera. &c. ad Origanum manifeste pertinet: præsertimque, quod de testudinibus cum serpentibus pugnaturis eo loco traditur: si Plutarcho credimus in naturalibus caussis dicenti. ἡ δὲ χελώνη φαγοῦσα τὴν σάρκα τῆς ἔχεως ὀρίγανον ἐπεσθίει, quod & si idem penitus non sit, eandem tamen rationem habet. Quæ deinde statim ab hoc loco descripta ab eodem sunt. Est & alia Cunila a nostris appellata, a græcis Origanum Heracleoticum, ad Origanũ similiter pertinent. Cumque plura Cunilæ genera fecisset, uni ex his omnia Conyzæ huius tribuit. Tamque uagus in hoc Cunilæ nomine, incertusque est, ut nihil nos ex decretis eius certum afferre audeamus. Quod autem conijcimus, huiuscemodi est. Origanum gręci uocant notam omnibus herbam: & ut fit in gentibus, quibus semper & ubique non fuerunt eadem rerum nomina, eandem Conilam uocauerunt. Testisque hic ipse in Origanis, sed multo certius in Theriacis suis Nicander dicens. κόρχορον ἢ μυοῦντα πανάκτειον τε κονίλην, ἥν τε καὶ ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφιέπουσι. Quorum sensus est. Et corchorum clauso folio, & omnia sanantem Conilam, quam Herculeam Origanum appellant. Nihil antiquorum duorum scriptorum, ut uidetur, certiore fide confirmari poterat. Pro compertoque est, Conilam antiquis græcis Origanum fuisse. Potuitque Plinius eorum autoritate Origanum Conilam uocare. Nescimus tamen, an Cunilam, quæ si latinis est quæ græcis Conyza, misceri, totiens ab eo non debuerat. Suspicamurque nos, quod est minimum inter duas has uoces discrimen (una siquidem litera uariant) caussam Plinio dedisse, ut diuersas plantas eiusdem Cunilæ nomine totiens misceret: cum tamen Origani gręca uox, Conila per, o, latina uero Conyzę, modo hæc illi respondeat, per, u, scribenda sit. In græca illa uoce certa omni asunt: in latina facile est ratiocinari, Cunilam, siue malis Cunilaginem appellare Conyzam hanc, aut illi similem fuisse. Est enim non Plinio tantum, uerum Columellæ, alijsque scriptoribus frequens hæc uox. Pliniusque priuatim gręcorum Conyzã Cunilam manifeste appellauit libro decimo, capite. 10.

Crateias herbarius.

B

C cum ait. Non poteſt petris auelli polypus. Idem. Cunila admota, ab odore protinus reſilit. Acceptum id ab Ariſtotele eſt libro quinto de hiſtoria animalium his uerbis idem docente. καὶ ὅτι πολύποδας ὄν τῳ μὲν προσέρχονται ὥστε μὴ ἀποσπασθῆναι, ἀλλ' ὑπομένειν ἀποτεμνόμενοι, ἐὰν δέ τις κονύζαν προσενέγκῃ ὥς φασιν εὐθὺς ὀσφραινόμενοι ἀφιᾶσιν. Quod ab hoc ſcriptore relictum, alterius autoritate & teſtimonio addere placuit. Et ut meminiſſent legentes, non poſſe Conyzam teterrimi & grauiſſimi odoris herbam, cum Origanis miſceri: neq; ſi diuerſarum gentium uoces fortuito concurſu eundem ſonum reddant, ideo eandem in illis rerum eſſe ſignificationem. Fiunt enim in græcis & latinis multa huiuſcemodi: ſuum tamen in ſua gente intellectum omnes habent. Dicimus id, quoniā ſi latinis Cunila eſt quæ græcis Conyza, non debuerat uicinitate nominis ad Origanum, quæ Conila gręcis eſt, transferri, & cum illa miſceri. Nec dicimus, ꝓ comperto habere, latinam Cunilam græcam Conyzam eſſe. Verū illud teſtamur, ex quotam multis ea uox in uſu eſt, in eam partem propenſiores eſſe, & per, u, in principio ſcribendam: quemadmodum cum Origanū oſtendere uolemus, per, o, illam Cunilā, hanc Conilā dicentes. Pulicariam ſimpliciter in Ariſtotele quo diximus loco Conyzam uertit Theodorus gaza: facto ex euentu illi hoc nomine, quia. ſ. pulices enecet: alioquin in nomine nulla eſt pulicum ratio. Nobis Conyzam hanc magis placuit uocare: ut quarto uolumine deſcriptam, & Pſyllion appellatam herbam, certius ex græco nomine Pulicariam appellemus. ψύλλα enim græcis pulex eſt: & ψύλλιον herba a pulicibus uocat̄, q; inſectis his ſimilis ſemina habet parua, nigra, & tota pulicum figura. Erit ob eam cauſſam duplex in hoc opere nobis Pulicaria, altera præcedente Conyzę nomine ſignata, altera ſimpliciter a pulicibus nominata. Quemadmodum tunc etiam iterum a nobis dicetur. Habet Conyza hæc Pulicaris, quo in græcis modo leguntur, numeroſas appellationes, fereq; omnes incertas: ideoq; non tractandas a nobis, præterq; Dinoſmon: quæ uox a grauitate odoris illi facta eſt: & Piſſam, quæ pix græcis eſt, a glutinoſo lentore dictam: q̄d Plinius ſignificauit dicens. Trita mellis odorē habet digitis tactu eius cohærentibus. Tria eius gña Dioſcor. numerat, maiorem, minoremq;, & tertiam inter utranq; mediam: craſſiore molliorеq;, caule: folijs maioribus minore, minoribus uero maiore. Theophraſtus alijs nominibus duo genera tantum Conyzæ facit. 6. de plantarum hiſtoria uolumine, his uerbis. Conyzæ duo genera, mas altera, fœmina altera. Differentias inter ſe habent, quemadmodum & alia: quę ſic diuiduntur. Fœmina tenuiore folio, & conſtrictiore eſt, in uniuerſumque minor. Mas maior eſt, craſſiore caule, ramoſior, & folium maius, pinguiuſq; habet, & præter hoc florem magis ſplendentem. Semen fert utraq;. In uniuerſumq; ſero germinat & floret, Nec niſi circa, aut poſt arcturum. Grauis maſculæ odor, fœminę acrior. Quam ob cauſſam contra uenenata utilis. Et hæc a Theophraſto dicta ſic ſe habent. Quæ commentationibus his noſtris placuit addere, ut duorum ſcriptorum concors eademq; hiſtoria Conyzæ cognoſceretur: & ſi non iiſdem uerbis, neq; eodem modo ab utroq; omnia dicta fuerint. In Dioſcoride autem quod ad floris colorem pertinet, qui duplex in communi græcorū lectione legitur, μήλινον ἢ ὑπόκιῤῥον luteus & ſubruffus, mutatum a nobis eſt: ſecundamq; illam uocē ὑπόπικρον, quod eſt, ſubamarum fecimus, luteum & ſubruffum, diuerſos colores male coniungi & miſceri ſentientes: mox monentibus uetuſtiſſimis græcis & latinis codicibus, in quibus amarū adhuc manifeſte legitur.


Cunila
Conila.



¶ Parietaria.

Sanct Peters krut.
Tag vnd nacht.

Herba hæc descripta
est supra in priori To
mo, folio 263. a. b.
& sequen.



A

De FOENICVLO RHAPSODIA .IIII.

Nomenclaturæ.

Græcè μάραθρον.
Latinè Maratrum, Fœniculum.
Germanicè, Fenchel.

FOENICVLVM quasi uulgo notissimum a Diosco. non pingit.

De Fœniculi temperamento ex Galeni LIB. VII.

Fœniculum tam ualenter excalfacit, ut ex tertio ordine excalfacientium censeri promereatur: desiccat uero non æque. Sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit. Proinde lac procreat: quod si admodum desiccaret, non sane efficeret. Suffusis eadem ratione auxiliatur. Vrinas, mensesq; ciet. Porro est & aliud Fœniculum, quod præ magnitudine Hippomaratrum nuncupant: cuius radix ac semen amplius quam domestici desiccandi uim obtinet. Quocirca uentrem quoq; eo nomine sistere uidetur. Nec sane manifesta illis inesse uidetur astrictio. Huius non radix modo, sed & semen Cachryi simile est: potestq; & calculos frangere, & æruginosos sanare, mensesq; & urinas mouere: non tamen lac congerere sicut illud superius. Aliud est Hippomaratrum, cuius semen rotundum est & acre, simile semini Coriandri, facultate quidem Hippomaratro simile, sed debilius.

Ex PAVLO libro.7.

μάραθρον θερμαίνει μὲν κατὰ τὴν τρίτην τάξιν, &c. id est, Maratrũ calefacit in tertio ordine, desiccat uero quasi in primo. Quapropter lac gignit, & oculorum suffusionibus auxiliatur.

Vires Fœniculi ex DIOSCOR. lib.3.

B

Fœniculum, si herba edatur, aut semen cum ptisana bibatur, mammas lacte replet. Comæ decoctũ, in renum doloribus subditũ proficit, quippe quod urinam excitet. Contra serpentium ictus in uino conuenienter bibitur. Menses ciet. In febribus nauseam & stomachi feruorẽ, ex aqua frigida potum sedat. Contritæ radices, & cum melle illitæ, morsibus canum medent. Succus caule & folijs exprimitur, & in sole siccatus in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorum aciem commode temperantur. Extrahitur etiam semine uiridi ramulisq; & radicibus prima germinatione incisis. In Iberia succum reddit gummi similem. Caulem medium dum herba floret rustici demetunt, igniq; admouent, quo facilius ui caloris exudans gummi remittat. Quod efficacius succo est ad medicamenta oculorum.

De Hippomaratro.

Hippomaratri radix menses imposita ciet, potaq; stranguriæ medetur. Ventrem sistit, radice, aut semine poto. Contra serpentium morsus auxiliatur. Calculos comminuit. Regium morbum expurgat. Lactis abundantiam facit. Decoctum foliorum haustum, fœminas a partu purgat.

De alio HIPPOMARATRO

Tradit aliud Hippomaratri genus, longo, exili & angusto folio, semine Coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciẽdi naturã habet, & uirib9 Fœniculo respõdet. Ad oĩa infirmius.

Ex lib. Galeni de facultatibus Almentorum secundo.

Sua nonnunq; sponte Fœniculum prouenit, ceu & Anethum. Seritur & in hortis. In condimentis assiduus Anethi usus, Fœniculi uero & in obsonijs. Apud nos enim hoc reponunt non secus ac Pyrethrum, ac Terebinthum condientes, ut in totum annum usui sit: quemadmodum & cepas, & rapas, & alia huiusmodi quædam in solo aceto, alia in oxhalme asseruantes.

C



¶ De SER=
PILLO.
RHAPSO=
DIA. V.

¶ Nomenclaturæ.

GRAECEE

ἕρπιλλος.
πόλιον.

LATINAE.

Serpillum.

GERMANICAE.

Quendel.
Kyenlin.
Hünerköl.
Wilde Boley.
Vnser frawen bettstroe.
Hünerserb.

D

¶ De generibus SER=
PILLI ex
Dioscor. LI
BRO. III.

DVORVM GENERVM EST. HORTENSI=
um odore Sampsuchum imitatur, atq; in coronas addi solet. Cui a serpendo nomẽ inditum est : quoniam si qua eius particula terram attingat, inibi radices demittet. Folia & ramulos Origani habet, sed candidiores. In macerijs multo procerius assurgit. Syluestre Zygis appellatum, non serpit, sed in altitudinem increscit, ramulos ædens tenues, surculosos, folijs refertos longioribus quam Rutæ, & durioribus angustis. Flores iucunde olent, gustanti acres. Radicis nullus usus. Nascitur in petris satiuo efficacius, atq; magis excalfaciens, & ad medendi usum aptius.

Serpilli explicatio per M. Vergilium.

Serpillum nouerunt, quæ urbes & agros incolunt gentes omnes. Pauci tamen syluestre a satiuo discernere didicerunt: tam paratũ ubiq; satiuũ est, humana opera a syluestri & horridiore illius aspectu, ad mitiorem & speciosiorem habitũ translatum. Quo uno habitu, & ramulorũ in firmitate, a syluestri differt. Fit enim in satiuo Serpillo, quod in urbanis & elegantioris uitæ hominibus, ut per se rigentibus ramis stare nequeat, sed hortorum delitijs, & nimia humo ris copia uireat quidem speciosius, infirmius tamen per terram serpat. Qua fortuna in urbibus omnia fere sunt, quæ comparata agro sanitatis, uirium, patientiæ, aliorumq; uitæ laborum & munerũ minus habere ubicunq; deprehenduntur. Neq; Herpillum a Græcis, & ex eo Serpil-

A

ſum a latinis dictum eſt, quod per terrā ſimpliciter ſerpit, quæ ſatiui noſtra ætate fortuna eſt, ſed
φ, ut Theophraſtus ait lib. 6. de plantarum hiſtoria, proprium quoddam eſt ramulorū Serpilli
incrementū. Priuatim enim poſſunt in quantam uoluerit aliquis longitudinem trahi, adiecto il-
lis pedamento aliquo: aut ſi prope ſepes plantetur: aut ex altiore loco aliquo deorſum dimit-
tatur. Sic enim in longū protrahuntur: & ab hac plantæ in ramulis eius natura, φ in longū Ser
pillum latini & græci olus hoc nominauerunt. Syluestris contra illius quod Zygida hic ait uo-
cari, nulla eſt nominis eius inuenta nobis ratio. Niſi forte a trutina, quam gręci Zygon uocant,
rectitudineq; eius ad rectitudinem ramulorū in ſylueſtri Serpillo tranſlata ea uox ſit. Aut quia
ramulis his natiuo lentore ad uinciendum, & uitiliū uſum aptis, in re ruſtica forte uteretur an-
tiquitas, Zygis hoc Serpillum dictum fuerit: & quod eo iugarentur uites, quod ζυγῶν græci ali-
quando dicunt, in eadem ſignificatione, in qua ligare & uincire paſſim latini utuntur. Sylue-
ſtris Serpilli huius, quod tacuit hic ſcriptor, duo genera numerauit Theophraſtus. Alterum
Tymbręam, quod Tymbrę parem acrimoniam habet. Alterum quod odoratius & molluis ſit.
Hic autem nullam forte in medicina eorum diuerſitatem ſentiens, unius generis ſylueſtre Ser-
pillum dixit, & ex præcipuo diſcrimine a ſatiuo diſcerni monuit. Multa alia Theophraſtus etiā
de Serpillo dixit, qualia ſunt. Longiſſime & ſpecioſiſſime frondere Satiuū, ſi in puteum deſcen
dere dimittatur, podio eius impoſitū: nec aliud quodpiam genus eius eſt: plantariq; Serpillum
autumno plærunq;, plantari etiā uere: amare domos & hortos: gaudereq; aquis & ſtercorati-
one: præſertimq; ex iumentorum fimo: & meliorefcere ſæpius tranſlatum.

Zygis.

Vires eius & iuuamenta, ex Dioſcoride.

Menſes trahit. Vrinam potu ciet. Torminibus, ruptis, uulſis & iocine
ris inflammationibus auxiliatur. Et aduerſus ſerpentes potu, illituue. Ca
pitis dolores mulcet coctum adiecto roſaceo, & madefactum in aceto. Ma
xime uero Phreniticis & Lethargicis conuenit. Cruentos uomitus ſedat,
ſuccus drachmis quatuor ex aceto potus.

B

Ex Platina.

Serpillum a ſerpendo dicitur, tam apud nos, quam apud græcos. In montibus enim eadē
ratione qua Siſimbrium longe ac late floret. Satiuum minus ſerpit. Aduerſus ſerpentes efficax
eſt. Capitis dolores decoctum ex aceto, & illitum tempori tollit.

Ex M A C R O.

Hoc ideo miſcere cibis meſſoribus eſt mos,
Vt ſi forte ſopor feſſos depreſſerit illos,
Vermibus innocuis tuti requieſcere poſſint.
Peſtiferos morſus bibitum iuuat, appoſitumq;.
Prouocat urinas, compeſcit tormina uentris.
Splen iuuat admixto, ſi ſæpe bibatur, aceto.
Si mel prædictis iungatur, ſpina cruenta
Lactantes, mire ſolet potus ille iuuare.
Hauſtum cum uino, iecoris ſedare dolorem
Dicitur, hicq; ſolet producere menſtrua potus.

Verg. in Alexi.
Theſtilis & rapido feſſis
meſſoribus æſtu, Allia,
Serpillumq; herbas con-
tundit olentes.

Baptiſta Fiera.

Menſtrua Serpillum, ueſicæ pondera tabem
Pectore ab infirmo, ſubtrahit igne ſuo.

Ex Columella lib. 12.

Thymum & tranſmarina Cunila, & Serpillum, magis aluearia curantibus, quam olitori-
bus, ſtudioſe conſeruntur. Sed nos ea condimentorum cauſſa (nam ſunt quibuſdam eſculen-
tis aptiſſima) non alienum putamus etiam in hortis habere locum: neq; pinguem, neq; ſterco-
ratum, ſed apricum deſyderant; ut quæ macerrimo ſolo, per ſe maritimis prærumque regioni-
bus naſcuntur.



A

De S C A B I O S A, R H A P S O D I A. VI.

SCABIOSAM herbam Pandectarius apud Dioſcoridem στοιβὴν interpretatur, id eſt, Steben: ſed reclamãte Hermolão Barbaro, cuius hæc in Corollario uerba ſunt. Si Steba idem eſt quod Phleos, id quod uidetur aſſerere Plinius, errant qui Steben pro ea herba capiunt quæ uulgo Scabioſa uocatur, folio Erucæ hirſuto, non tamen aculeis hærente, cærulei floris, ex qua & ſcopæ fiunt. Sit autem Scabioſa, quæ ab Aëtio Pſora dicitur, cuius uſtæ fumo arborum Erucę moriantur, non habeo cõpertũ. Hęc Barbarus. Plura qui noſſe uolet, conſulat uulgaria Herbaria.

Scabioſæ I V V A M E N T A ex P A N D E C T A R I O.

Fertur, ꝙ S. Vrbanus ad petitionem cuiuſdam ſororis ſuæ anhelantis ſuper Scabioſæ uirtutes, quoniam ipſa continue utebatur, miſit ſibi infra ſcriptos uerſus.

Vrbanus pro ſe neſcit precium Scabioſæ.
Nam purgat pectus quod comprimit ægra ſenectus.
Lenit pulmonem, purgat laterum regionem.
Apoſtema frangit, ſi locum bibita tangit.
Tribus uncta foris antracem liberat horis.

B

Herbæ huius meminimus ſupra priore Tomo, in Conſolidarum deſcriptione, fol. 78. d.

Solidago.



Maſſzlyeblin.
Zeitlöſlin.

C



Eupatorium.

Wild Salbey.

A

¶ De EVPATORIO, RHAPSODIA .VII.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, ἐυπατώριον. ἡπατώριον. ἡπατῖτις.
Latine, Eupatorium. Hepatorion. Hepatitis.
Germanice Barbarorum, Wild Salbey. Neotericorum, Odermenig.

Historia EVPATORII secundum Dioscor. lib. 4.

EVPATORIVM, siue ut alijs placet Hepatorium, aut Hepatitis, fruticosa herba est, unum efferens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenuem, hirsutum, cubitalem, interdum ampliorem. Folijs per interualla Quinquefolij, aut Cannabis similibus, quinquepartito, aut amplius diuisis, nigricantibus, per ambitum serratis. Semen medio caule erumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccatũ uestibus inhæret. Contrita huius folia, & cum suillo adipe imposita, ulceribus quæ ægre cicatricem trahunt, medentur. Herba, aut semen in uino potum, dysenteria, iocineris uitijs, & serpentiũ ictibus liberat. Nec desunt qui aberrantes, Artemisiam hanc appellarint, cum tamen longe alia sit, uti exposuimus.

¶ Iudicia & opiniones quorundam doctissimorũ uirorum, de uero Eupctorio, & primo Hermolãi Barbari.

Eupatorium, & Eupatoria quoq; dicitur. Regiam & hæc autoritatem habet, folijs plumosis, modo caulis, flore candido, radice superuacua. Mauritani aliud Eupatorium demonstrant, officinis penitus diuersum figura, sed effectu par, scapo exiguo, fere cubitali, folio Centauri minoris, frutice odorato, sed flore magis, qui luteus ei est, radice superuacua. Passim nascitur.

B

Marcelli Vergilij Iudicium.

Fuerunt quondam, & adhuc sunt, magnę inter autores & medicos litis Eupatorium, & Argemone. Nec persuaderi adhuc possunt aliqui, nõ esse Argemonem Eupatorium: ex tam multo tempore, tamque antiquæ fidei in medicina autoribus, ea multorum animis opinio insedit. Licetq; hic iampridem in Anemone, & nunc in Eupatorio dixerit decipi plærosq;, falsoq; credere Argemonem Eupatorium esse: non desinunt tamen quotidie pro ea re uiolenter aliqui certare. Verba eius in Anemone sunt, qualia poterunt uolentes cum libuerit uidere: ea nunc etiam repetita ab eo sunt. Nosq; illorum memores, necessario locum in extremo hoc capite emendauimus: & pro Artemisia, Argemonem uertimus. Quod enim hic ait, quosdam Artemisiam hanc uocasse deceptos, alia enim est ut præmonstrauimus, in Artemisia non legitur, at in Anemone manifeste id inuenitur. Sunt Dioscor. in Anemone uerba hæc. ἔνιοι δὲ μὴ δυνάμενοι διορίζειν ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης τὴν λεγομένην ἀργεμώνην, καὶ τὴν ῥοιάδα μήκωνα. παρὰ ἧς ἐν ταῖς μήκοσιν ἱστορήσομεν διὰ τὸ τῶν ἀνθῶν ὁ μόχρουν φοινικοῦν ὑπάρχον πλανῶνται τὴν ἀργεμώνης ἐυπατώριον ὀνομάζοντες. &c. Quorum sensus est, qui in Anemone redditus a nobis fuit: cui & hic respondet locus. Neq; Artemisiam, sed Argemonem falso inquit Diosco. credere quosdam Eupatorium esse. Neglexerũt hoc alij interpretes, quod alioquin multifaciendum erat: ut quale uerũ Eupatotiũ esset aliquando cognosceretur. Vidimus nos in maioris ciuitatis nostræ Nosocomij hortis natam plantam, quæ omnibus a Dioscor. traditis notis, ueram Eupatorium se ostenderet: præsertimq; semine in terram decliui, & postq; aruerat uestibus hęrente. Nihil in quotidiana multarũ plantarũ obseruatione certius antiquæ historiæ respondere aliqñ mihi uisum est: surculosum genus, singularis uirga, lignosa postq; aruit duricies, plumosa undiq; aspitas, color liuens magis q̃ niger, & folia per interualla, sed contrarijs pediculis pendentia. Quod non penitus huic scriptori respondere uidebatur: comparatio tantum erat, qua Cannabis, aut Quinquefolij folijs ea comparabatur. Cætera naturæ & Dioscor. eadem omnia erant. Rrgiæ dignitatis herba Eupatorium etiam est, ab Eupatore rege inuenta. Et quoniam iecori præcipue medeatur, quod græci ἧπαρ dicunt, ideo Hepatorium, & Hepatitis ab aliquibus dicta.

C

Iudicium Nicolai LEONICENI lib. de Erroribus Medicorum.

Auicenna scribit, Eupatorium habere folia Cannabis, florem Nenufaris. Mesue idem Eupatorium folijs Centaureæ minoris, floribus subcitrinis, longitudinis paucæ constare. Serapio folijs Pentaphylli, aut Cannabis: florem autem non explicat. Fortunatum esse oporteat, qui diuinare uoluerit, quis nam ueriora retulerit: ac quod Medicus ille precabat, qui medicinam sorti cõmiserat, dij sua cuiq; remedia, quibus illa extraherent, secundarent, itidem a nobis orandum, ut bona fortuna in uerum incidamus autorem.

Hominis cuiusdam docti iudicium, LEONICENO respondens.

Nicolaus Leonicenus inter Medicos Italiæ præstantissimus, libro de Erroribus Plinij & Auicennę, manifestissimum Medicorum Arabum, & omnium recentiorum in herba Eupatorio errorẽ monstrauit. Nam herbã quam hodie Medici nostri Agrimoniam corrupte, pro Argemone, siue Argemonia uocant, eam uerum esse Eupatorium, ex Dioscor. descriptione facile ꝓbari potest, cũ contra nemo, nisi iudicio penitus carens, Eupatorion esse, ostendere possit, quod pharmacopolæ hodie sic uocant, D quodq; Auicẽna, & Mesue descripsere. Nam pro Eupatorio, quidam utuntur herba Ambrosiana, uulgo dicta: alij uero quadam herba, quæ iuxta aquas frequens reperitur: quarum nulla flores habet lutheos, neq; semen, quod cum maturuerit, uestibus inhæreat prætereuntium. Deinde nec serratim intersecta folia, uelut Cãnabis: quæ omnia in Agrimonia luce clarius uisunt. Quamq; autẽ Dioscorides Eupatorium quibusdam etiam uocari Hepatitim scribat, quasi ad hepar referendum sit, ἡ εὐπατόριον ἀπὸ τοῦ εὖ, καὶ ἧπαρ, id est iecur, tamen ipsum ab inuentore Eupatore, quemadmodum Valerianam, Centauream, atq; alias eiusmodi dictas potius putauerim. Quare quisquis est Mediocrum, qui posthac Eupatorio uti uelit, Agrimonia Eupatorij loco utatur confidenter. Quæ autem sit Argemone, siue Artemon, ut Dioscorides uocat, non est meum definire. de prima enim specie apud Dioscoridem nihil adhuc certi possum statuere. De altera uero opinor idẽ quod Leonicenus, esse eam, quam Argentariam recentiores, & Apium hæmorrhoidarum uocant: a colore foliorum dicta fortasse Argemone, ἀργεμώνη, id est, Argentea.

Agrimonia uerum Eupatorium.

A

¶ De SOLANO, RHAPSODIA .VIII.



B

¶ Nomenclaturæ.

Græce, στρύχνος.
Latine, Solatrum. Solanus. Strychnos. Maurella, uel Maurella a Macro. Vua lupina. Solaria. Vua uulpis. Vua canina.
Germanice, Nachtschatt.

¶ Autorum placita de herba SOLANO.
Dioscorides de quattuor generibus SOLANI lib. 2.

HOrtensium, seu urbanum Strychnon, Romani Solanum uocāt, alij Cacabulum, Aegyptij Allelo, Galli Scubulum, Aphri Astrismunim. Frutex cibis idoneus, exilis, pusillus, multis concauus alis: folio nigro, maiore quam Ocimi, & latiore: fructu rotundo, uiridi, qui post maturitatem nigricat, aut fuluescit. Herba innocentis gustus. Natura ei refrigerandi.

C Est & aliud Solanum, quod peculiari nomine Halicacabon, id est, Vesicariam, aut Physalida uocant, folijs antedicto latioribus. Cuius caules posteaquam adoleuerunt, humi prosternuntur, folliculis orbiculatis, fuluo intus acino, uesiculis simili, rotundo, læui. Quo coronarij utuntur, & corollas factitant.

Solanum somniferum e Græcis aliqui Dircion appellant, alij Strychnon, alij Manicon, alij Dorycnion, alij Calliada, Romani Apollinarem minorem, alij Vlticanam herbam, aut Opsaginem, Daci Cicoliden, Pœni Cacabum. Fruticat multis ramis, densis, lignosis, fractu contumacibus pinguium foliorum, Cotonææq; mali similiũ, plenis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice longa, subrubro cortice uestita. Nascitur in saxis non procul a mari.

Strychnon, siue Solanũ Manicon, aliqui Persion, alij Thryon appellauere, alij Andron, alij Pentadryon, alij Enoron, quidam Orthogyon. Huic folium Erucæ simile, maius aliquanto, satis ad spinam, quam Pederota uocant, accedens. Caules a radice eximios emittit, decem, aut duodecim ulnerum altitudine adolescentes, caput in cacumine Oliua maius, & latius, & ut Platani pillula, hirsutius. Florem nigrum. Postq; eo exuitur, racemus exit rotundus, niger, denis, aut duodenis acinis constans, similibus Hederæ corymbis, ut uuæ mollibus. Radice firmatur candida, crassa, caua, cubitali. Gignitur in montibus uento perflatis, maritimis foueis, & uagis.

D

Explanationes horum quatuor generum Solani, per HERMOLAVM BARBARVM.

Strychnon, siue ut Galenus Trychnon, satiuum, quod & melan, hoc est, nigrum cognominant, a nostris Solanum dicitur, familiare cibis, in Aegypto maxime. Nihil mali corporibus esse predicat Xenocrates, cui hoc salutare non sit. Flos huic est candidus: acini, siue poma, potius herbacea, & quadamtenus aculeata, in quibus semen. Hoc Romæ uidimus in horto oratoris Galli.

Strychnon Halicacabon folijs Ocymi describitur a Plinio, commendatum quidem & hoc cibis ab aliquibus, licet hortense præferatur. Radicem Halicacabi bibunt, qui sunt uaticinandi callentes, qui furere ad confirmandam superstitionem aspici se uolunt. Aspidum naturæ in tantũ aduersa hæc herba est, ut radice propius admota, soporentur.

Strychnon Hypnoticon, id est, soporiferum, ab alijs Morion, ab alijs Moly appellatum, coronarijs in Aegypto expetitur, inuitante similitudine florum Hederæ. Velocius hoc ad mortem, q̃ Opium. Inuenio & Strychnen, & Eubepaton, & Callion uocatam: nostri Vesicariam, a folliculis, uel quia uesicæ prosit & calculis. Theodorus omnes Strychnos Vesicarias appellat. Radix huius sanguinis modo rubra Theophrasto candida, cum inarescit. Semen coccineũ, folia mali Cotonei, Lactucæue caprinæ: sed hirsuta, magno cespite, in rupibus sepulchretisq; nascitur. Genus hoc Dioscorides libro primo Alicacabum uocauit. Eademq; ad uerbum fere scripsit, quæ nunc in soporifero leguntur. Sed Alicacabus tamen uera est, quæ proximo capite superius descripta est, ut Galenus inquit. Laudant hoc a loco ad fruendum, & Tamarisco.

Strychnon Manicon, insaniosa herba: quã & Doryon, siue potius Dorycnion uocabãt: qa cuspides in p̃lijs eo tingerent, passim nascente. Alij Perisson appellabant. foliũ Erucæ maiusculum, capite Gethyi maiore pilosioreque, ut Theophrastus scribit, qui hoc edant uideri sibi pulcherrimos affirmans. Hoc & coronarijs placebat. Erythron dicebãt, & Neurita qui nequiter occultabãt, ut inquit Plinius. Frutex est surculosus uerius q̃ herba, ut Plinius tradit: folliculis magnis, latisq;, ac turbinatis, grandi intus acino: qui maturescit Nouembri mense.

A

Eorundem dissertatio per M. Vergilium.

Vessicarias in Theophrasti plantis Gaza Strychnos duas appellauit: sopores alteram, furores facientem alteram: quæ huic scriptori in quatuor eius generibus postremæ sunt. Videturq; ex Plinio uolumine.21.cap.31.cōmune id nomen omnibus fecisse: cum tamen Plinius secundū eius genus tantum cognomento Halicacabum, Vessicariam uocet: caussamq; afferat, q uesicæ & calculis prosit: in qua ui subscribentem sibi habet hunc scriptorem, qui οὐρητικὸν ait Strychnon eum esse. Verumtamen dubitari facile potest, an alia nominis eius caussa quondam fuerit, qualis in eo mox a nobis dicetur. Vessicarias, ut præmonstratum est, Strychnos omnes ille dixit. Celsus contra, ultimo secundi libri capite, cum numeraret quæ reprimunt simul & refrigerant, post multa his uerbis Solanum Strychnum uocauit. Siser, apiū, Solanum, quam Strychnum græci uocant: hanc intelligens, cui & a Dioscoride præcipua in refrigerando uis assignatur. Nosq; latinę rei antiquum autorem secuti, Solanum, non Vessicariam Strychnum hortensem, siue satiuam diximus, quæ nigris folijs & in extrema maturitate nigro semine ab hoc & ab alijs describitur, pingui cultoq; solo proueniens: cuius nostra ætate nullus in cibis usus est: & si hic hortense, satiuum, edendo esse & in cibo innocens dicat. Quibus conijcere aliquis merito possit, fuisse quondam in sanitate aliquem eius usum. Solani huius.9. de plantarum historia Theophrastus duo tantū facit genera, ὑπνῶδη καὶ μανικόν, id est, quod soporem, & quod furorem gignit. Suntq; de utroq; multa ab eo dicta, quæ suis locis ex eius historia a nobis repetentur. Cæteri omnes, autore ut nos credimus Dioscoride, quatuor Strychnos deinceps numerauerunt, Satiuum, hortensemq; hunc, & cibarium: quem omnes nigrum a colore fructus uocauerunt. Mox Halicacabum cognomento, quem priuatim nos Vessicariam a Plinio uocari credimus, rubente fructu, uuæ acini figura. Tertium somnificum, quem fruticosum describūt. Postremo insaniam facientem: diuersis in medicina etiam uiribus, quæ ab hoc scriptore statim patebunt. Obseruauimusq; nos, ad refrigerandum plærūq; usum Solani fuisse, & ex tam multis eius generibus Hortense ad eum usum maxime probasse antiquos. Cæteris enim maleficij periculum magis q̄ remedium inest. Facilis cognitu herba, nunq; deceptura incautos, si quas habent tot eius genera discretas folijs, fructu, coloreq; notas diligentius obseruauerint. Vtitur hortensis huius Solani succo Paulus Aegineta in primo ad refrigerandos in infantibus capitis ardores, quos Græci Syriasim uocauerunt.

B

Coronaria, quod hic, & Plinius testantur Vessicaria hæc quondam herba fuit. Damnarunt tamen ambo eius in cibis usum, nec ad coronas amasse ueteres aliud in ea uidentur, q̄ uessicas, folliculosq; illos qui per ambitum capitis ex coronis pendentes, grato spectaculo ruberent, turbinati, grandesq;, & Isaici sistri, ex quo crepitacula pendebāt, imaginē reddentes. Nascitur Vessicaria hæc multa in uineis, in Italia herba uerius q̄ frutex: pfertq; Vessicas illas Septēbri mense colore primū uiridi, mox paulatim rubescēte, turbinatas ut Plinius ait: semen Ciceris magnitudine intra se claudentes, rubro colore, nec nisi extremo Autumno maturescens: in nullo nostra ætate honore, aut usu. Vessicariãq; nos credimus a uessicis his potius, q̄ quia prosit uessicæ. Et si Plinius id testet dictā fuisse, ἐκ τῶν φυσῶν. etenim ex uessicis folliculisq; his factum illi nomē est. Nec aliter herbam intuentibus uidebitur: tam similes animalium uessicis folliculi illi sunt.

¶ Serapion & Auicenna non alia, sed alijs uerbis eadem cum Dioscoride agunt, corruptis interim aliquot uocabulis. Ex Neothericis nemo rectius Hieronymo herbario uidetur de ea disseruisse. Cuius hæc fere sunt uerba.

Solatrum trium generum habetur, quę quidem notiora sunt. Primum mortiferum: cui uulgo nomē Dollwurtz. suspicor esse Manicon, Dioscoridis speciem quartam. Secundum dictum Solatrum rubeum, atq; Germanis dicta, Judenkirßen/oder Schlutten. Tertium uulgatū, in omnibus opacis, & semitis obuiam, in quo hodie retinetur nomen Germanicum, Nachtschatt.

Vires & iuuamenta quatuor generum SOLANI ex Dioscor.

Folia Solani hortensis ulceribus quæ serpunt, & ignibus sacris, conuenienter cum polline polentæ illinuntur. Aegilopia, capitisq; dolores, trita & imposita sanant. Aestuanti stomacho auxiliantur. Parotidas, cum sale, detrita illitu discutiunt. Valet succus eius aduersus ignem sacrum, atq; ulcera quę serpunt, cum cerussa, rosaceo & argenti spuma, ad ægilopas cū pane, infantium adustioni, quam Syriasin uocant, cum rosaceo perfusus

C proficit. In collirijs, aquæ uel oui uicem exhibet, contra acutas fluxiones, suffusionesq́;. Aurium dolori instillatus prodest. Mensium abundantiã sistit, in uellere subditus. Succus fuluo gallinarũ in domibus oberrantiũ fimo subactus, & linteo appositus, ægilopijs præsantaneo est remedio.

Vesicaria uim usumq́; hortensij Solani habet. Verum cibis nequaquã expetitur. Regium morbum purgat, semine poto. Et urinam pellit. Ex utraq́; herba succus extrahitur, qui siccatus in umbra reconditur, ad eadem ualens.

Radicis Solani somniferi cortex, in uino drachmæ pondere potus, somnificam uim habet, Opio mitiorem. Semen uehementer urinã cit. Corymbi duodecim, hydropicis dantur. Si quid numero adijciatur, alienationem mentis faciunt. Remedio est aqua copiosa mulsa, potui data. Succus pastillis inseritur, & medicamentis quæ doloris leuamentũ præbent. Decoctus in uino, si in ore contineatur, dentium doloribus auxiliat̃. Radicis succus, cum melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

Radix Solani Manici drachmæ unius pondere pota ex uino, facit species uanas, imaginesq́; non iniucundas obuersari. Sed duplicatus hic modus, ad treis usq́; dies, mentis alienationem affert. Triplicatus, interimit. Remedio est aqua mulsa copiosius pota, & uomitione reiecta.

EX PLATEARIO.

Solatrum.i. Morella, est frigida & sicca in secundo gradu. Est autem diureticum aliquantulum. Valet contra opilationem Hepatis, & Splenis, & maxime contra Ictericiam. Quando opilatur superior porus Cistis fellis, detur succus in potu, uel ex succo eius, addito Zuccharo fiat D syrupus. Vel quod melius est, dentur unc. ij. succi, cum quinq́; scrupulis reubarbari. Contra apostema in Hepate, & in intestinis, & in stomacho, cum aqua hordei detur succus eius. Quod Dioscorides multum approbat. Contra caliditatem Hepatis penna intincta in succo eius, sæpe superponatur. Idem facito contra calidam podagram. Herba ipsa trita superponatur: uel quod melius est, succo eius addatur acetum, uel agresta, uel oleum rosarum. Contra calida apostemata in principio, ad repercussionem materiei, herba ipsa trita superponatur.

EX Io. VIGONIO.

Solatrum est frigidum & siccum in secundo, & ideo uirtutem habet stipticandi, Auicenna tamen dicit, uirtutem habere resoluendi apostemata intrinseca calida. Et succus eius cum alijs rebus, ut infra dicetur, pruritui fracturarum medetur. Vnamquamq́; similiter complexionem calidam in ulceribus inductam remittendo, ulceratæ particulæ magnopere opitulatur. Calefactionibusq́; genitalium etiam subuenit.

EX Hippocrate, de ratione uictus.

Solanum insomnia prohibet.

EX HIERONYMO Herbario.

Solani aqua sedat inflammata apostemata mammillarum.
Sudores elicit, mixta aquæ absynthij.
Calidas anginas reprimit, ne strangulent uelocius.

Plura apud Macrum de hac herba.

Pentaphyllon maius.



Groß Fünfffing-erkraut.

¶ Herbæ huius descriptionem uide priore Tomo, folio 231, b. & seq.

Pentaphyllon minus.




Klein Fünfffingerkraut.

Genßblům.



FRAGARIA.



Erdtbeerkraut.

❡ Fragariam Pentaphylli ſpeciem, uide in priore item Tomo, in deſcriptione Quinquefolij, folio. 231. & ſequen. Rurſus infra huius Tomi Appendice, quod planius Index eiuſdem indicabit.



¶ De HYRVNDINARIA, Teutonice Schwalbenwurtz.

MRHAPSODIA .IX.

MVLTO MINVS adsequor, quę HYRVNDINARIA, latine, & uulgo Schwalbenwurtz uocatur, apud idoneos scriptores quæ nam sit: quæ & ipsa pręmorsa, decurtaq; inferius radicis trunco est, multis aliis tenuibus, albis, & graueolentibus radiculis adhęrentib. admodum iniqua proportione, respondens herbę quam germinat, quæ tenuis prorsus uix cubitum excedit, radice interim duarum librarum pondo æquante: qualem nuper unam & alteram ipsimet effodimus, in inculto q̊dam loco, nam ea potissimum amat, non procul ab urbe nostra. Ad rupturas eius usum esse empiricis audio: nec plura.

A

De FRAGARIA. RHAPSODIA .X.

Nomenclaturæ.

Græcanicæ, τρίφυλλον secundum Leonicenum.
Latinæ, Fragaria. Trifolium.
Germanicæ, Erdtberkraut.

HERBA passim obuia, & in delicijs gulę habita ueteribus, ut inquit Plinius. lib. 21. cap. 15. an Pentaphylli species sit quędam censenda, an potius Trifolium, satis superque in dissertatione Pentaphylli demonstrauimus supra Tomo primo.

Herbæ huius picturam habes supra folio prox. 35.

Ex IOANNE VIGONIO.

Fragaria est frigidę complexionis: & succus eius cum uino granatorũ, & modico aquæ rosaceæ, apostematibus calidis, in principio & augmento opitulatur.

Ex HIERONYMO Herbario.

Fragariæ herbæ & succus & aqua destillata, medentur peripneumoniæ, tussi, lepræ, & morbo regio, si in ieiunio pota fuerit.

Eadem iniecta oculis ex rubore calentibus, mitigat calores.


Iuuamentum FRAGORVM.

Eadẽ Iuuamenta sunt & Fragorũ, quorũ aqua immodicos calores coercet, Alcolam oris, ulcera, anginas, fœtorem oris, & hepata incensa refrigerat.

Prouocat quoque menstrua, & uulnera sordida purificat.
Oculorum collyrium est efficax, præsertim si nimio ex calore malè habeant.

B

Herba Roperti.



Storckenschnabel.

D

¶ De herba ROBERTI, uel Rostro Ciconiæ. RHAPSODIA .XI.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, γεράνιον.
Latinæ, Geranion, Rostrum Ciconiæ, Herba Roberti, Robertiana, Gratia dei.
Germanicæ, Storckenschnabel. Gottsgnade.

HANC SIC INSCRIBI EX HERM. BARBARI Corollarijs nuper obseruauimus, cuius in Geranio secundo, hęc sunt uerba. Geranion secundum medicis inutile, aliter a græcis, aliter a latinis describitur. Dioscorides & omnino Græci, folijs paulo candidioribus quam Maluæ, ramosum ex interuallis. Hanc ego aut eandem, aut omnino similem esse uideo cum ea, quam Galliæ transalpinæ uulneribus & fistulis in potum cōmendant, & herbam Robertianam cognominant, coliculis rubentibus, flore paruo, subpurpureoq́, ac cæteris notis omnibus quæ hoc loco a Diosc. Geranio reddunt, etiamsi ab eo medicinę aliena existimet. Quid em̄ prohibet, ignoratas eius uires olim fuisse? Hactenus Barbarus.

Quatuor genera Robertianæ.

Nostrum uulgus Herbariorum uocat Gratiam Dei, & Rostrum Ciconię: partim ab similitudine & figura transumpto nomine, partim ab insigni eius effectu. Est autem quatuor generum, ut ab illis quidem accipio, & ipse quoq́ oculis uidi. Primum quod ab Dioscoride alterum Geranion inscribit, caulibus minutis, & pilosis, sesquipedalibus, folijs Maluæ, floribus in gruum rostra desinentibus. Alterum genus quod in umbrosis, & nullibi non subpurpureo flore, odore graueolentum, caliculo et D flore petroselini, sed hirtis, rostroq́ Ciconiæ similibus prouenit. Tertium quod in tectis, ruinosis, parietinisq́, & circa mortuorum sepulchra sua sponte seritur, in uniuersum rubentibus caliculis, & excepto rubore a priori nihil diuersum. Quartum, minusculum, & humi repens, sed rostro prioribus per omnia simile. Appellabimus itaq́ Robertianā, & rostrum Ciconiæ, uel ex Dioscoride Geranion, donec certiora alius quispiam attulerit. Certe qui Appendicis autor est, posterioris editionis Pandectarum, tametsi in operis sui pręfatione, etiam attentum reddat lectorem, scilicet sese perscripturum de herbis, quæ Pandectarius aut nō attigerit, aut apud Medicos pro ignotis celebrentur, tamen in Robertiana pulchre hallucinatus uidetur. Verba eius adscripsi.

De herba Roberti. Quia apud famosos autores, in eorum receptis, hæc herba sæpe scripta reperit, & pauci aromatarij eam cognoscunt, multum laboraui, ut eam cognoscerem. Sed tandem repperi eam in Nicolao Florentino in sermone septimo. cap. 65. ubi nominat herbam Roberti, quæ est muscata maior. Et Matthæus de pedemoncio pariter dixit mihi, quod herba Roberti est Basilicō maius, id est, illud quod habet folia ualde lata: et quod Basilicon, & herba muscata, sunt unum & idem. Et opinio sua mihi placet: exquo cum Nicolao se concordat. Licet quidam Aromatarius papiensis amicus meus aliter sentiat: qui uult, quod sit quędam herba habens folia sicut pes columbrinus, & albiora ab una parte, idest, a parte demissa, quæ est uersus terram: a parte uero superiore sunt uiridia, sicut folia pedis colubrini, & est in altitudine ad similitudinem illius.

Ex HERM. BARBARO.

Nostri ut inquit Plinius, Geranion ostendunt Cicutæ folijs minutioribus, & caule breuius, rotundo, saporis & odoris iocūdi. Verū hæc proprie Geranion nō est, sed Myrrhis: de qua post agemus: confusione orta, quod Geranion a quibusdam Myrrhis etiam dicatur, unde natum & illud sit, ut Geranion in latino Cicutaria nomen habeat; cum alioqui Cicutaria proprie Myrrhis esse uideat.

EX M. VERG. COMM.

Geranion hæc est, in qua Gruini capitis imaginem in summo eius plantę capitulo contemplati Græci, nulla similitudine aptius rem indicare potuerunt. Vidimus nos alteram Geranion paucis statim a radice prodeuntibus Maluæ folijs, ut hic describit. Tum nudo surgente caule, dimidij cubiti altitudine: crassoq; in caulis illius cacumine, folioso inuolucro tumentē, ex quo per longitudinem ex altero latere dimidiati digiti longitudine acutus procedebat apex. Erantq; in folliculo illo cum uiridi colores alij plures, præsertimq; cinereus: tam præsenti totius colli, capitisq;, & rostri Gruini imagine, ut aptiore pictura ostendi a peritissimo pictore animalis eius tota ea pars non potuisset. Alteram, quæ Cicutæ folijs est, ipsi non uidimus. Obseruauimus tamen in antiquis scriptoribus, Plinioque præsertim, utriusq; huius herbæ misceri historiā. Nec satis cognosci in eo posse, Gruino ne collo & capite utraq; sit, an altera tantum. Id certe ex Dioscoride collegisse facile est, Cicutæ folijs alteram earum esse: ideoq; Cicutariam dici, & Myrrhida: quoniā & Myrrhis Cicutæ folio sit: quemadmodū hic quarto uolumine docebit. Cur aūt priorem Romani Echinastrum dixerint, non satis pro comperto nobis est. Quemadmodum in altera per se patent Cicutaria & Gruina ex foliorum & Gruini capituli forma factę appellationes. Longissime de utraq; Plinius uolumine. 26. capite. 12. agit. Poteruntq; in eo uolentes uidere, quā nos paulo antę diximus, utriusq; Geranij historia uarietatem.

P. AEGINETA.

Geranion unum quidem folia Anemonę similia habet, & radicem esui idoneam. Hęc drachmę pondere in uino pota, muliebrium locorum inflationes soluit. Alterum nullum habet in medicina usum.

Scheyssʒkraut.



¶ Herba hæc lineis tantum κὰ τῶ γραφίῳ adūbrata, oblata nobis est, nec aliud quoq; nomen succurrebat, typographo mihi offerenti: cum alioqui multæ sint eius generis in Germanico herbarum nomenclaturæ quæ aluum cient. Vt numerum ergo adimpleret, & locum farciret, adponere placuit, donec de alijs eius nominibus certiores fieremus. B

Scolopendrium.



Hirtzzung.

A

¶ De SCOLOPENDRIO, RHAPSODIA .XII.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, ἀσπλήνιον.
Latine, Scolopendrion.
Germanice, Hirtzzung.

IN EXEGESI nostra, quam Operi a tergo adiecimus, tres descriptiones Dioscoridis respondere Scolopendrio diximus: atq; ita eorũ habebant ueteres quidã Commentarij quos habemus, scilicet Phyllitim, Asplenion, & Hemionitidem. Verũ utra propius respondeat nostrę Scolopendrio, apud Dioscoridem uidere licebit: locus est lib. 3. Nobis inclinat animus, Asplenion uocari apud Dioscoridẽ uel Hemionitidẽ. Non temere enim suspicari possumus, uel unam etiam & eandem herbã esse, id quod & Marcel. quoq; Vergilius affirmat. Quamq; de Phyllitide aliquid præsagit animus. habet enim & hæc folia uiridia, sena, aut septena, quæ parte anteriore leuia cernuntur, a tergo autem pensiles quasi uermiculos ostendunt. In umbrosis quoq; & opacis hortorũ ambulationibus emicat, gustu acerbo, & neq; caulem, neq; semen profert. quę omnia licet & de Asplenio, & Hemionitide uere dicantur, tamen quod in Phyllitide de pensilibus quasi a dorso hętentibus uermiculis affertur, cum nostra plane Scolopendrio conuenit. Similiter scrupum nobis inijcit, quod apud Galenum quoq; & Paulum, diuersa illarum capita, tum iuuamenta legimus. Quare contenti, loca tantum & nomina indicasse, ad Dioscor. Pliniũ, & reliquos scriptores remittimus, & suũ cuiq; iudicium deferimus.

B

Garyophyllata.



Benedictenwurtz.

A

¶ Garyophyllata, Benedicten kraut.


GARYOPHYLLATA, ut inquit Ianuensis, est planta similis Agrimoniæ, cuius radix odorem habet Garyophyllorum. Dicta a quibusdam Sanamunda, & Pes leporis. Quamquam alia est Pes leporis. Et rursum, Pes leporis apud quosdam uocatur Garyophyllata, & Sanamũda. In qua sententia uideo esse et Hermolaum Barbarum, qui de utraq; in Corollario Lagopi, id est, leporini Pedis, sic inquit. Lagopus, quasi Pes leporis. Sane & similis ei est aspectu. Proinde haud probarim eorum sententiam, qui Garoyphyllatam dictam uulgo rentur in opacis montanis gigni solitam, non in segetibus, ut Lagopus.

Calida est, & sicca herba, ut existimat Albertus, in secundo ordine: proinde uires habet consumendi, dissoluendi, & confortandi.

Ad uulnera, & fistulas pectoris persanãdas mirũ in modũ præsidio est.

B

Eberwurtz.



¶ Radix passim prostans rhizotomis, sed mihi plane ignota. Attigit nonnihil de ea Hieronymus Tragus, quemadmodũ infra in Annotationibus eius leges folio. 161. a. Herba est magnis ut Lappago folijs.

C

De LILIORVM diuersis generibus, RHAPSODIA .XIII.

Nomenclaturæ.

Græce, κρίνον.
Latine, Lilium.
Teutonice, Gilgen.

Ex HERMOLAI BARBARI COROLLARIO.

LILIVM GRAECI CRINON, SED FRVticem eius Crinoniam, quasi Liliarium, ut uiolarium, & rosarium appellant. nam Lilileta, roseta, uioletaq; aliud sunt, ut constat. Lilium e Iunonis lacte natum, Græci perhibent, respersa terra, dum Hercule dormienti uberibus admoto, mox post suctum digresso, late finxit. Ob id Lilium a nostris Iunonia rosa dictum uideri potest. Philinus a quibusdam Ion uocari quod sit Lilium existimat. Ambrosiam Corinthi Nicander, & Aphrodites Charma, hoc est, quasi Veneris uolupiam cognominari a quibusdam cecinit. In Co insula, ex Alexandri statua enatam in capite Ambrosiam, Carystius, quę nihil aliud sit quam Lilium, memorię proditum reliquit. Nascitur e lachryma sua Lilium, inarescente cum defluxit, uelut Olusatrum. Liliȷ quadruplex genus in Theophrasto. Primi, flos Vere cum Viola sæpe alba, pauloue postea erumpit. Hoc ab eo proprie Crinon, hoc est, Lilium uocatur. Alterum genus Lirium appellat, uere quidem omnino florens, uerum serius cum Narcisso. Forteq; hoc sit quod a Plinio Lilium trans maria nuncupatum est. Tertium ęstate floret, & Cerinthum priuatim uocari puto: quamquam & alias res Cerinthus significat: ut inferius liquebit. Quartum genus, quod item Lirium Gręci nominant, Autumno floret: emicatq; primis hymbribus. Est & rubens Liliũ, differens (ut arbitror) a purpureo, uisum a nobis Patauiȷ in Felicis horto. Probatissimum in Antiochia, & Laodicea Syriæ: mox Phaselide: quartum locum obtinente quod in Italia nascitur. Hoc genus proprie Crinon a Græcis uocari, & florem eius Cynorhodon, autor est Plinius. Hoc & Hippocrates accæperit,

D

cum rubentia Cynorhoda fœminarum purgationibus cõmendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fæce uini scapis antequam serantur mense Martio, & in scrobe circumfusis eadem fęce: in quem usum scapos arescentes colligunt Iulio mense, Lilia in fumo suspendentes. Caule gemino Purpurea uisuntur aliquando, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix herbaceus. Post arcturum & æquinoctium autumni florent Purpurea: quorum genus unum uocant Narcissum: cui uidelicet in radice sunt folia. Calices, ut diximus herbacei, cætera eadem quæ candidis. Albo nihil est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe nutriente bulbos. Lilium Rosæ nobilitate proximum. Ideoq; Iunonis rosa dicitur. Nulli florum proceritas maior, interim cubitorum trium: languido semper collo, & oneri suo impar: candor eximius, foliȷs eius foris striatis, & ab angustiȷs in latitudinem paulatim se laxantibus, calathi effigie, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & semine stantibus in medio croceis. Ita odor, colorque duplexq;: alius calicis, alius staminis. Differentia angusta. Raro duplex caulis in Lilio. Singulis caulibus Lilia modo singula, modo plura sustinentur: quod & rarius est. Pandit se, uel detractum parenti, etiamsi tristius & exilius. Lilio simile in Aegypti palustribus gignitur, sed foliȷs copiosis, colore admodũ uirẽtibus dispositis, & quasi uno uersu cõditis, ad mulierũ profluuia, & fracturas medicis quęsitũ Cerinthus, de qua scribere distulimus, & Rhithacẽ, siue ut Aristoteles, Crithacẽ significat: quæ & Sãdaraca appellat̃, & a Dioscoride Cerãthemos, fibro q̃nto, ex arborũ succo, gum̃i mõ genita & uerno rore. Vnde Vernigini quoq; uulgo nomen. De hac & in Propole nõ nihil diximus, africi flatu minor austri, nigrior, aquilonibus melior, & rubens. Plurimũ in Græcis nucibus, apũ cibo aptissima dũ operantur: q sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, amari saporis, & humore plenus, Menecrates, sed nemo præter eum, ut inq̃t Plinius, autor est, Erithacem, aut Cerinthum florem esse futuræ mellationis indicium. Est & Cerinthe quę uocatur herba propter apes serenda, folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis succum habente: cuius gramen Virgilius esse dixit ignobile. Quę nominum uicinitas, fortasse Menecratem fefellit. Nam & Aristoteles Cerinthi florem ad hunc usum citat in libro de animalibus; quanq; in eo non Cerinthus, sed mendose scribitur, calynthrus.

A

Alia differẽtia LILIORVM ex THEOPHRASTO lib.6.cap.6.

Lilia omnia differentia inter se distant. Vnicaulia in uniuersum fere assurgunt, bicaulia raro. Quod cœli, terręq; rationi fortasse attribuendum est. Singulis caulibus, alias unum Lilium, alias plura exeunt: pars enim postrema effundit, sed hæc rariora. Radice copiosa, carnosa, orbiculata adhæret. Fructus detractus germinat, et Lilium reddit. Verum minus facit, & lachryma cæcum quoddam confluuium, quod etiam serunt, ut dictum est.

Plura ad hanc rẽ in priori Tomo cap. de Narcisso martio, quę poterunt uolentes consulere.

PLINIVS de differentijs & generibus, & nobilitate Liliorum, lib.21.cap.5.

Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quidem cognatione unguenti, oleiq;, quod lirinon appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec ullis florum excelsitas maior. Interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, folijs foris striatis, & ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & semine stantibus in medio crocis. Ita odor colorq; duplex, ut alius calycis, alius staminis, differẽtia angusta. In unguenti uero oleiq; usu, folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba quam Conuoluolum uocãt, nascens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus candorem tantum referens, ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis. Alba lilia ijsdem omnibus modis seruntur, quibus rosa. Et hoc amplius lachryma sua, ut hipposelinum, nihilq; est fœcundius, una radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est & rubens lilium, quod Græci crinon uocant. Alij florem eius cynorhodon. Laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens. Sunt & purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, sed unius: Narcissum uocant. Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia a lilijs est & hęc, narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Liciæ montibus. Tertio generi cætera eadem. Calyx herbaceus. Omnes serotini. Post arcturum enim florent, aut per ęquinoctium autumnum. Inuenta est in his & ratio inserendi, monstrificis hominũ ingenijs. Colligunt namq; mense Iulio scapi arescentes, liliaq; suspendunt in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in fæce nigri uini, uel gręci, mense Martio macerant, ut colorem accipiant, atq; ita in scrobiculis seruntur, heminis fęcis circumfusis. Sic fiunt purpurea lilia: mirumq;, ita tingi aliquid, ut nascatur infectum.

Rubens liliũ.

B

Purpurea lilia.

Narcissus qd.

Vide ad hoc Varronẽ de re rustica. ca. 35. Et Palladiũ Februario mẽse. 11.

LILII Temperamentum ex GALENO libro septimo Simplic.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena substantia, ex qua utiq; habet, ut gustu sit amara, partim ex aquea, eaq; temperata. Itaq; etiam quod ex eo cõficitur oleum, citra morsum digerendi simulq; emolliendi facultatem obtinet. Vnde fit, ut uteri duriciebus sit aptissimum. Porro radix, foliaq; per se trita, desiccant, & abstergunt, & digerunt moderate. Proinde quoq; ambustis competunt. Siquidem hæc quoq; moderate desiccantem extergentemq; facultatem postulant. Radicem ergo tostam, ac deinde cum rosaceo contritam, ambustis, quoad obducatur cicatrix imponunt: quippe cum alioqui & aliorum ulcerum omnium bonum sit inducendæ cicatrici remedium. Quin etiam, uteros mollit, mensesq; prouocat. Folia uero præcoquentes, & ipsa ad obductam usq; cicatricem imponunt, non in ambustionibus dumtaxat, sed alijs quoq; uulneribus. Sed & sunt qui aceto ea condientes, ad uulnera suo tempore utantur. Plus tamen inest abstergentis facultatis in radice quam in folijs, quamquam tamen nec in ea ipsa multum insunt, sicut prædiximus. Nam primi ordinis abstergentium est medicaminum. Itaq; cum aut uitiligines, aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere uolumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicaminum ualidius extergentium, cuiusmdi est mel. Cæterum si id moderate illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisiones competit, & ad alia uniuersa quæ ualenter exiccari postulant absq; morsu. Imposuimus uero etiam quandoq; & foliorum succum cum aceto, & melle coctum. Quumq; partibus succi plus utroq; erat, eratq; insigne medicamen ad omnia ea quæ exiccari postulant. absq; morsu ceu uulnera omnium ingentia, & maxime quæ in capitibus musculorũ eueniunt:

C tum ea quæ nimis mollia sunt & diuturna, atque ægre ad cicatricem perducuntur. Sed hæc iam ad medicamentorum componendorum institutum attinent, a quo quantum licet abstinere in præsentiarum adnitor. Cæterum rerum ipsarum natura sæpenumero ut attingam adigit, celeriter uero relinquenda sunt, atq; ad propositum reuertendum.

VIRES & IVVAMENTA ex Dioscor. lib. 3.

Lilia coronamentis se dedunt, Liria a quibusdã uocata. E quibus unguentum temperatur, quod aliqui Lirinum, alij Susinum appellant. Neruos, & priuatim uuluæ duricies emolliens.

Folia herbæ illita, contra serpentium ictus auxiliantur.

Feruefacta, ambustis proficiunt.

Aceto condita, uulneribus opitulantur.

Succus adiecto melle, aut aceto, in ęreo uase coquitur, conuenienti medicamento uetustati ulcerum, & ad recentia uulnera.

Inassata radix, & ex rosaceo trita igni, ambusta sanat.

Vuluam emollit.

Menses ciet.

Vlcera cicatrice obducit.

Cum melle detrita, neruis præcisis, luxatisq; medetur.

Vitiligines, furfures, & lepras emendat.

Vlceraq; in capite manantia expurgat.

D Abstergit faciem, & erugat.

Teritur in aceto, cum Hyoscyami folijs, & farina tritici, mulcendis testium inflammationibus.

Semen potum, morsibus serpentium aduersatur.


Ignibus sacris semen, & folia cum uino illinuntur.

Tradunt & rubra esse Lilia. In Syria autem & Pisidia Pamphiliæ, efficacissima unguentis nascuntur.

Ex APVLEIO.

Ad percussum serpentis, herbæ Lilij bulbum conterito, & in potu dabis ipsum etiam bulbum tritum, morsui apponas, sanabitur.

Ad luxum. Herbæ Lilij folia, tusa & imposita efficaciter sanant: & si tumor fuerit, sedat.



Acorus. Gel wasser Gilgen.

C

De ACORO RHAPSODIA .XII.

Acoro flores aureos, croceosq; attribuunt, Iridi cœlestes: & uocatur

Græce χορὸς ἀφρυδισίας.

Latine, herba Venerea, uel radix Nautica, & Gladiol9.

Germanice, Goldtgilgen/Trachenwurtzel.

ACORI descriptio ex Dioscor. libro Primo.

ACORVS folia Iridis habet, angustiora tamẽ. Radices non dissimiles, complicatas, nõ in rectum, sed obliquum tendentes, & summo cespite sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratas. Optimum est densum, candidum, plenum, non exesum, odoratũ: cuiusmodi Colchidicum, & Galaticum, quod Asplenion dicunt.

ACORVM Plinianum lib.25.cap.13.

Acorus Iridis folia habet, angustiora tamen & longiore pediculo, radices nigras, minusq; uenenosas, cætero & has similes Iridis, gustu acres, odore nõ ingratas, ructu faciles. Optimæ Ponticæ, dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed primę in Colchide iuxta Phasin amnẽ, & ubicunq; in aquosis. Recentibus uirus maius quam uetustis. Creticę candidiores Ponticis. Siccantur utribus in umbra digitalibus frustis. Necnõ inueniuntur qui Oxymyrsinæ radicem Acoron uocãt: ideoq; quidam hanc Acoron agrion uocare malunt. Vis ei ad calfaciendũ extenuandumq; efficax, contra suffusiones & caligines oculorũ succo eiusdem poto, contraq; serpentes.

D

De Temperamento ACORI ex Gal.lib.6.

Acorum. Huius utimur radice, quę gustu acri est, & modice amaro, odoreq; non iniucundo. Itaq; facultatis calidæ est, & consistentiæ tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam moueat, & lienes induratos iuuet: tum Ceratoidis crassiciem detergeat, simul atq; extenuet, sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarũ est. Et sane ordinis esto tertij in utroq;, in calfaciendo scilicet, & desiccando.

VIRES & Iuuamenta ex Dioscoride.

Radici uis calfactoria.

Decoctum potu urinam cit.

Prodest lateris doloribus, & iocineris, atq; pectoris.

Item torminibus, uulsis, ruptis. Lienem absumit.

Vrinæ stillicidio, & serpentum ictibus auxiliatur.

Ad muliebres insessus Iridis modo utiliter imponitur.

Oculorum caligines succo discutit.

Antidotis radix magno usu commiscetur.

Fortasse aliũ existimauit Acorum quã hodie habet in omnibus palustribus & pratis. Nam illa non raro inuenta est.

Ex APVLEIO.

Ne apes examinent & diffugiant, herbam Venereã in uase apum suspensam habeto, & nunquam seducentur. Hæc herba raro inuenitur: nec eam scire quis poterit, nisi cum flosculum emiserit.

Ad dysenteriam & stranguriam, herbæ Venereę radicem ex aqua decoctam ad tertias dabis bibere per triduum, mirifice urinam deducet.

A

¶ De APIIS, & PETROSELINO, RHAPSODIA .XIIII.

APII genera apud Dioscor. sunt Eleoselinon, Oreoselinon, Petroselinon, Olusatrum, & Smyrnium: quæ omnia quid reipsa sint, apud Dioscor. uidere te malim: proinde & locum indico, qui est apud eundem lib. 3. cap. 76. Ruellianæ editionis. Nam quædam in hijs etiam parum cõperta nobis sunt, & dissimulare maluimus quod nescimus, quã impudenter nostram ignorantiam prostituere. Quamquam si Pandectario credimus, tot erunt illius species quot uulgati Apij, & floris et cauliũ similitudines. Nam illi etiam Cerifoliũ, et Nasturcium, ex Apiorũ genere sunt.

Plin. lib. 20. cap. 11. lib. 19 17. 7. & 8. Theophrast. li. 8.

¶ De errore Medicorum in Apijs, & Petroselino, uide infra Annotationem Nicolai Leoniceni, & huic respondentem Pandulphi Collinutij alteram non minus eruditam. Item Ioannis Mainardi unam & alteram super eadem re.

De SELINI Temperamento ex Gal. lib. 8.

Selinon .i. Apium usqȝadeo calidum est, ut et urinam & menses cieat. Flatus quoqȝ discutit, & magis quoqȝ semen quam herba ipsa. Sed & Oreoselini, & Hipposelini similis uis est; uerum Hipposelinon imbecillius est, Oreoselinon ualentius.

Ex eodem, lib. Alimentorum. 2.

B

Apium, Equapium, Sium, Smyrnium, quod Romani Olusatrum uocant, omnia hæc urinæ ciendæ potestatem habent. Apium inter cætera familiarissimum est, & ori, stomachoqȝ gratissimum, Equapium, et Sium insuauiora. Nam Smyrnium insuauitate caret. Ideoqȝ Romę plurimum uenditur, acrius, longeqȝ calidius quam Apium. Quin & aliquam odoris uim habet. Quapropter & Apio, Sioqȝ efficacius urinã mouet. Ad hæc mulieribus menses prouocat. Veris tempore caulẽ producit, qui crudus edendo est, haud aliter quam folia, quæ sola per hyemẽ, circa caulem retinet, sicut & Apium. Tandem uero caule accedente, tota planta iucundior redditur, siue cruda, siue cocta edatur, siue ex oleo & garo, siue uinum, siue acetum libeat adijcere, Nonnulli cum aceto & garo tantum edunt, ueluti Apium: alij paululum affundunt olei. Sium & Equapium nõ nisi cocta sumuntur. Vtrumqȝ enim insuaue, si crudum edatur, apparet. Sunt uero etiam qui Apium, Smyrniumqȝ Lactucæ iungentes folijs, ita esitent. Etenim cum Lactuca insipida, & fatua quædam res sit, præterea frigidi succi, gratius, commodiusqȝ cum acrium aliquo sumitur. Hac ergo de caussa, quidam etiam Erucæ, Porriqȝ folia ipsi admiscent. Sunt qui & Ocymi. Quod porro nos Smyrniũ, Romę nunc passim ab omnibus, nõ hoc nomine, sed Olusatrũ appellat. Et fortasse quispiam omnino ne numerandũ quidem inter alimenta ipsum censeat uti, nec Siumi, nec Equapium: cum sint huiusmodi omnium ciborũ obsonia duntaxat: quẽadmodum & cæpa, et allium, & porrũ, & ampeloprassum, & simpliciter omnia acria. Ad hoc genus pertinent Ruta, Hyssopum, Origanum, Fœniculum, Coriandrum, de quibus in commentarijs obsonatorijs tractatur, qui ad medicos quodammodo et cocos cõmuniter quidẽ illi spectant: proprius tamen utriqȝ finis est, ac propositũ. Siquidẽ nos ut prosint cibi in primis, non ut delectent curamus: & uoluptatem si quando quærimus, utilitati eam cogimus seruire. Nam in nonnullis magnum ad cruditatem momentum affert edendi insuauitas. Ideoqȝ modice talia condire satius fuerit. Cocorum uero lauticias, atqȝ cupedias prauis apparatibus instructas, ut uulgo passim utuntur, cruditas magis quam laudabilis concoctio excipere consueuit.

Ex Paulo AEGINETA lib. 7.

Selinon intantum calefacit, ut & urinam moueat, & menses. Quin & flatus quoqȝ discutit maxime uero semen.

Vires eius & Iuuamenta ex Dioscor. lib. 3.

Satiuum Apium ad eadem quæ Corianum conuenit. Inflammationibus oculorum cum pane, aut polenta illinitur. Aestuantem stomachum mulcet. Mammarũ duriciem reprimit. Vrinam ciet, siue crudum, siue co-

C ctum edatur. Decoctum eius, radicisq; potu, uenenorũ noxæ resistit: quũ uomitiones excitet.

Aluum cohibet.

Semen uehementius urinam pellit.

Contra serpentium uenena, aut epotam argenti spumam, auxiliatur.

Inflationes discutit.

Ammiscetur medicamentis quæ dolorum leuamẽta præstant, Theriacis quoq;, ac tussis remedijs.

☞ De Petroselino, & quomodo Petroselinon nostrum sit Apium uulgare, uide infra in Commentarijs Io. Mainardi, & Collinutij, & fol. 21. b.

¶ De IACEA nigra, uel Morsu Diaboli, teut. Abbiss.

VALERIANAE herbæ in radice similis est quæ Morsus diaboli ab Herbarijs uocatur, cætera tamen dissimilia: an eius quoddam genus sit, siue aliud quiddam, ex probatis scriptoribus affirmare non ualeo, neq; quibus alijs nomenclaturis appelletur: nisi quod in Barbarorum cõmentarijs lego, Morsum diaboli dictum, eo quod præmorsam inferne radicem gerit, quam a cacodæmone fabulantur, extemplo ubi nasci cœperit, uel fodi, præcerpi: ne in usum ueniat uitæ humanæ. Quod perinde uerum esse credo ut illud quod de fibrinis testibus nugantur, testes ab ipsis euelli, et ab se abijci, quum uenatu urgeantur, uidelicet ne hominibus remedio sint: q̃d tamẽ Dioscor. credi debere, dicit esse nouissimum. Cætera infra lege apud Hieronymum Herbarium.

A

¶ De GLADIOLO, quæ hodie celebratur in officinis pro Spatula fœtida, uulgo Schwertlin.

RHAPSODIA .XIIII.

¶ Ex DIOSCOR. LIB. IIII.

XIphion, aliqui Anactorion, alij Phasganon, alij Macharonion, alij Arion uocant, Romani Gladiolum, quidam Genitalem. Nomen inde accepit, quod folium gladij præbeat speciem. Iridi simile erat, nisi minus & angustius uideretur, & gladij modo mucronatum, neruosumque. In caulem exit cubitalem, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant. Rotundo semine, radicibus geminis, una bulborum modo super alteram insidente. Quarum inferior gracilis est, superna uberior. Nascitur in aruis. Pars superior radicis cum thure illita, admisto uino, spicula & aculeos e corpore extrahit. Panos cum lolij farina & hydromelite discutit. Qua de re huiusmodi emplastris inseri solet. Menses impo sita trahit. Superiori radice ex uino pota, Venerem stimulari, & inferiore sumpta sterilescere tradunt. Superiorem quoque utiliter infantium enterocelis, cum aqua potui dari præcipiunt.

Vires & iuuamenta herbę.

Ex BARBARI COROLL.


XIphion, a Theodoro dicitur Pugio. Floret uere, cum Viola nigra. Falso plærique arbitrantur Xiphion eandem esse, quæ & Lonchitis. Sed illa in siccaneis, hæc in humidis nascitur. Sunt & alia discrimina, quæ notari possint uolentibus. Habet hæc & radicem ad nucis auellanæ similitudinem fimbriatam, quã effodi ante messes oportet, & in umbra siccari. Videtur hæc & Phasganon, & Machęronion, hoc est, Ensis uocari: radice, ut Theophrastus inquit, dulci, decocta, & cõmendata panificijs, si trita farinæ admisceatur. Vnde Machæronij pastilli fortasse ortũ habuere, quos tertio Kalendas octobres uulgus esitat. Item rotunda, & sine cortice capillata fibris, ut Gethyum. Scolopendræ in herbã eam frequentes conueniunt. Est & compositionis cuiusdã in medicina uiridis nomen Machærion, ad morbos articulares, & Ischiada. Habet & Xiphias piscis, quem Gladiolũ interpretantur, duo, ut inquit Aristoteles habẽs rostra, sed dentibus carens.

B

Pastilli Machæronij.

EX M. VERG. COMM.

Hæc est Gladiolus illa, cultellato folio herba, cui a principio statim Iridis folia hic comparauit: princeps in hoc foliorum genere, & quæ prima huiuscemodi similitudinis notam cæteris dederit: ideoque tot gladiorum appellationibus diuersis locis indicata. Florere hanc uere cum Oenanthe, nigra Viola, Helychryso, Limonia, Anemone, & Hyacintho Theoph. ait. Vocatque & ipse Xiphion, Plinius multis locis Gladiolum: quo tñ loco ex ꝓfesso de ea agit. 25. uolum. capite. 11. Xiphion, & Phasganon græcis nominibus eam appellat. Nec de folio eius aliud tradit, quam cum primum ex terra prodit gladij ostendere speciem. Hic ultra addidit, Iridi simile esse, breuius tamẽ & angustius καὶ ἀποξυ ὥσ μαχαίριον. In quo uidendum est, an in mucronem desinens dicendum sit, an decurtati mucronis: quales cultelli aliquando in incidendi tm̃ usum fabricantur. Vtrũque enim ἀποξυ significare ex diuersa propositionis eius ui potest: & quod ἀποξύσθη. i. in acutum derasum est, & cui ex acumine suo ablatum aliqd fuerit: ut ἀποξὺν Thucidides ait, & in græcis multa alia inueniuntur. Pro duabus deinde radicibus eius reuocanda legentibus in hunc locum erunt, quæ in Testiculis duabus plantis superiore uolumine dicta a nobis fuerunt. Nec aliter in Gladiolo hac duas inueniri radices, quam in bulbosis plærisque alijs, in quibus preteriti añi bulbus & radix inferior semper est: genitaque ex se alia cedit ipsa, donec tertio, aut quarto anno tota pereat. Auellanis Plinius eas comparauit: hic naturæ notas magis secutus, bulbulos paruos uocauit. Discrepant in natalibus eius Dioscorides & Plinius magnopere. Hic in aruis, ille in humidis: alter in genere ἀρουραίων, quæ qualia sunt superiore libro dictum a nobis est, posuit: alter in aquosis & palustribus. Potest tamen uterque quod uerũ sit dixisse: nam possunt arua humida esse. Diosc. præterea in aruis maxime nasci dicẽs, nõ negauit penitus posse etiã in aquosis nasci.



ℭ De HERBA Fullonum. Rhapsodia .XV.


Nagdelgeer.
Kreützwurtz.

AB uulgarib. herbarijs inscribit herba Fullonũ, uel herba Saponaria, ea uidelicet, quę in prophetis nominatur herba Borith. Alijs aũt Isatis, aut quædam eius species iudicatur. Quamquam neutrum horum mihi probatur. Verum in Synonymis de hac plura. Neq̃ eñ in animo est, scrupulosius omnia hic persequi.



Synnaw/oder vnser frawē Mantel.

Herba uulneraria, cui nomē fecit Pedē leonis, & Leōtopodion Hieronym9 herbarius. Verū Dioscor. descriptioni non respondet.




Braun fleyschblům.

Weyssz Fleyschblům.



Huic flori nomen inditũ a graphęo
accępimus cũ pingeret, nec plura
rimari licuit, herba alioqui
passim crescens, in
pratis pręcipue,
uulgo nota.



Sanct Jacobs blům.

Latinum nomen nos fugit.

Experientia tamen id didicimus, fiſtulas curare, & ne ultra ſerpant prohibere, tunſa & impoſita. Vulneribus item mirifice medetur, & ad quæq; interanea prodeſt.



Negelblům=
lin.



Sondernegelin.

Hos flores, sunt qui Garyophyllum esse contendunt: sed falso, meo iudicio. Existimamus autem genus esse Keiri, uel Violarū altilium, ut Barbarus uocat. Nec ullum eorum effectuum compertum habeo, præterquam quod in coronas adduntur, & in hortorum delicijs habētur, odoriferi. Cæterum de Garyophyllis, et quid sint reuera Garyophylli, infra require ex annotationibus Schyleri, & Hieronymi Tragi: & in tertio Tomo cum libello nostro Synonymorum nonnihil de hijs agemus

¶ De Rosmarino, dicta Libanotis græce, Germanice, Roßmarin. RHAPSODIA. .XVII.

LIBANOTIDIS tametsi quatuor genera distinxerunt Galenus et Paulus Aegineta, tamen quarta hodie tantummodo nota herbarijs est, uidelicet coronaria: de qua hæc est apud Dioscoridē descriptio lib. 3.

Rosmarinum, quo Coronarij utunt̄, ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, densa, longa, exilia, subter incaua, superne uirentia, graui odore. Excalfactoria ui præditum est. Regium sanat morbum, si decoctum in aqua, ante exercitationes bibatur: & ubi laborans exercitationi se crediderit, in balnea descendat, & merum potet. Acopis, Gleucinoq; unguento misceri debet.

A

De TEMPERAMENTO Libanotidis ex GALENO.

Libanotides tres sunt. Vna sterilis, duæ fructum ferentes. Omnes uero eiusdem facultatis, emollientis, & digerentis. Succus tum radicis, tum herbæ mistus melli, obtusam oculorum aciem ab humorum crassitudine emendat. Porro eius Libanotidis quæ ad coronas utilis est, quam Romani Rosmarinum nominant, decoctum, Regio morbo laborantes potum adiuuat. omnes enim Libanotides abstergentis & incidentis facultatis participes sunt.

B

Ex Paulo AEGINETA.

Libanotides tres quidem infrugiferæ sunt, duæ uero fœcundæ, abstergentis, incisiuę, digerētis, et emollientis potentię. Harum omnium succus cum melle mistus, amblyopias, et humorum crassitudinē emendat. Cęterum eius cuius ad coronas est usus, decoctū, Regio morbo affectos adiuuat.

C

De MAIORONA.

RHAPSODIA .XVII.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, σάμψυχος. τρίφυλλος. ἀμάρακος.
Latine, Samſuchus, Amaracus, Maiorona.
Germanice, Meyoron.

¶ Maioronæ declinatio ex Dioſcoride.

FRuticoſa herba Samſuchum eſt, ſerpit per terram, hirtis et circinatis folijs, Nepetæ ſimilibus, uel Calaminthæ, odoratiſſima.

Ex PLINIO deſcriptio alia lib. 21. cap. 11. et. 22.

Amaracum Diocles medicus, et Sicula gens appellauere, quod Aegyptus, et Syria Samſuchũ. Serit̃ utroq; genere, et ſemine, et ramo, uiuacius prædictis, et odore melius. Copioſum Amaraco, æque quam Abrotono ſemen: ſed Abrotono radix una, et alte deſcendens, cæteris in ſummo terræ leuiter hærens. In Cypro laudatiſſimum et odoratiſſimum.

Ex Serapione dict. Mercenius.

Mercenius eſt herba, habens uirgas extenſas ſuper faciẽ terræ, in ſuo ortu: & habet folia parua, rotunda: ſuper quæ eſt borra fere ſimilis folijs Calaminthę, habentis folia ſubtilia; & habet odorem bonum. Quæ omnia prorſus Dioſcoridi reſpondent.

D

De AMARACI Temperamento ex GALENO lib. 6. Simplic.

Amaracũs excalfacit nõ inſtrennue, non ualde autem deſiccat: ſed in caliditate quidẽ tertij eſt ordinis, in ſiccitate uero ſecundi.

VIRES eius et Iuuamenta.

Succus decocti potus conuenit incipientibus hydropicis, et ijs quos urinæ difficultas aut tormina excutiunt.

Illita ex melle arida folia, ſuggillata tollunt.

Menſes ſubdita in peſſo trahunt.

Contra ſcorpionis ictum ex aceto et ſale illinuntur.


Luxatis tumoribus cærato excepta imponuntur. Aduerſus oculorum inflammationes, tumoresq; cum polline polentæ illini prodeſt. Acopis, malagmatisq;, calefaciendi gratia commiſcetur.

Ex PLINIO lib. 21. cap. 22.

Sampſuchum ſcorpionibus aduerſatur, ex aceto & ſale illitum. Menſtrtuis quoq; multum confert, illitum. Cohibet & oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti, tormina diſcutit. Et urinis & hydropicis utile. Mouet etiam narium ſternutamenta. Fit ex eo oleũ quod Samſuchinum dicitur, aut amaracinum, ad excalfaciẽdos emolliendoſq; neruos. Et uuluas calefacit. Et folia ſuggillatis cum melle, et luxatis cum cæra proſunt.

Ex VIGONIO.

Maiorona calida & ſicca eſt, habetq; uirtutem conſumptiuam, & exiccatiuam cum ingenti calefactione. Et propterea epilepticis, ſpaſmoſis naribus odorata, ſummum gaudium & iuuamentum pręſtat. Et eius decoctio naribus attracta, cõfortat cerebrũ ipſum, ab humorib. frigidis purgando.



De LAPPIS.

Teutonice / Kletten.

C

De uarijs generibus LAPPARVM, RHAPSODIA .XVIII.

Ex Commentario M. Vergilij.

COgnitu & inuentu facilē, int legumina, & in frumentaria segete Aparinē sua descripti
one Theophrastus & Diosc. fecerunt: ipsa etiam tenaci nexu prætereuntium uestibus hærens,
& quale hic descripsit semen ostendens in medio umbilicatum, ad cognoscendā se, suiq; contē-
plationem uolentes etiam conuertit. Persequuntur eam quotānis Maio & Iunio mensibus ma-
nu, messoriaq; falce agricolæ, pestem satis suis eam sentientes, nihilq; apricis & pinguibus agris
frequentius nascitur. Copiosior tm̄ inter legumina q̄ inter frumenta inuenitur. Nouerunt cala-
mitatem suam rūstici. Nomen tm̄, & maleficij eius caussam ignorant. Et ut in similibus fit, quo-
rum ignoratur nomen, Lappam uocant. Qua uoce non in Aparine tm̄, sed in cunctis quorum
matura semina uestibus prætereuntium inhærent, ignari utuntur. Quæ sane multa sunt: & inter
alia Eupatorium etiam, de quo suo loco dicemus. Ex quo factum est, ut non ætate nostra tm̄,
sed antiqs etiā temporibus parum certa in huiuscemodi fuerit nominum ratio. Arcionq; Lap-
pam tm̄ aliq dixerint, alij Aparinem hanc, alij plures alias, quarum semen aut qa asperū, amarū
ue, aut cuspidatū est uestibus hæret: quasi ad faciendum genus & nomē una hæc nota satis esset.

Corollarium HERMOLAI BARBARI de eadem re.

Lappa.

Aparine quam nostri & Lappam uocant, Hippocrates Philistion, & Phileterion quoq;, ut
Galenus putat. Non euidens, sed occultus in ea flos maturescit, & intra se germinat semen: ue-
lut animalia quę in se pariunt, ut uiperæ. Nascitur in frumentario agro, inter Lentem præcipue,
item pratis, hortisq;. Ramosa hæc & hirsuta, quinis senisq; in orbem circa ramos, folijs per in-
terualla, Semen subdulce, Omphacocarpon a Plinio, Galeno, & Paulo Aegineta dicitur. Nisi
quis Omphalocarpon ex Dioscoride legi malit, ab umbilici similitudine, quam semen præfert.
Philanthropos uero dicta est hæc a nonnullis herba, quia uelut amici solent, commeantium laci
nijs obhæreat. Aliud floris genus est, quod in Parthis nasci scribit Apollodorus, Philadelphū
appellatum: ex argumento, q̄ rami eius ex interuallo sponte cōeant, ceu amantes: post digre-
diantur, concipiant, atq; pariant. Huius tenuissimis uirgis reticulatim compositis, atq; ita con-
sitis, hortorum septa impenetrabili compage fieri.

Omphacocarpon.
Philanthropos.
Philadelphos

D

Verba DIOSCOR. de APARINE.

Aparinen aliqui Ampelocarpon, alij Omphacocarpon, nonnulli Phi-
lanthropon uocant, ramosam herbam & quadrangulā, ex interuallis or-
biculato foliorum ambitu, ut in Rubia. Flos albus: semen durum, rotun-
dum, concauum, album, umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea pa
stores coli uice utuntur, ad eximendos e lacte pilos. Seminis caulium ac
foliorum succus, potu contra uiperarum, phalangiorumq; morsus auxi-
liatur. Infusa aurium dolori medetur. Herba cum axungia trita strumas
discutit.

Plinius de APARINE libro.27.cap.5.

Aparinen aliqui omphacocarpon, alij philanthropon uocant, ramo-
sam, hirsutam, quinis senisue in orbem circa ramos folijs per interualla:
Semen rotundum, durū, concauum, subdulce. Nascitur in frumentario
agro, aut hortis pratisue, asperitate etiam uestiū tenaci. Efficax contra ser-
pentes, semine poto ex uino drachma: & contra phalangia. Sanguinis a-
bundantiam ex uulneribus imprimunt folia imposita, succus auribus in-
funditur.

De temperamento Aparines ex Paulo.

Aparine, quam alij philanthropō, alij omphacocarpon cognomināt,
medioeriter abstergit & calefacit: habet autē & aliquid partiū tenuium.

¶ De LAPPA MAIORE.

A

De Lappa maiore, quæ uocatur Bardana maior, prolixa, ſed admodũ erudita eſt diſſertatio apud Hermolâum Barbarum in Corollario Arcij: & nos in priori TOMO pauliſper attigimus Rhapſodia. IIII. de Vngula Caballina, olim exactam differentiam daturi horum omnium, id eſt, Vngulæ caballinæ, Perſonatię, Petaſitę, Arcij, atq; Arctij, ubi prioris Tomi errata recognouerimus. Cætera ex Appendice, & Hieronymo pete.

¶ De LAPPA quæ ξάνθιον græce uocatur, historia DIOSCORIDIS.

Xanthion aliqui Phaſganon, alij Antitheſion, alij Chaſcanon, alij Choeradolethron, alij & hanc Aparinem nominant, Latini Lappam. Naſcitur læto & pingui ſolo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloſo, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis. Folia Atriplicis habet inſecta, Naſturtium odore imitantia, fructum grandis Oliuæ modo rotundum, & ut Platani pilula ſpinoſum, qui contactu ueſtibus adhæreſcit. Is ante collectus quam perfecte ſicceſcat, tunditur, & fictili uaſe reconditur. Flauos autem facit capillos, ſi acetabuli inſtar tepida aqua madeſcat, mox caput nitro ante perfrictum illinatur. Alij in uino tundunt, & ita aſſeruant. Semen aptiſſime tumoribus imponitur.

Explanatio Xanthij per HERMOLAVM BARBARVM.

B

Xanthion, & Phaſganion uocatur a Galeno & Paulo, Phaſganon a Dioſcoride, Philanthropos ab Aëtio, nunc Lappa inuerſa, & minor a noſtris. Non uidetur quibuſdam Xanthion ab Aparina ſuperius deſcripta differre. Sed cur obſecro Dioſcor. & Galenus, & cæteri diuerſas habuere, duobus locis ſeorſum de ijs prodentes? Quid quod in omnibus gręcis exemplaribus, Aparina ex interuallo ſtellata pingitur quaſi Rubia? Xanthium multo aliter oſtenditur, folio Attriplicis, uel ut quidam ſcribunt, etiam Solani.

Marcelli Vergilij alia diſtinctio Lapparum.

Plura Lapparum genera, folio, ſemine & natali ſolo diuerſa, obſeruatumq; a nobis eſt, quæ cumq; hamatis uncis, aculeatiſq;, & ueſtium tenacibus ſeminibus plantæ ſunt, in græcis & latinis eodem aliquando nomine indicari: in illis Aparines, in noſtris Lappæ. Quæ ueluti generis uox omnibus his eſt. Inter eas & Xanthion hæc eſt, numeratis ab hoc ſcriptore notis ſatis cognoſcenda: ſic dicta a græcis ὅτι ξανθὰσ τρίχασ ποιῦ, id eſt, flauum capillum facit. Habet & alias appellatiões, ſed nobis parum certas, & ob id alijs relictas. Circa ruſticas domos, pingui ut hic ait, ſed frequentius humido ſolo naſcitur. Idq; eſt quod hic ait, areſcentibus paludibus. Paludes enim appellat loca etiam, in quibus per hyemem aqua fuerit, æſtate uero aruerint. Omnium autem notarum quæ Xanthio huic a Dioſcoride tribuuntur, nulla certior fructu eius eſt. Dico autem fructum Lappam, in qua ſemen eſt: quem figura grandis Oliuæ, & aculeatũ hic deſcribens, facillimam eius deprehenſionem fecit. Sed nihil frequentius præmonſtratis naſcitur locis.

De Meliloto, uulgo dicta Steinklee.
RHAPSODIA .XVI.



Melilotvm semper existimaui herbam illam Trifoliorum generis, cui nomen Steinklee, atq; ea a multis annis ab hominibus medicæ rei peritis demonstrata nobis est: etiamsi Simon ille Ianuensis, idem uideatur sentire: cuius uerba sunt. Melilotum, nomen compositum a melle, & loto, quod est Trifolium. Nam ipsum sine dubio uidetur esse species Trifolij: cuius flos est melini coloris. Et Dioscorides duas eius species asserit. Vnam, cuius odor est bonus, crocei coloris. Aliam, quæ magis Fœnogræco est similis. Et Plinius Sertulam campanam uocat. Hæc Ianuensis ille. Nos illam pinximus, quę Fœnogræco similior est, sed minorem. Nam maiorem nescio quo modo neglexerit pictor, ut appingere eam non licuerit.

De Sertula campana locus est apud Dioscoridem libro tertio: ubi poterunt qui uolent, Barbari Corollarium, & Marcelli Vergilij Commentariũ excutere. Meminit & Plinius.

¶ De CARDVIS.
RHAPSODIA .XVII.




¶ De Carduorum differentijs necdum nos explicare ualemus. Quare in aliud tempus eorum descriptiones, & designationes reseruamus. Attigerunt tamē quędam de illis infra Leonicenus, P. Collinutius, Hieronymus Herbarius, Iacobus de Manlijs & reliqui, de quibus Iudicem scrutari te uolumus.

Kartendystel.



Fechdystel.



Acetoſa.



Saurampffer.

De Acetoſa require deſcriptionem Lapathi.

Vnifolium.



Einblatt.

❡ Hanc Delium quendam nobis optarim explanare.

¶ De Herba Trinitatis.
Dreyfaltigkeyt blümlin.



¶ Trinitatis & herbam & florem uocatam uul go existimo, ob flosculos quos habet tricolores, quibus nihil iucundius, nihilq; magis admirabile. Quo autem ab Dio- scoride inscripta nomine sit, necdum comperi.

¶ MALVAE.

Bappelen.

¶ De Maluis lege Rhapsodiam. XXXV. supra Tomo priore, folio. 197. a.

Genßbappel.





Malua equina.

Roſſzbappelen.

Sigmarswurtz/Herbam Simeonis, quere ſupra Tomo priore, Rhapſodia .XXXV. folio. 197. b.



A

¶ De NASTVRTIO, RHAPSODIA .XX.



¶ Nomenclaturæ.

Græcanice, κάρδαμον. κυνοκάρδαμον. ἰβηρίς.

Latine, Nasturtium, Cardamum, Cynocardamum.

Teutonice, Kressen.

¶ Descriptio Nasturtij ex PLINIO lib.19.cap.8.& lib.20.cap.13.

NASTVRTIVM nomen accæpit, a nariū tormento. Et inde uigoris significatio, ꝓuerbio id uocabulum usurpauit, ueluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Duo eius genera, album & nigrum.

Ex Corollario BARBARI de Nasturtio.

Nasturtium die quinto enascitur: duorum generum, mite, ac syluestre. Prioris quoq; ratio duplex, albi, & nigri. Nomen ei a narium tormento, uigoremq;, uel prouerbio significat, iubente Nasturtium mandendum inertibus, quasi torporem excitet, animumq; obuacuet, contra uenerem inhibeat: q̃q̃; Dioscorides accendi eam putet. Miræ amplitudinis in Arabia dicitur gigni. Nasturtium herbis reliquis succum adimit iuxta satis, quod & apud Aristophanem poëtam legitur. Hanc Græci non modo Cardamum, sed etiam Cardamida uocant, ut Galenus inquit, & Hippocrates Sauridion, a Sinapis, quod & Saurion dicitur, similitudine. Milesium Nasturtium ueteribus laudatissimum fuisse, Iulius Pollux autor est. Persas id cū sale mensis apponere solitos, celebre est, cum principio frugalitatem amplecterent̃, mox aucto imperio, in omne genus luxus prolapsi.

B

De ratione nominis Nasturtij ex M. VERGILIO.

Eius plures quondam, ut uidetur, appellationes fuerunt: sed omnes ex eodem principio, & ab eadem Cardami appellatione, excæpta Hiberide, quę agreste Nasturtium est, ut in .1. uolumine diximus, in Dioscoridis commentationes has irrepserunt. Cynocardamon enim, & Cardamantice solo nomine statim Cardamon indicant. Hiberis uero, ut hic paulo ante dixit, & ut nos autore Paulo Aegineta tunc confirmauimus, agreste Nasturtium est. Has ipsas uoces omnes, Apuleius etiam in Cardamo numerauit: inuicem sibi ideo respondentes, quoniam inter satiuum & agreste Nasturtium maxima similitudo partium & uiriū omnium sit. Ob eamq; caussam uagis appellationibus inter se utuntur. Notum nunc olus ubiq; Nasturtium est. Contra uenenata pręcipue usus eo Nicander: usus & hic ipse cōtra Cenchridis uenenum, quemadmodū tunc copiosius docebimus: usus & Paulus Aegineta, Græcorumq; medici omnes totiens, & in tam multis, ut non contemnendam medicinæ partem solum Nasturtium expleat.

Hiberis.

C

De satu Nasturtij ex PALLADII mense Februario.

Hoc mense Nasturtium constat, & omni tempore esse ponendum loco quali placebit, & coelo. Fimum non desyderat. Humorem quamuis diligat, tamen deesse non curat. Si cum Lactuca seratur, nasci fertur egregie.

¶ PLACITA Barbarorum de Nasturtio.

¶ Historia NASTVRTII secundum SERAPIONEM. Cap. 358.

Nasturtium est triplex: scilicet Commune, notum. Secundum Nasturtium tectorum. Et tertium orientale Nasturtium. Nasturtium tectorum, est planta habens folia stricta, longa duobus digitis, & in summitate acuta, scissa, & pinguia, quæ extenduntur super terram: & habet in medio uirgam subtilem, longam palmis duobus, habentem paucos ramulos, super quos sunt ueluti pili, habentes summitatem depressam, in quibus est semen latum, simile semini Nasturtij: cuius figura est sicut figura Rutellæ fusę, ita est depressum: & ideo græce appellatur τολάφιον, eo quod significat lingua græca depressum. Et habet florem, cuius color declinat ad albedinem: & nascitur in uijs, siue parietibus domorum. Nasturtium orientale, est planta longa circa duo brachia, habēs ramos subtiles & multos, in quibus sunt folia, a duobus lateribus, similia folijs Seitaragi, nisi quia sunt albiora, & molliora: & in summitatibus ramorum sunt capitella, similia capitellis plantæ Actis: & habet flores albos.

Sententia PANDECTARII de Nasturtijs.

Nasturtium multorum generum est. Est enim quod Cardamū dicitur uulgatum, & est Nasturtium aquaticum, uel Babylonicum, quod Latini uocant Senecion, uel Apiū aque, uel Cardamum agreste, de quo est apud Serap. cap. 313.

DE Cardami temperamento.

Cardami semen potentiæ est urendi, sicut Synapi.

Vires eius & iuuamenta ex Dioscoride.

D

Omnium semen est acre. Excalfacit, Stomacho aduersatur. Aluū turbat. Tineas excutit. Lienem imminuit. Partus examinat. Vrinam cit. Venerem stimulat. Synapis & Erucæ simile intelligitur. Lepras & impetigines abstergit. Illitum cum melle, lienem extenuat. Fauos expurgat. Pulmonum uitia extrahit, sorbitionibus incoctum. Serpentium uenenis potum resistit, atq; eas suffitu fugat. Capillorum defluuia cohibet. Carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit. Coxendicibus cum polenta commode ex aceto illinit. Tumores collectionesq; discutit. Emittit furunculos, illitū cum muria. Herbæ ad omnia eadem e, ffectus lice tminor.

Ex PLINIO de eodem.

Nasturtium Venerem inhibet. Animum exacuit. Aluum purgat. Detrahit bilem, potum in aqua decem denariorum pondo. Cum lomento strumis illitū, opertumq; Brassica, pręclare medetur. Nigrius capitis uitia purgat. Visum clarificat. Cōmotas mentes sedat ex aceto sumptū. Lienem ex uino potum, uel cum fico. Tussim ex melle si quotidie ieiuni sumāt. Semen ex uino omnia intestinorum animalia expellit, efficacius addito Mentastro. Prodest & contra suspiria, & tussim cum Origano, & uino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice: extrahitq; corpori aculeos, & maculas illitum cum aceto. Contra carcinomata adijcitur ouorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus uero e melle utilissime. Sestius adijcit hoc serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contritum, & alopecias emendare, addito synapi, grauitatem aurium trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aureis succo. Porriginem, & ulcera capitis cum adipe anserum. Furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit. Phagedænas ulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polēta ex aceto illinitur. Item licheni. Item unguibus scabris. quippe natura eius caustica est. Optimum autem Babylonium. Syluestri uero ad omnia effectus maior.

A

Ex PLATINAE lib.1. de Honesta uoluptate.

Hoc, ut peculiari cibo Persæ utebant, ut inquit Xenophon, qui sub Cyro militabant. Nimius eius usus, & Erucæ nocet, moderatus prodest. Nam & animum exacuit, & aluum purgat, ac bilem detrahit. Valet item ad plurimos medicinarum usus.

Nasturtium Persarum militum cibus.

Ex PLATEARIO.

Nasturtium est calidum & siccum in quarto gradu. Semen eius præcipue competit usui medicinę. Vnde cum reperitur eius receptio, semen debet poni, non herba. Semen collectum, in multa efficacia per quinq; annos seruatur. Herba uidetur esse magnæ efficacię: exiccata modice, uirtutem habet dissoluendi, & consumendi, ex qualitatibus suis.

Contra paralysim linguæ ualet, semen masticatum, & in ore tentum.

Humiditates etiam aliorum membrorum, & cerebri præsertim desiccat, comesta, uel in sacculo superposita.

In lethargia fit sternutamentum ex puluere seminis eius.

Vuam relaxatam siccat gargarisma eius, & ficuum siccarũ. Contra Iliacam quoq; passionem, ex frigida caussa semen eius in saccello, & in uino decoctum superponitur.

Ad eadẽ, & cõtra stranguriam, herba ipsa decocta in uino & oleo superponitur.

Egressum anum reprimit puluis seminis illitus.

Ex VIGONIO.

B

Nasturtium est calidæ & siccæ complexionis in tertio. Et uirtus eius est maturare apostemata frigida. Et semen eius cum aceto decoctum dissoluit strophulas.

Ex APVLEIO.

Ad capitis uitia, et porrigines, & furfures herbæ Nasturtij semen mixtum cum adipe anserino, & tritum inunge.

Herbam Nasturtium, & Pulegium ex aqua decoctum, bibere dato, emendabis & discuties cruditatem.

HIER. HERB.

Aqua Nasturtij tumores gingiuarum reprimit. Et lumbricos uentris interimit. Parotidas mire sanat, & uariolas.

De Altero NASTVRTIO, scilicet Aquatico.

Dioſco. lib. 4.

Coliculus cubitalis Senetio est, quadamtenus rubens, contiguis inuicẽ, exiguisq; folijs Erucæ modo in extremitatibus incisuris diuisis, sed longe minoribus quam Eruca. Lutheis floribus, cito dehiscentibus, & in pappos desistẽtibus. Vnde & ἠριγέρων dictũ est, quod uere scilicet, flores humani capilli modo in eo canescant, Radix illi est inutilis. Nascitur plærũq; circa urbes, & oppida, in aggeribus murorũ & septis. Posteriores fere omnes aquaticum Nasturtium interpretantur. Et Germanice, Brunñkressen.

VIRES eius & Iuuamenta.

Refrigerant cũ folijs flores: eaq; ob caussam imposita utraq; simul emplastri mõ per se, aut ex uino dulci, testiũ, & sedis inflamationes sanãt. Cũ thuris aũt polline, nõ alijs tm̃ uulnerib. cunctis, sed neruorũ etiã medent̃.

Possunt idẽ præterea per se Senetionis pappi, ex aceto emplastri modo impositi. Recentes contra poti strangulant.

Totus enim caulis in aqua elixus, mox in mulso potus, biliosos stomachi dolores sanat.

Menta.



Fiſchmüntz.

A

De MENTIS, RHAPSODIA .XXI.

MENTARVM differētias omnes, nemo rectius distinxit Hieronymo herbario, cuius infra Commentarium consule, a calce Appendicis.

Mentæ nomenclaturæ secundum Dioscor. lib. 3.

Hedyosmon satiuum alij Mintham, alij Calaminthan, Latini Mentam uocant, alij Nepetā, Aegyptij Tis, alij Perxo, alij Macetho. Cognita herba est. Calfaciendi, adstringendi, atq; exiccandi uim habet.

Platina lib. Obsoniorum.

Menta suauissimi odoris herba est. Hanc fuisse puellam a Plutone amatam, ferunt poetæ, uersamq; in herbam sui nominis a Proserpina, cuius pellex erat. Hinc præterea Mentulam dictam, quasi donum amorum, uel quasi meritā, uel quod mensam grato odore percurrat. Excitat enim hæc herba, propter inflammationem & humiditatem, demortuam Venerem. Hanc ob rem crediderim, ueteres exercitus duces uetuisse militem, quem castum uolebant, unde et castra sunt dicta, hac herba uesci. Appetentiam inducit Menta, & obesos a marcescentia conseruat: lætum cor reddit, stomachum iuuat, lumbricos interficit. Contra morsum canis rabiosi ualet plurimum. Seritur Menta æquinoctio uerno: melius tamen surculo uenit quam semine. Humido minus gaudet. Aestate uiret, hyeme flauescit. Semel sata, diutina ætate durat. Est & Mentastrum, syluestre genus, quod ut Vitis propagatur.

Virtutes Mentes.

De MENTAE temperamento ex Galeno.

Hedyosmos, alij uero Minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quædam Mintha nō odorata, quam Calaminthen appellant. Vtraq; gustu acri, & facultate calida est, ex tertio ordine excalfacientium. Infirmior est tamen Menta odorata quam Calamintha, minus excalfacit. Vt autem in uniuersum dicam, hæc ceu syluestris quædam est, illa ceu domestica. Quam obrem sane, ob eam quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad Venerem excitat: id quod omnibus accidit quæ humiditatem semicoctam, & flatuosam continent. Ob talem ipsius herbæ temperaturam, in abscessibus ea quidem cum polēta mista utuntur: id quod in Calamintha facere nequeas: propterea, quod ualentius tum excalfaciat, tum desiccet, quam id genus possint. Habet uero etiam quiddam amarum in se & acerbum. Illa quidem lumbricos interficit, acerbitate uero si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis reiectiones reprimit. Substantiæ est ut si qua alia herba partium tenuium.

B

VIRES eius & iuuamenta ex Dioscoride.

Sistit sanguinem, poto ex aceto succo. Tineas in uentre teretes enecat. Venerem stimulat. Singultus, uomitiones, cholerasq; sedant, terni ramuli cum acidi granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta illinatur. Imposita fronti, capitis dolores mulcet. Mammas si tendātur, aut lacte turgeant, compescit. Cum sale, canū morsibus illinitur. Aurium doloribus cum aqua mulsa subuenit. Vuluę ante coitum admota, concæptioni resistit. Linguæ scabriciem confricta læuigat. Coire lac, densariq; in caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergant̄. In summa, stomacho utilis est. Et in condimentis peculiarem gratiam habet.

Verba PLINII quę supra mutuatus est Platina lib. 19. cap. 8.

Eodem tempore seritur Menta planta: uel si nondum germinat, spongia. Minus hæc humido gaudet. Aestate uiret, hyeme flauescit. Genus eius syluestre Mentastrum est. Et hoc propagatur ut uitis, uel si inuersi rami serantur. Mentæ nomen suauitatis odoris apud Græcos mutauit, cum

C alioquin Minta uocaretur, unde ueteres nostri nomen declinauerũt. Grato Menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. Semel sata, diutina ætate durat. Congruit Pulegio, cuius natura in carnarijs reflorescens sæpius dicta est. Hæc quoq; seruantur simili genere, Mentam dico, Pulegiumq;, & Nepitam.

Ex PLINIO lib. 20. cap. 14.

Mentæ ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatem in cibis: ideo in mammarum mixtura familiares ipsæ accessere, ut coire, densareq; lac non patiantur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. Data in aqua & mulso, eadem ui resistere & generationi creditur, cohibendo genitalia densari. Aeque maribus ac fœminis sistit sanguinem, & purgationes fœminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cæliacorum impetus, syriation, & uomicas uuluæ curauit. Illa & iocinerum uitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus in sorbitionem. Vlcera in capite infantium mire sanat. Arterias humidas siccat, siccas adstringit. Pituitas corruptas purgat in mulso & aqua. Voci succus sub certamine utilis duntaxat, & qui gargarizatur uua tumente, adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & contra tonsillas cum alumine, linguæ asperæ cum melle. Ad conuulsa intus per se, uitijsq; pulmonis. Singultus & uomitiones sistit cum succo granati, ut Democritus monstrat. D Recentis succus narium uitia. Spiritus subductos emendat. Ipsa trita choleras in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta, & si mammę tendantur. Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpentes. Epiphoris illinitur, & omnibus in capite eruptionibus, item sedis uitijs. Impetigines quoq;, uel si teneatur tantũ, prohibet. Auribus cũ mulso instillatur. Aiunt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne uellatur: si is qui momorderit, dicat se lieni mederi, per dies nouẽ. Aridę quoq; farinæ tribus digitis apprehensam, et stomachi dolorẽ sedare in aqua: et similiter asperſa in potionem, uentris animalia expellere.

APVLEIVS de Menta.

Ad ignem sacrum herbæ Mentæ succus expressus, adiecto sulphure et aceto de penna inunctus, sine mora dolorem sedat.

De Mentastro secunda specie Mentæ,
Ex Dioscoride lib. 3.

Syluestrem Mentam Latini Mentastrum uocant, hirsutiore folio, & prorsus maiore quam Sysymbrij, grauiore odore. Quare minus ad sanorum usus expetitur.

De CALAMINTHA, tertia specie Mentæ.
Ex DIOSCORIDIS Libro Tertio.

Ex Calaminthæ generibus, quædam montibus familiaris, folia Ocimi habens, incana, surculos aridos, & caules angulosos, purpureum florem. Altera Pulegio similis est, sed maior, Quam syluestre Pulegium ideo ap-

pellarunt, quod odore ipsum æmuletur. Nepetam Latini uocitant. Tertia Mentastro cognata est, folijs oblongioribus, caule & ramis maioribus quam superioris, sed uiribus inefficacior. Omnium folia gustu feruentia & acria. Radix superuacua. Nascit in campestribus, asperis, & aquosis. A

Potu, aut illitu demorsis a serpente opitulatur.

Decoctum potu menses et urinas expellit.

Ruptis, conuulsis, orthopnϾ, torminibus, choleræ, rigoribusque auxiliatur.

Regium morbum expurgat.

Præsumpta in uino uenenis resistit.

Tineas, cæteraq; interaneorū animalia, cum sale & melle pota, enecat.

Nec secus cocta, crudaue si teratur.

Elephanticos esitata adiuuat, si postea serum lactis ebibatur.

Folia detrita si in uellere subijciant, menses extrahūt, & partus enecāt.

Accensa, aut substrata serpentes fugant.

Nigris cicatricibus candorem reddunt, in uino cocta & illita.

Sugillata tollunt.

Calamintha ischiadicis imponitur, ut concretum humorē euocet, summam cutem exurens.

Vermes necat succus auribus instillatus.

Ex BARBARI COROLL.

Calaminthā, nostri fere Nepitā appellant, etiamsi Dioscor. speciem eius unā priuatim Nepitam uocari tradat. Prorsus tāta inter Mentam, Mentastrū, & Nepitā societas est, ut mirū non sit misceri qnq; ab autoribus earū & spēs & noīa. Alioqn & q̊d modo Pulegiū officinis & ruribus uocat, haud plane scias Calaminthæ genus sit, an uerū Pulegiū. Nepita etā non sata nascit. Calamithā grçce Cæetā quoq; dictā fuisse, testis est Strabo: qui nōnullos scribit existimare, Lacedæmoniā ab Homero non cætoessam a magnitudine, sed cætoessam a Calaminthæ copia uocari. B

EX M. VERG. COMM.

Congenerem aliqui, similem tantum aliqui Mentæ Calaminthem, quam nos Nepetā diximus, in græcis fecerunt. Subscribitque illorum sententiæ, nomen quod coniunctam sibi habet Mentam. Habent contra posteriores illi figuram, qua Mentæ similem faciunt: naturam uero & uires, qui sui generis herbam esse dicūt. Triplicem hanc Dioscorides ait: diuersisq; notis inuicem separat, sed nō facile cognoscendis: tanta trium generū similitudo est. Plinius unum tantū constituit genus lib. 20. cap. 14. Nepetamq; id uocat. Nicander in theriacis suis duo tantū, & aliter Calaminthes gn̄a cognouisse uidetur, aquaticū, palustreq; alterum: montanū uero alterum: haud sane, quia montanā Calaminthē ille dicat, sed cum aquaticā & riguis gaudentē dixit, proprium signasse genus uidetur: cui diuersum montanū, & in siccis nascēs sit. Versiculi eius sunt. τῆμος δὲ ποταμοῖο πολλυῤῥαγίος καταδίνας ὑδρηλὴν καλάμινθον ὀπάζεο χαιτώεσσαν. πολλὴ γὰρ λιβάσι παρὰ ἕζεται ἀμφί τε χείλη ἕρπεται. ἀγραύλοισιν ἀγαλλομένη ποταμοῖσιν. Quorum sensus est. Sumito tunc circa resonantis fluminis uortices comosam frondentem Calaminthem. Copiosa enim prope aquarum scatebras, & circa labra earum nascitur, fluminibus gaudens. Ex quibus pro comperto habendum est, Nicandro duo hæc tantū genera esse, locis in quibus nascuntur distincta. Hic tamen ex foliorū, ramulorum, florum, & odoris diuersis notis sua genera separat. Non facile, ut diximus, inuenienda & cognoscenda: tanta est nataliū mixtura, & naturæ cognatio. Apuleius, quicūq; ille fuit, in cōmentario, q̊d de aliquot herbis reliquit, Nepetā hanc ait montanam Mentam a græcis dici, a Magis sanguinem Hammonis, ab Italis Nepetam montanam.

¶ Herba syluestris, ignoti nominis.






Sanguinaria.

Blůtkraut.

¶ Sunt herbę nō paucę, suntq; radices, sunt lapides & gemmæ, quæ singula Sanguinaria dici possunt. Hæc tamen herba uulgo Sanguinaria uocat̃, nā rubet, & succus eius ut purpura tingit. Alias Soldanella. Nascitur stercorarijs.

Waltmeyster.



¶ Descriptione huius herbæ habes supra Tomo priore, folio. 191. inter hepaticas.

Artemisia.

Buck.

¶ Herba hęc descripta est supra Tomo priore, fol. 285.a.



Rapüntzlin.



¶ De POLYPODIO, RHAPSODIA .XXII.

A

¶ Nomenclaturæ

Græce, πολυπόδιον.
Latine, Filicula. Filix arbor.
Germanice, Engelsüß. Baumfar.

¶ De ratione nominis ex M. VERGILII Commentarijs.

FOlia Romanis Filiculã, Græcis pilosæ cauernosæq; acetabulorũ modo radices Polypodium fecerunt: exiguam herbam: ideoq; diminuto nomine ab utraque gente appellatam. Folia enim (quod hic: Theophrastus, Plinius, latiniq; & græci fere omnes testantur) Filici similia habet: radices autem pilosas, minimi digiti crassitudine. Sed quod marinis Polypis cognominem plantam fecit, per longitudinem certis interuallis dispositi concaui tumores, eadem specie et naturæ usu quo in polypis acetabula uidentur, fuerunt. Neq; enim a multitudine pedũ, quos nullos habet ut polypum, Polypodium græci herbam nominauerunt, sed quoniam polypo, qua diximus nota similis est, sic quondam uocata fuit: nulla alia quam exigui polypi significatione. Diminutum siquidem a polypo nomen Polypodium est. Facile intelliget quod dicimus, qui oculatus testis radicis eius fuerit. Videbit enim qualem nos diximus crassitudine, & uillositate radicem: mox in ea apertos & concauos tumores quosdam, quibus nititur & hæret: non aliter quam in mari polypi acetabulis suis hærent, sugunt, & quæ cœperunt tenent. Qualia autem Acetabula sint, & unde ad multas naturæ partes id nomen transierit, in Acetabulo herba, & alibi longius diximus. Idque est quod Plinius uicesimo sexto uolumine ait. Radix crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, ceu polyporum cirri. Felici descriptione usus, rei quam ante eum Theophrastus, & hic scriptor ijsdem fere uerbis tradiderant. Theophrasti uerba libro nono de plantarum historia sunt, quo loco de radicum diuersitate agit, hęc. ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεῖα καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι, καθαίρει δὲ κάτω. φύλλον ἔχει ὅμοιον τῇ πτέριδι τῇ μεγάλῃ καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. Quorum sensus est. Pilosa autem Polypodij radix, acetabula habens, qualia polyporũ cirri habent: purgat per inferna. Foliũ maiori Filici simile habet, & in petris nascitur. Hic non tam manifeste rem descripsit: sed cum dixisset habere Polypodij radicem cirros polypo similes, cogitanda legentibus reliquit acetabula: quæ necessario eos sequuntur, & sine quibus in polypis cirri esse nõ possunt. Alioquin differunt a Cirris Acetabula. Illi enim tota polyporum flagella sunt: hęc autem in flagellis & cirris his cauernosæ concauitates, quibus id animal nititur, apprehendit, & apprehensa exsugit. Et hęc tota Polypodij nominis ratio in græcis, & caussa fuit. Romani, quæ certius & in aperto magis erant folia contemplati, Filiculam uocauerunt. Testaturq; id Plinius, eodem loco dicens, Detrahit bilem Polypodium, quam nostri Filiculam uocant. Similis enim Filici est. Sed multo certius ante eum. M. Cato operis sui de re rustica capite centesimo quinquagesimooctauo, qui cum familiam rusticam doceret, quo modo aluum deijcere oporteat, plura simul coqui iubebat: frustrum de perna Brassicæ, & Betę, cum radice sua coliculos: tum Filiculæ paulum, Polypodium hanc intelligens: cui, testantibus id cunctis alijs, egregia in purgando uis est. Polirrhizon, id est, multiradicem uocari hic etiam ait, ut paulo ante diximus, a copia radicum: quod nomen accreuisse nos illi credimus ex pilositate eius. Nasci in petris tantum Theophrastus ait. Omnes alij tamen ultra petras in arborum, præsertimq; quercuum truncis prouenire etiam tradiderunt. Probantq; officinę, ex quercu magis, quam ex petris, aut alijs arboribus. Plinius sub arboribus uetustis nasci ait. Cæteri uero in, non sub arboribus. Addidit ille tamen uetustatem necessariam Polypodij natalibus. Inter corticis enim rimas nascitur, quas uetustiores tm̃ arbores amisso iuuentutis humore & læuore ducunt.

B

Cirri
Acetabula.

Descriptio Polypodij ex Dioscoride lib. 4.

Polypodion aliqui Scolopendrion, alij Pterin, alij Polyrrhizon, Latini Filiculam uocant. Nascitur in muscosis petris, & uetustis arborum caudicibus, præsertim Quercuum, palmi altitudine, Filici similis, sub hirsuta, nõ tenui perinde diuisura. Radix pilosa, in qua continentur cirri, ceu polyporum, crassitudine digiti minimi, coloris intus herbacei, austera aliquantum, & gustu subdulcis.

C Descriptio eius quæ Dryopteris uocatur, priori non absimilis, ex eodem Dioscor. lib. 4.

Dryopterin aliqui Pterion, alij Nymphæam Pterin nominant. Nascitur in ueterum roborum musco, Filici similis, multo minore foliorum incisura, radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinem uergentibus.

Textus Plinij de utraq; lib. 27. cap. 9.

Filicis duo genera, nec florem habent, nec semen. Pterin græci uocant, alij Blechnon: cuius ex una radice quamplures exeunt filices, bina etiam cubita excedẽtes longitudine, nõ graues odore. Hanc marem existimãt. Alterum genus Thelypterin Græci uocãt, alij Nympheã Pterin. Est autẽ non singularis atq; fruticosa, breuior, mollior q; & densior, folijs ad radicem cananiculata. Vtriusq; radice sues pinguescũt. Folia utriusq; laterib. pinnata, unde nomen græci imposuere. Radices utriq; lõgę in obliquum, nigrę, pręcipue cum inaruere. Siccari autem eas sole oportet. Nascuntur ubiq;, sed maxime frigido solo. Effodi debent uergilijs occidentibus. Vsus radicis in trimatu tantum, neq; ante, neq; postea. Pellunt interaneorũ animalia. Ex his tineas cum melle. Cætera ex uino dulci triduo potæ. Vtraq; stomacho inutilissima. Aluum soluit, primo bilem trahens, mox aquam. Melius tineas cum scãmonij pari pondere. Radix eius duum obolorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam bibitur, melle prægustato contra rheumatismos. Neutra danda fœminis: quoniam grauidis abortum, cæteris sterilitatẽ facit. Farina earum ulceribus tetris inspergitur. Iumentorum quoq; ceruicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt. Ideo substerni utile est in his locis suspectis. Vstæ etiam fugant nidore. Fecere medici huius quoq; herbæ discrimen. Optima Macedonica est, secunda Cassiopica.

D

De temperamento Filicis ex GALENO lib. 8. Simplicium.

Filix radicem habet maxime utilem. Latum enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum uiuum quidem necare, mortuum autem ejcere, mirum non est. Est enim amara, paulum habens adstrictionis. Quamobrem ulceribus imposita, uim habet ualenter desiccandi. Non tamen mordax est. Similem uim habet et Thelypteris nominata.

VIRES & Iuuamenta Polypodij ex Dioscor. lib. 4.

Purgandi uim habet. Coquitur cum gallina, aut piscibus, aut Beta, aut Malua ad aluum soluendam.

Aridæ farina aquæ mulsæ inspersa, detrahit bilem et pituitam.

Trita luxatis efficaciter illinitur, et aduersus digitorum fissuras.

De DRYOPTERI.

Dryopteris Psilotrum est cum radicibus trita. Illinitur enim primum, usq; dum sudorem euocet: mox sudor abluitur, & recens imponitur.



¶ De Filicib. hactenus ex scriprotum sententia. Penitius uero rem nobis expendentibus, Quirinus & peritus, & fidedignus herbarius, quatuor nobis eius genera demonstrauit. Primum Polypodium, **Engelsüß**. Secundum Dryopterin, **klein Waldtfar / oder Eychfar**. Tertium syluestrem Filicem altitudine quatuor, aut sex cubitorum, locis nemorosis prouenientem. teuto. **groß Waldtfar.** & Quartum Saxifragię generis, teut. **Roter steinbrech / oder Maurpfeffer / oder Steinfar genant**, quæ fere omnia in folijs, & herba ipsa conueniunt, tantum in radicibus uariant: quarum singulas & uidimus, & gustauimus. Nam Polypodij dulcis est, Dryopteris acerbior, syluestris amarior: tanti dulcoris, ut ꝓpterea sues, qui illa afficiuntur, omnem etiam circa terram subruant, quo eis uesci liceat. Quinta quoq; species, quam supra sub Tanaceti nomine descripsimus in priore Tomo, nescio an in hoc album referri debeat. Sunt enim qui & hanc Filicem uocant, & uulgari nomine **Reynfar.**

Genera Filicis

Supra priore Tomo, fol. 150. & seq.

C

¶De SALVIA, RHAPSODIA .XXIII.

¶ Nomenclaturæ

Græce, ἐλελίσφακος. ἐλαφόβοσκος.
Latine, Saluia. Elaphoboſcus..
Germanice, Salbey.

SAluia, ut inquit Hermolāus Barbarus, ſic dicta eſt, tum quod ſalutāris eſt, & multis accō-moda morbis: tum quod ad prolem facit concipiendam. Nam in Aegypti inquit Copto, multis peſtilentia ſublatis, coactæ ſunt mulieres, huius herbæ ſucco ad conceptum uti.

Saluiam eſſe Tuſſilaginis alteram ſpeciem, ideo libenter Dioſcoridi, Plinio, et Apuleio credimus, quia foliorum canicies, rugæ, redolentia, & reliquæ notæ reſpondent. Quamq; quæ ſit illa uera ac genuina Tuſſilago, mihi certe compertum non eſt. Nec id mirum. Nam flore & caule confeſtim ubi apparuerit, exuitur, diſperitq; e conſpectu. Quod autē ab Theophraſto Sphacelo comparatur, cuius quidem ſpecies ab ipſo creditur, ideo nullam pugnantiam habet, quia nihil obſtat, unam & eandem herbam, diuerſis alijs in figura & ſimilitudine poſſe æquiparari: ut pulchre etiam adnotauit Marcellus Vergilius. Sed iam autores ipſos potius loquentes audiamus.

Saluiæ ὀπωπή ex Dioſcoride lib. 3.

Saluia frutex eſt ramoſus, longus, uirgas habens quadrangulas, et canas: folia mali cotonei effigie, ſed longiora, aſperiora, craſſiora, et quæ ſenſim attritarum quaſi ueſtium ſcabriciem referant, hirſuta, ſubalbida, perquam iucundo odore, ſed graui. Semen ſum̄is in caulibus ſylueſtri Ormi nio ſimile gerit. Et in aſperis naſcitur.

SALVIA Plinia lib. 22. cap. 25.

D Noſtri qui nunc ſunt Herbarij, Elelíſphacon Græce, Latine Saluiam uocant. Mentę ſimilem, canam, odoratam. Plura lege lib. 26. cap. 6.

Comparatio SPHACELI, et Saluiæ, ex Theophraſto lib. 6. cap. 2.

Sphacelus, & Saluia inter ſe diſtant, quaſi alterum urbanum, alterum genus ſylueſtre dixeris. Sphacelo foliū leuius, contractius, minusq; ſqualens: Saluiæ ſcabrius.

Apuleius de SALVIA.

Quidam græcorum Ciſſion, ſiue Cioſmin, alij Eliſphacon appellauere, Itali Saluiam, alij Tuſſilaginem uocant. Elelíſphacos agreſtis grauioris eſt odoris: uſualis uero, quæ eſt boni odoris ac leuioris, Saluia uocatur. Eſt igitur frutex, ſiue ſarmentum in longitudinem porrectum, ſubalbidū, uirgis maioribus, folijs paulo aſperis, odoris boni: et fructu ſine ſemine in ſummitate ramorum ſimilior, minor agreſti. Naſcitur aſperis locis. Et eſt uirtutis redarguentis cum acrimonia: quæ deniq; pro Dictamno uenenū ſæpe eijcit.

De SALVIAE temperamento ex Gal. lib. 6.

Elelíſphacos euidenter excalfacit, ac leuiter ſubaſtringit.

VIRES & Iuuamenta ex Dioſcoride.

Menſes cit, & urinas decoctum foliorum, ramorumq; potum.
Partus extrahit.

Pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur.
Vulnerum sanguinem cohibet.
Tetra ulcera purgat.
Testium pruritus sedant rami, folia si decoctione foueantur.
Addit Plinius, quod ulcerũ, & auriũ uermes quoq; extrahit.
Nec alia fere Serapion Arabs.

Ex APVLEIO.

Ad pruriginem circa anum Saluia decoquitur, & de ea aqua inferiores parteis fomentantur: & sedat pruriginem summe.

Ex Macro, quæ in Dioscor. non habentur.

Saluia, cui nomen Elelisphacos est apud Argos,
Cum multa iecoris prodest potata querelis.
Cum uino succus tepidus sumitur huius
Compescit uentrem, tussim, laterisq; dolorem.

Ex PLATINAE obsoniorum lib. 3.

Saluia calida et sicca, in multis condimentis utimur. Nec mirum cum herba sit salutaris. Nã et contra paralysim ualet, & dentibus illita prodest, et serpentum uenenosos morsus sedat.

EVPATORII descriptionem, si lubet, huc referas, quam habes supra eodem Tomo, folio. 27.

C

¶ De VALERIANA, RHAPSODIA .XXIIII.

¶ Nomenclaturæ.

Græce, φοῦ. ἀγρία νάρδος

Latine, Valeriana. Amantilla. Herba benedicta valentiana.

Germanice, Baldrion. Dennenmarck. Katzenkraut.

¶ Descriptio PHV ex Dioscoride lib. Primo.

PHV, quod aliqui syluestre Nardum appellãt, nascitur in Ponto, folio Olusatri, aut Elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, leui, cauo, molli, in purpurã uergẽte, geniculis intercepto. Floribus Narcisso proximis, maioribus, teneris, et in albicãte purpureis. Radice superius ad digiti minoris crassitudinẽ, ex obliquo uillosa, in nigri Veratri, aut Iunci odorati modũ, capillamentis inuicem contextis, flauescẽtibus, odoratis, cum quadam odoris grauitate Nardum æmulantibus.

EX M. VERG. COMM.

QVam pro Dioscoridis Phu, ætatis nostræ Herbarij ostendunt. s. Valerianam herbam, longe minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur. Nec omnes omnino utriusq; inuicem sibi respondent notæ, quę tamen præcipue a Dioscoride numerantur, conuolutæ glomeris modo, & ut Plinius ait, uillosæ radices, earumq; Nardi odor, & albicans in caule purpura, in nostra pariter sentiuntur. Credimusq; nos, ut in animalibus etiam fit, quæ non eadem mole corporis, ingenijq; sui natura ubiq; nascunt̃, in alieno orbe cœli, aut terræ beneficio, Phu hanc proceriorem nasci. Quoniam & in nostro orbe cubitalis aliquando uisa fuerit.

De Temperamento PHV ex GALENO lib. 8.

D

Phu odorata quodammodo est huius herbæ radix, Nardo uiribus similis, sed tamen ad pleraq; infirmior. Vrinam mouet plus quam aut Indica, aut Syriaca Nardus, perinde ut Gallica.

VIRES & Iuuamenta ex Dioscor.

Excalfacit.
Vrinam mouet, si sicca potui detur.
Decoctum eadem præstare potest.
Ad lateris etiam dolorem efficax.
Menses ciet.
Antidotis inseritur.

Adulteratur radice Rusci ammista: sed maleficiũ deprehenditur, quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine ulla odoris gratia.

DE VERA
HERBARUM cognitione APPENDIX,
cui sequentia insunt.

1 Exegesis omnium Simplicium Dioscoridæ, & quomodo ijs quæ in Officinis seruantur respondeant.

2 Scriboni Largi Medici uetustissimi, de Simplicibus fragmentum.

3 Io. Mainardi Ferrarien. Medici nostri seculi clarissimi, Annotationes aliquot Simplicium, e scriptis eius extractæ.

4 Nicolaus Leonicenus de falsa quarundã herbarum inscriptione a Plinio.

5 Pandulphus Collinutius de interpretatione Simplicium quę sunt apud Plinium, calũnijs Leoniceni respondens.

6 Leonardi Fuchsij, Principis Brandenburg. Medici Annotationes de Simplicibus, a medicis hactenus perperam intellectis, & æstimatis.

7 Generosi Comitis Hermanni a Nuenar censuræ aliæ Herbarum super eadem re.

8 Do. Bernardi Schylleri Medici iudicium de Cariophyllis.

9 Hieronymi Tragi medici dissertationes fere quinquaginta, de herbarum quarundam nomenclaturis.

10 Marci Gatinariæ medici quondã Ticinen. Annotatio una & altera de Tarxaco, Cicorea, Iua, Esula,, & Soldanella.

11 Iacobi de Manlijs Alexãdrini, interpretatio Simplicium, secundũ ritum Officinarũ.

12 Hieronymi herbarij Apodixis Germanica, ex qua facile uulgares herbas omnes licebit perdiscere.

A

¶ EXEGEMA omnium Simplicium quæ ſunt apud Dioſcoridem: & collatio eorundem cum ijs quæ in Officinis habentur.

¶ Ex Primo Dioſcor. LIBRO.

IRIS tametſi Illiryca inſcribatur, & in primis probatur, tamen & in Italia habetur. Et conſenſu omnium eſt radix alba, digituli craſſitudine. Quæ ab officinis Irios, gignendi caſu, pro nominatiuo uſurpatur.

Violwurtz.

ACORVS, quæ & Venerea, ab Officinis quoq; Acorus uocatur.

Gel wasser Gilgen.

MEON, ab Officinis Meu. Exhibent enim tenellas quaſdam radiculas aromaticas. Quamquam ſint, qui pro Radice interpretentur, quę ab agyrtis circumfertur, & uulgo Beerwurtz uocatur: cuius admodũ feracem Hungariã prędicant: & quantũ apparet, Anethi ſylueſtris folijs & caulibus non diſſimilis. Quod doctioribus propono diſcutiendũ. De Oſtericio autem plane non conſentio: tametſi & ea ſententia ſuos habeat aſſeclas. Nihil enim illi conuenit cum Anetho: neq; radices habet tenues, ſed craſſas, & interdum ingentes pugnos æquantes.

μῆον Meu.

CYPERVS. Cyperi herbam non uidi, neq; in officinis habetur. Radicis hodie uſus notus eſt tantummodo, quam ipſi interpretantur, Wildengalgen. Sunt tamen qui ex Plinio interpretantur, odoratum, angulo ſum, uel triangularem Iuncum. Et ex Celſo, lego odoratum, & quadratum Iuncum.

κύπειρος. Wilder Galgen.

B

CARDAMOMVM. Et hodie in Officinis peregrinum aroma celebre habetur ſub nomine Cardamomi. Sic enim Arabes appellare maluerunt.

καρδάμωμον Kardamümlin.

Commentarius noſter quem habemus, pro ſpica NARDI interpretatur Nardum: conſentientibuꝫ & Officinis, quibus ego Pſeudonardũ potius noſtratem crediderim. Sunt enim nouem ſpecies Nardi, quas ex Plinio collegit Barbarus.

νάρδος ἰνδική συριακή

CELTICVM Nardum naſcitur in Liguriæ alpibus, & ab incolis regionis ſuæ Gallica appellata eſt, noſtra Lauendula, ſi Vergilio credimus. Et ego plane conſentio. Nihil enim in toto Dioſcoride deſcriptũ lego quod illi repugnet. Quanq; Officinæ Spicã Celticã interpretentur.

κελτική Lauendula.

MONTANVM Nardum non ualeo conijcere quę ſit. Sed neq; Commentarij aliquid huius rei certum demonſtrant.

νάρδος ὀρεινή τυλακίτος νίρος

ASARVM uulgo notiſsimum, Germanice Haßelwurtz. Mirum, quo modo non & illius nomenclatura uitiata eſt & adulterata a barbaris. Itali uocant Baccare.

ἄσαρον Baccare.

PHV, uel Cretica Nardus, ſine controuerſia noſtra eſt Valeriana, Baldrion/oder Denmarck. Quod autem paulo minor noſtra apparet quam deſcriptio habet apud Dioſcoridẽ, regionis & influentiæ culpa eſt, non rei ignorantia.

φοῦ Valeriana.

C

μαλάβαθρον

Vide infra de hoc commentarium. Io. Mainardi.

MALABATHRVM. Distinguit huius tria genera Barbarus, uerum tertium cognitū tantummodo Medicis & officinis, id quod passim ostenditur, satis amplum, folio nucis iuglandis, sed aridum, subpallidum, & multo solidius. Ipsi Folium appellant, aut Folium Indum: quod inde adfertur.

De CASSIA nihil pronunciamus: cum de ea adhuc apud iudicem lis sit. Lege autem Leonardi fuchsij propo. 12. de Errorib. Medicorū, pręterea Leonicenum, & Mainardum.

CINNAMOMVM notum est sub nomine Canellæ apud mercatores & Italos. De germine tantum controuersia est. Item de loco ubi proueniat. Consule fabulas Philostrati de Apollonij uita, Item Plinium, & Theophrastum.

AMOMI semen in officinis seruatur eodem nomine.

Radix Costi.

COSTVS. Pro triplici illo Dioscoridis Costo, Officinæ amarum tantum Costum exhibent.

σχοῖνος

Squinantum

Odoratus IVNCVS in Aphrica & Asia nascitur. Cornelius Celsus Iuncum rotundum uocat: ut alius intelligatur ab angulari & quadrato. De quo supra in Cypero diximus. In Officinis instar straminis, sed bene, & nescio quid aromaticum redolentis, reconditum habetur, sub barbaro nomine Squinanti: feruntq́ꝫ, Camelorum esse cibū in Arabia.

Calamus.

D

κάλαμος ἀρωματικός. Calamus aromaticus, uel myrepsicos. i. unguentarius, & duratus, quamquam Plutarchus etiam arabicum Calamum interpretatur, ne ab Officinis etiam alio nomine appellatur.

βάλσαμον

BALSAMVM nomine tantum notum, uerum propter eius precium inmensum, ab officinis exoletum. Xylobalsamum tamen seruatur.

ἀσπάλαθος

Darsian.

ASPALATHVS. Radicis usus tantummodo habetur, a Mauris sub nomine Darsian.

βρύον

Vsnea.

Moschos.

Xyloaloës

BRION, id est, Muscus, Officinarum Vsnea. Verum aliud est Moschos, Gazellæ sanies, preciosissimum illud odoris genus.

ἀγάλλοχον, lignum est quod ex Arabia & India deportatur, ut inquit Dioscor. Medicorum uulgus Xyloalöen concorditer uocat, uel Aetio quoq́ꝫ Autore.

νάρκαφτον

NARCAPHTVM ex India defertur corticosum, simile Sycomori libro: quod iucundi odoris gratia suffitur. In nostratibus Officinis necdum uidi, sed & uocabulum quoq́ꝫ incompertum.

κάγκαμον

Lacca, uide Dialacca.

CANCAMVM arabici ligni lachryma est, Myrrhę quodamodo similis, olidi gustus: quam ad suffimenta usurpant. pharmacopolarum est Lacca. Vide Dialacca.

κῦφιν

CYPHI Thymiamatis compositio est, dicata Dijs, qua abunde Aegyptij sacerdotes utebantur olim. Ab nostris officinis in usu non habetur, sed ne a Doctoribus quoq́ꝫ scribitur.

CROCVS memini non notissimus.

Crocomagna, olei crocini fex. Instructiores officinæ reconditum ha-

A

bent:& autor Luminaris maioris non improbat.

HELENIVM noſtra eſt Campanica Enula: de qua in Herbario noſtro plura.

ἑλένιον
Enula Campana.

ὀμφάκινον ἔλαιον, oleum quod ex inmaturis oliuis exprimitur, ab communi oleo in Iatrijs ſeorſum ſeruatur.

ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγριάς ἐλαίας, oleum quod ſylueſtres oliuæ fundunt.

σικυώνιον ἔλαιον, Sicyonium oleum. Vtebatur eo in aliquot malis antiquitas: nunc ex uſu diſperijt.

ELEOMEL in Palmyris Syriæ, ut inquit Dioſcor. ex quodã caudice manat, craſsius melle, ſapore dulci. Commentarius noſter uetuſtiſſimus quem habemus, pro Manna interpretatur: quod an ita habeat, per occaſionem diſcutiendum relinquimus ijs, qui de origine Mannę commẽtarios hodie ſcripſerunt. Nam nos ad alia properamus, neq; commẽtarium ſcribimus, ſed nuda tantum nomina interpretamur.

ἐλαιόμελι

Cicinũ oleũ e Cici arbore in Aegypto copioſa, ubi ſine igne & aqua, aſperſum tantum ſale, exprimitur. Cibis fœdum: luminibus lucernarũ, propter nimiam pinguedinem, ineptum. Vergilius diligens ſane ſcriptor, pro Phaſelo interpretatur. Sed nos in ſcriptis Rhapſodijs pro oleo de Cataputia maiore inuenimus. Ex Officinis hodie exoleuit.

κίκινον ἔλαιον
Phaſelus.
Oleum de Cataputia.

Amygdalinum oleum, uel Metopium, duorum generum, hodie ſeruatur, & de dulcibus, & de amaris Amygdalis.

ἀμυγδάλινον

B

Oleum Balaninum ſecundum Hermolaum e Myrobalanis, uel Aegyptia Glande: ſecus Pandectarius ſcriptor, qui pro granis Ben, uel Behen appellat. Hodie in uſu non habetur.

βαλάνινον
Myrobalani
Grana Ben.

Oleum Hyoſcyami in priuato uſu habetur podagricis.

ἔλαιον ὑοσκυάμινον

Oleum de grano Cnidio, id eſt, de Cocco gnidio, ne illud quoq; in uſu habetur.

ἔλαιον κνίκινον, id eſt, e Cnico herba, uel Cartamo, effectu a ſuperiore non diuerſum.

Oleum Rhaphani, admodum protritum plebēis oleum.

ῥαφάνινον

Oleum Melanthinum, oleum de Nigella, uel Git, exoletum.

μελάνθινον

Oleum Sinapinum habetur in uſu.

σινάπινον

Oleum Myrteum, uel Myrtinum, & Italiæ quondã celebre, habetur in officinis.

μύρσινον

Oleum Laurinum, uulgatum & celebre.

δάφνινον

Oleum Lentiſcinum, Oleum e Lentiſco Græci σχῖνον uocant, nam σχοῖνος iuncus eſt. Fit autem ex gummi Lentiſci.

σχίνινον

Maſtichinum oleum, e Maſtiche.

μαστίχινον

Oleum Roſaceum, quod extra myropolia etiam uulgus conficit, habeturq; in uſu, Roſis oleo in Sole maceratis, & in uitro repoſitis.

ῥόδινον
Roßenöl.

Mel Roſaceum, quod eodem modo maceratur, & excoquitur.

ῥοδόμελι
Roßenhonig.

ELATINVM OLEVM e palma Elate, quã noſtri Palmam abietem uocant.

ἐλάτινον

C Oleum Melinum, quod ex malis Citonijs fit & struteis.

οἰνάνθινον

Oleum Oenanthinum, fit ex flore uitis Labruscæ.

τήλινον

Telinum oleum, id est, e Fœnogreco, nobilissimo semine.

σαμψύχινον

Sampsuchinum oleum, ex Amaraco, uel Maiorona.

Ociminum oleum, ex folijs Basiliconis.

Abrotininum oleum, quod fit ex Abrotono.

ἀνήθινον

Anethinum oleum, in usu hodie habetur inter anodina.

σούσινον
Gilgenöl.

Susinum oleum, uel Lirinum, uel Liliorum alborum, quo nihil familiarius parturientibus.

ναρκίσσινον

Oleum Narcissinum non conficitur hodie. Sed neq; de flore satis conuenit scriptoribus: ut in nostro Narcisso scripsimus, & infra quędam adnotauimus.

κρόκινον ἔλαιον ab autore Luminis maioris inter uulgata & commoda olea recensetur.

Oleum Cyprinum neglectum, atq; hodie minime in usu.

Violwurtz öl.

Irium, uel Irinum oleum quod, fit ex Iride Illyrica.

γλεύκινον ἔλαιον, exoletum.

ἀμαράκινον, idem oleum quod paulo ante Sampsuchinum uocauit: sed aliam eius componendi rationem ex Coacorum consuetudine docet.

μεγαλεῖον

Megalinum oleum etiam Dioscoridis tempore exoleuerat, ut ipse inquit, ante sua tempora alioqui cantatissimum.

ἡδύχροον

Hedychroon, & Hedychrum, a coloris hylaritate sic dictum, idem ui- D detur esse cum Amaracino, ut inquit Barbarus: nisi quod nomen hoc proprie habet in Co, ubi nobilissimum olim parabatur. Quamquam est & Theriaces eius nominis compositio: de quo alias in Pandectis nostris.

μετώπιον

Metopium ex Galbano unguentum: sic dictum, ab ligno ex quo desudat, quod Metopium uocatur, ut inquit Dioscor. Liquor, uel potius lachryma Metopij hodie seruatur. Vnguenti usus nullus.

μενδήσιον

Mendesium, eo loco ubi Mendes, id est, caper colitur, ut inquit Barbarus: peregrinum Germaniæ.

στακτή
Storax.

Stacte uocatur pinguedo recentis Myrrhæ, cum exigua aqua tusę, & organo expressæ. Ea perquã odorata ac preciosa est. Sic dicta, ἀπὸ τοῦ στάζειν, id est, stillando. Plinius simpliciter Myrrham sponte sudantem dixit: & est gummi quod Storacem liquidam hodie uocant, quo ad poma odorifera & suffitus utuntur.

κινναμώμινον

Cinnamominũ unguentũ, olim ad prodigium usq; in precio habitũ.

νάρδινον
Nardus Pistica.

Nardinum, uel Spicatum, fœminis Romanis, & pręcipue prędiuitibus olim familiare. Vel potius Nardus pistica illa, cuius Euangelistæ meminerunt, si Barbaro credimus.

μαλαβάθρινον

Malabathrinum, uel Foliatum, uidelicet quod e succo Folij eius nominis conficitur. Peregrinum, & exoletum.

ἰάσμινον

Iasminum, sed aliud forte quam nostrum Violaceũ. Quod inde conijcio, quod apud Persas ex albis tantũ uiolis confici solitum est, ut inquit

Dioſcor. Sed & alia noſtratibus conficiendi ratio eſt. A

MYRRHA nuſquam non obuia in officinis, ſed adulterina, teſte Mainardo, Leoniceno, & Leonardo Fuchſio: ut infra leges. σμύρνα

STYRAX lachryma eſt arboris, malo Cotoneę ſimilis. Sed myropolæ mutata litera, Storacem appellant. στύραξ

βδέλλιον lachryma eſt Saracenicæ arboris. Habetur in officinis, ſed ſub nomine Bdellij Iudaici. Bdellium.

THVS notum. Sed ſunt eius aliquot genera. Eſt enim Maſculum: quod ſic a ſpecie teſtiũ uocant, mammoſum, cum hęrente lachryma priore conſecuta. Plura de hoc Barbarus in Corollario. Officinæ tamen inter Thus & Olibanum differentiam faciunt. De quo in noſtro Lexico, ſecundum ſententiam Barbarorum & neotericorum. Thus maſculum. Olibanum.

Cortex Thuris & ipſe ſua iuuamenta habet, ex gummi notus & liquore, cui interdum mixtus inuenitur. Quamquã Vergilio magis placet corticoſum Thus, idq; pro Cortice Thuris. Quod enim in eo laudatur, & medicinæ inſeruit, Thus eſt: quo niſi turgeat cortex, inutilis erit.

Manna Thuris quid ſit, infra ex commentarijs Leoniceni, Mainardi, & D. Leonardi Fuchſij petendum cenſemus: qui copioſe admodum de ea, & differentia eius ab Saccharo diſſeruerunt. Nam perplexior eſt controuerſia, quam quę paucis explicari queat. μάννα λιβάνου

Fuligo Thuris, an aliquibus in uſu ſit, neſcio.

PINVS & Picea, generi eidẽ diſtribuitur, ſed ſpecie differunt. Quia Picea pinguior atq; tenuior eſt folijs, ſed minus alta, ac recta: præterea conum minorem, & magis algentem, nucleos quoq; reſina perfuſos obtinet. Lege Barbari Corollarium: ſimiliter Vergilij annotationes. Picea. B

στρόβιλοι, Pineę nuces, de quarum differentia uide Vergilij commentarium: quamquam omnes ſint notiſsimæ.

LENTISCVS arbor Germaniæ noſtræ peregrina, Italiæ tamen familiaris. Maſtychen deſtillat, notum gummi.

μαστίχη, Reſina lentiſcina, Maſtyx. σχῖνος Maſtyx.

τερμίνθος, Reſina Terebinthina. Terpentin

PIX nihil aliud eſt quam fluxus combuſtior in tæda ſua reſinæ.

Pix ſicca, uel ſpiſſa, ab Officinis Colophonia: tametſi Dioſcor. etiam liquidam illam Colophoniam uocat.

ἄσφαλτος, Bitumen: alias ab Officinis, Iudaicum Bitumen. Juden lym.

νάφθαν uocant Babylonij Bituminis colamen, colore candidum. Inuenitur enim & nigrum. Ignoratur ab Officinis. Quanquam ſint qui oleo Petroleo pro ea utantur: q; ſimili modo ex ſtagnantibus colligitur. Oleum Petroleum.

CVPRESSVS & in Italia, & in Gallijs prouenit tantum, Germaniæ & frigidioribus climatibus ignota. Genera eius uide apud Dioſcor. & cõmentarios, Galbulæ tantũ eius nuces a nobis in uſu habentur. Galbulæ.

IVNIPERVS duorum generum, ut inquit Dioſcor. Reſudat ex eo gummi, quod Sandaracam, uel Vermicem hodie uocamus.

Seuenbaum.

βράθυς, Sabina. Alias Sauina. Nota.

C

κέδρος arbor magna, ut ferunt, ex qua picem colligunt, quæ Cedria uocatur. Officinæ tamen Pegulam uocant.

Cedria. Pegula.

Cedrides, Cedri fructus.

δάφνη

L A V R V M fructicantem uidi in nostra Germania: sed ad iustam & natiuam altitudinem nunquam excrescere, neq; baccas parturire.

Lorbeer.

δαφνίδες, Bacce Lauri, notissimæ.

πλάτανος

P L A T A N V S peregrina Germaniæ. Audiui, qui Romæ uiderint, & Florentiæ.

μελία

F R A X I N V S, uel Melia, germanice, Eschbaum.

Alberbaum. Electrum. Charabe.

P O P V L V S duorum generum, alba, & nigra. Gummi exstillat nigra, quod Succinum, uel Electrum uocamus, barbare Charabe. Ita enim quibusdam placet. Vide Barbari commentarios.

μάκηρ

M A C E R omnium consensu officinarum est Macis.

πτελέα Vlmus.

κάλαμος, Harundo. Nota. Genera eius innumera lege ex Barbari Corollario.

πάπυρος

Papyrus ignota hodie.

μυρίκα

M Y R I C A, seu Tamarix. Haud dubium quin sit uulgaris Tamariscus.

D

E R I C A æque famosa arbor, Tamarici similis, sed longe minor: cuius flore apes reprobum mel efficiunt. Germanice Heyd, scoparũ generis.

ἀκακαλίς

A C A C A L I S quadam tenus etiam Myricę similis. Quam ipse nondum cognoui.

ῥάμνος

Rhamnus trium generum habetur.

ἅλιμος, Halimus.

P A L I V R V S frutex aculeatus, durus: cuius semen pingue & fuliginosum inuenitur. Vergilio, cognati frutices, senticosi sunt, Cynosbates, Rhamnus, Paliurus, & Oxyacantha.

ὀξυάκανθα

Acuta S P I N A. Officinæ Berberis.

Rubus Canis. Respondet & huic uulgatæ Berberis descriptio apud Dioscor. & huius plane generis est. In commentario quodam reperi, Rubum Canis differre ab Cynorhodo, uel Rosa canina: quia hæc spongiolas habeat circa fruticem, illa uero minime.

κύπρος

L I G V S T R V M, a Mauris Alkanna.

φιλλυρέα

T I L I A Lucorum ornamentum.

Cistus, ignota mihi.

ὑποκιστίς

H Y P O C I S T I S, barbarorũ Hypoquistidos, quod sic appellant.

λῆδον

L A D A N V M in Officinis uidere licet: sed illi Lapdanum pronunciant, uel Laudanum, non Ladanum.

ἔβενος

H E B AE N V S iuxta omnia signa & notas quibus hanc describunt Hermolaus Barb. & Plinius, apparet quiddam habere nostro Guaiaco simile, aut certe eius generis esse: sed non habeo, cur id certo affirmem.

A

ROSA. Nota omnibus. — ῥόδον

Pastilli rosei, id est, Trochisti

LICIVM, alias Pyxacantha, arbor spinosa, ut inquit Dioscor. Hodie succum quoque eodem nomine uocant: qui in usu habetnr.

ACACIA succus spinæ crescentis in Aegypto. Resudat ex eo gummi quod Officinæ gummi Arabicum, Celsus sine eiptheto Gummi appellat. Vulgus Medicorum hodie ignorat quid sit Acacia, & pruna illa syluestria quæ in spinis proueniunt, pro uera Acacia interpretantur, graui errore: cum ijs prorsus Dioscor. descriptio non respondeat. Sed de his alias. — Gummi Arabicum.

AMVRCA expressę oliuę recrementum est. — ἀμόργη

ἄγνον, latine Vitex, frutex qui circa fluenta prouenit, passim notus: quanquam seminis tantum usum pręferunt myropolæ, herbæ non adeo.

SALIX & ipsa ut uulgo nota, ita multorum generum.

Oleaster, syluestris olea: sed non est horum ferax Germania.

Colymbades, oliuæ conditæ, & gulosæ diuitum delitiæ. — κολυμβάδες

Aethiopię oleæ lachryma, forte id quod hodie gummi Elemi uocant. — Elemi.

Rhus opsoniorum, Rhus coriaria, ab Officinis omnibus Sumach uocatur, Italiæ frequens. — Sumach.

Quercus, Glans, Fagus, Ilex, Castanea, Galla, omnes notę arbores, & noti fructus.

PALMAM Aegyptus habet, sed non sola. nam & Romæ habetur. Fructus Palmarum Dactyli, & Thebaicæ Palmulæ, Tamarindi. — Dactyli. Tamarindi.

Malum punicum, seu Malogranatum, trium generum. Sunt enim dulcia, uinosa, & acida. — ῥόα

B

CYTINVS, Mali punici flos. — κύτινος

Malicerium, Mali punici putamen. — λέπη τῆς ῥόας

Balaustium idem fortasse quod Cytinus.

MYRTVS, Italiæ nota. — μυρσίνη

Myrtidanum, uirgultum & soboles Myrti. Vide Barbari Corollarium.

CERASIA, alias Cerasa: quorum gummi in usu habetur.

SILIQVA, Maurorum Charliob, siue Charamulium sic enim officinæ uocant. — Carliob.

MALVS. De Malorum multifarijs generibus, uide Corollarium Barbari super hoc loco. — μηλέα

Mala Cotonea, nota sunt. Vocantur & Cydonia, & Chrysomela.

Melomela, sic a sapore melleo dicta.

Orbiculata mala, siue Epirotica, ex figura orbis in rotunditatem acta.

Syluestria mala, acerba, agrestia.

Persica poma, notissima, & multorum generum. Quanquam Galenus libro secundo alimentorum differentiam facit inter Persica, & Perseam, diuersaque capitula de utraque habet.

Armeniaca, siue Præcocia mihi uidentur, quæ prima omnium uenalia habent.

C Persica exilia, & Prunorum fere generis, sed dulcissima.

Citrin öpfel. Medica mala, Cedromela, Citrea, Mala Hesperidum, poma Citri, in officinis habentur, & ipsa nota.

PYRORVM genera ut sunt multifaria, ita passim etiam notissima.

ἀχράς Pyrastrum, uel syluestre Pyrum.

MESPILVS nota, sed duorum generũ. Est em̃ quę Merola Italice, a Mauris Zaur, uel Zarur: & uulgata, quę Setanium: cuius fructus Estula a nonnullis uocantur.

LOTVS. Nec ea unius generis habetur. In Italiam translata fertur, sed admodum rara. Est & herba Lotus, de qua infra.

Cornus, Italice Corneiol.

Sorba nota.

PRVNVS nota arbor, πολυγενής. Supra etiam inter syluestria Pruna constituimus. Celebrantur hodie inter pręcipua Damascena: & in myropolijs Prunorum resina.

ARBVTVS, Vnedo, coriarijs notissima. Habetur in Italia frequentior, ubi fructus eius Cerasa marina uocatur.

Amigdalę duplices sunt, & Amarę, & Dulces. Dulces Germaniæ familiariores.

Fisticum. PISTACIVM, Officinæ Fisticum. Fructus in officinis habetur: D arbor Germaniæ peregrina est.

NVCES Iuglandes, tam notæ, ut Sueuis occasio prouerbij fuerint.

Nuces Auellanæ, Nuces ponticę, & ipsæ quoque nemini non notæ. Vide Barbari Corollarium.

MORVS nemini non notissima.

FICVS, & Sycomorus notæ, tum inprimis Italiæ.

Perseam uideo quosdam pro Persica nostra interpretari.

ἰβηρίς Vicetoxicũ. IBERIS officinarum Vicetoxicum. Nascitur circa inculta, & uiarũ diuerticula, admodum familiaris Italiæ. Radici & odor & sapor Nasturtij. Vnde Barbarus ex Antigone non inepte, syluestre Nasturtium interpretatur.

¶ Ex Secundo Dioscoridis LIB.

ERINACEVS quidam fluminalis, uel marinus: quidam terrestris. Terrestris passim notus.

Purpuræ, Buccinæ, Ioniæ, Myaces, Tellinæ, & quicquid est piscium generis, mihi plane ignotæ sunt, nec ullius rei tam imperitus sum, quam Piscibus nomina diffinire.

COCHLEA, quę & Domiporta, nota.

Blactæ Byzantiæ. Conchula Indica, hic apud Dioscor. ὄνυξ. Suspicor esse Blactas Byzantias, quas hodie Officinæ sic uocant,

καρκίνος CANCER & ipse propter gulę titillationem, commessatoribus non ignotus.

SCORPIO Terrestris, Italiæ notissimus.

De Dracone marino, Scolopendra, Torpedine nihil compertum habeo, nec notiora nomina quę pro illis reponã. Tametsi Torpedo crebro in usu sit Galeno. A

VIPERA a Mauris Trigo, & græce τρυγών, uulgo Amarassa Italice.

CHRISTOPHORI HEGENDORFINI, IN QUORUNDAM PISCIUM NOMENCLATURAS GENUINAS, ANNOTATIUNCULĘ ALIQUOT.

DVM hęc scriberemus, incidimus casu in Progymnasmata doctissimi uiri Hegendorfini. Nam cũ eodem munere fungamur pueros docendi, & domesticis nostris adulescentibus illius progymnasmata interpretaremur, oblatus est nobis locus de Piscibus: qui quoniam pulcre nobis facere uidebatur ad præsentem locũ Dioscor. de Piscibus, commentario nostro ad uerbum inseruimus.

ANGVILLAE.

De Anguillis non est quod diu dubitemus. uocabulum enim nullum aptius, nullũ accomodatius ijs Piscibus, quos Anguillarum nomine donamus, inuenire possemus. Plin. lib. ix. cap. xxi. Anguillæ, inquit, octonis uiuunt annis, durant & sine aqua senis diebus, aquilone spirante, austro paucioribus. At hyemem eędem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida, adeoq; circa uergilias maxime capiũtur, pascuntur noctibus. Exanimes piscium solæ non fluitant. Anguilla. B

DE MVLLO.

Mullum uocamus ein Barme, de quo pisce Plin. ita scribit lib. ix. cap. 17. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima & copia Mullis, sicut magnitudo modica, binasq; libras ponderis raro exuperant, nec in uiuarijs piscinis crescunt. Septentrionalis tantum hos, & proxima occidentis parte gignit Oceanus. Cętera eorum genera plura. Nam & alga uescuntur & ostreis & limo, & aliorum piscium carne. Barba gemina insigniuntur inferiori labro. &c. Quæ descriptio, an non nostris piscibus, quos Barmen uocamus quadret, nemo non intelliget. Porro quem latini uocant Mullum, græci τρίγλαν appellant, Ausonius uocat Barbum. Germani ein Barb. Mullus. Barbus.

DE CANCRIS.

Pisces, quos hodie uocamus Cancrones, Cancri ueri sunt, si Plinij in libro nono, cap. 21. descriptionem spectabimus. Et sunt, qui Cancros, quibus nos utimur, Camuros appellent, quod genus esse Cancrorum Athenęus libro sexto dipnosophistarum scribit. Porro de uarijs nihil reperio apud scriptores. Est uox a germanico sermone sumpta. nam germani dicunt, ein Vor. Tum Fundulus dictus uidetur, quod in fundo aquæ natet. Rubiculi a rubicundis oculis nomen acceperunt. Hæc uocabula noua sunt, nouorum & Germanorum Piscium. Perca plane semigermanum est uocabulum, ein Persc. Nec mirũ, uocabula tam barbara irrepsisse in linguam latinam, quando uocabula alia dari nequeant: quod aut Cancrones. Camuri. Fundulus. Rubiculus. Perca.

plærīq; pisces ueteribus ignoti fuerint, aut quod nos ueterum uocabula, quod plane credo, fugiunt.

DE LVCIO.

De Lucio quoq; non ita multū in authoribus reperitur. At dum piscem uentoduratum dicimus, est periphrasis, qua quemlibet piscem uento duratum, designare possumus, ut est stockfisch, schollen. Carpo quoq; semigermanum est, nec de pisce hoc aliquid literis est proditum. Hæc uocabula Piscium propterea excussi, ut iuuentus uideret, quam in Piscibus exprimendis, & ieiuni & inopes simus: sed ut iuuentuti faciamus gratū, aliquot uersus ex Mosella Ausonij adscribemus, quibus aliquot piscium genera, bellissime describuntur.

Piscis uento duratus.

Squamigeri gregis ede choros, liquidoq; sub alueo
Differe cæruleos fluitanteis amne cateruas.
Squameus herbosas Capito inter lucet harenas,
Viscera præ teneris fartim congestus aristis,
Nec duraturus post bina trigoria mensis,
Purpureisq; Salar, stellatus tergora guttis,
Et nullo spinæ nociturus acumine Redo,
Effugiensq; oculos celeri leuis umbra natatu.
Tuq; per obliqui fauces uexate Saraui,
Qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,
Cum defluxisti famæ maioris in amnem
Liberior, laxos exerces Barba natatus,
Tu melior peiore æuo, tibi contigit omni
Spirantum ex numero non inlaudata senectus.
Nec te puniceo rutilantem uiscere Salmo
Transierim, late cuius uaga uerbera caudæ
Gurgite de medio summas referuntur in undas,
Occultus placido cum proditur æquore pulsus;
Tu loricato squamosus pectore, frontem
Lubricus, & dubiæ facturus fercula cœnæ,
Tempora longarum fers incorrupte morarum,
Præsignis maculis capitis, cui prodiga nutat
Aluus, opimatoq; fluens abdomine uenter.
Quæq; per Illyricum per stagna binominis Istri
Spumarum indicijs caperis Mustella natantum,
In nostrum subuecta fretum, ne lata Mosellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
Quis te naturæ pinxit color? atra superne
Puncta notant tergum, qua luthea circuit iris,
Lubrica cæruleus perducit tergora fucus,
Corporis ad medium fartim pinguescis, at illinc
Vsq; sub extremam squallet cutis arida caudam.

A

Nec te delitias mensarum Perca silebo
Amnigenos inter pisces, dignande marinis
Solus puniceis facilis contendere Mullis.
Namq; & gustus iners, solidoq; in corpore partes,
Segmentis cöeunt, sed dissociantur aristis.
Hic etiam latior risus prenomine cultor
Stagnorum querulis uis infestissima ramis
Lucius obscuras ulua, cœnoq; lacunas
Obsidet: hic nullos mensarum lectus ad usus,
Feruet humosis olido nidore popinis.
Quis non & uirides uolgi solatia Tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis,
Stridentesq; focis obsonia plebis Alausas?
Teq; inter species geminas, neutrumq;, & utrumq;
Qui nec dum Salmo, nec iam Salar, ambiguusq;
Amborum medio Sario intercepto sub æuo.
Tu quoq; flumineas inter memorande cohortes
Gobio, non maior geminis sine pollice palmis,
Præpinguis, teres, ouipera congestior aluo,
Propexiq; iubas imitatus Gobio Barbi.

PASTINACA Germanici maris piscis. — Roch.

SEPIA Piscis cuius ossibus hodie utuntur aurifabri & argentarij, ad aurum subinde fundendum. Meminit eius sepissime Celsus. — Os Sepiæ.

CASTOR, uel Fiber, amphibion animal: cuius testiculos in Officinis uocant, Castorium. — Biber geyl.

B

Silurum sunt qui pro Sturione interpretentur. Verum id non ita habere, contra affirmat Vergilius. — Sturio.

Mustela, Ranæ, Feles, notæ.

Cerrus, uel σμαρίσ quid sit, ignoro.

Menas an probe interpretatus sit Theodorus Gaza pro Aleculis; uide Vergilij commentarium super hunc locum. — Aleculæ.

GARVM omne quod ex Piscibus, carnibusq; maceratis liquamen est. Salmora.

Cimices qui in cubilibus enascuntur, notiores quam commodiores. — κόρεισ

Millepede, Multipede, Centipede, κουβαρίδεσ, nullibi non in humidis & aquosis nascentes. Græci a liuido colore. etiam ὄνουσ. i. asinos uocauerunt: quod nomen Germanis hodie mansit. Nam & illi teutonice sic uocāt, Esel. — Wentelen.

σίλφη ἐν τοῖσ ἀρτοκοποιοῖς, Blacte pistrinariæ, que in pistrinis inueniuntur. — Heymmuch.

PVLMONES Marinos nouerunt qui ad mare habitant, & uident mirabilia eius in profundo.

Suillus & agnitus pulmo, noti.

Pulmo Vulpis. Vsus eius ad Loh: quod ab eo sic inscribitur. Loh de pulmone uulpis.

C Asininum IECVR, Genitale Cerui, Vngula asini, lichenes equorum, Vngulæ caprarum, Iecur caprinum, apri, canis rabiosi, ueteres Soleę ueteramentariorum, nota omnia.

Iecur Mergi, Gallinæ, Gallinacei, Oua, Cicadę, Locustæ, nota.

OSSIFRACVS septimum Aquilæ genus.

Galerita, A. Gelij Cassita.

HYRVNDO, nuncia uera Veris, malegrata auicula, ut est in prouerbio.

Rasura Eboris. Eboris scabiem Officinæ uocant, Eboris ramenta, uel rasuram.

ἀστράγαλος, Talus suillus.

ἐλάφου κέρας CORNV Cerui. Rasura eius in usu habetur.

κάμπαι Erucæ quæ in oleribus gignuntur, notæ.

CANTHARIDES ad ciendas uesicas in Officinis seruant, notæ.

Buprestis, Cantharidum generis.

SALAMANDRA, Lacertæ genus iners, uarium, quod frustra creditum est ignibus non uri. Italiæ nota.

ἀράχνη Araneus multorum generum. De quo uide Barbari Cor.

Heydechß. LACERTA ubiq; nascens, & notissimus uermis.

σήψ Seps, Lacertæ genus, sed uenenosum, ut placet Nicandro.

σκίγκος SCINCVS. male ab Officinis Stincus. Vocatur & terrestris Crocodryllus. Ostenduntur in officinis parui pisciculi ex Nilo flumine.

D Terreni VERMES, Intestina Terræ, Lumbrici, noti.

μυογαλῆ MVS araneus, muris magnitudine animal, & mustelina specie. In Italia uenenatus eorum ictus.

Mures qui in domibus oberrant, noti. Plura eorum genera, Alpini, Pontici, Glyres: & in his generibus diuerso colore & forma.

Lac notum.

Lac Schistum, uel Scissile, concreta eius pars, & casealis.

De CASEIS, & eorum generibus, uide Barb. Cor.

ἱππάκη HIPPACE caseus equinus, alimentum rusticorum.

βούτυρον e pinguissimo lacte fit: uel spuma lactis concretior. A boue sic nominatum, quia e bubulo lacte potissimum fit.

Succidæ LANAE, lana impura, sordida, nondum elota, uel purgata.

COAGVLVM leporis, notum.

Adipis genera fere omnia in Officinis habentur. Medullæ quoq; & quędam fellis genera.

TRITICVM uulgo Frumentum. De quo uide doctissimam Annotationem Hermol. lib. Corollariorum.

HORDEVM, alias Lutum Vulcani.

Zythum, Courmi, genera Ceruisiæ.

Zea priuatim a latinis semen est: & est genus frumenti quod uulgo Speltam dicimus.

κρίμνον Gryeß CRIMNVM crassior est Zea, triticeaq; farina, ex qua pultem fa-

ciunt: fortaſſe latine Cremor.

A

OLYRA uulgo & Italice Secale, frumenti genus, ſed minus nutriens quam Zea. Latine hodie Siligo, Quamquam refragetur Columella. De quo uide Vergilij commentarium.

ἀθήρα

ATHERA ex Zea tenuiſſime molita, ſorbitio, quaſi liquida pulticula, infantibus conueniens.

TRACVM frugem non noui. Neq; βρῶμον quoq; geniculatum. Alioqui inter Vicia ſegetis ad inſtar Auenæ naſci dicitur, dependentibus locuſtis. ut innuit Dioſcor. uel lolijs, ut Plinius deſcribit.

Reyß.
Rizum.

ORYZA frugum generis, Hordeum Galaticum, uulgo Rizum, parati & quotidiani in ſanitate uſus.

χόνδρος

HALICA fit ex Zea: quam Dicoccum uocamus. Alias Far.

κέγχρος

MILIVM notum.

ἔλυμος

Panicum, Milio ſimile.

SESAMVM peregrinum hodie & incelebre.

De LOLIO uide infra Hieronymi Tragi Annotationē priuatam.

Krafftmel.

AMYLVM ex eo appellatum eſt, quod ſine mola fiat. Ab officinis Amydum. Notum.

Fœnogræcum notum.

ἐρέβινθος

LINVM, cuius & oleum & ſemen Officinis eſt in uſu.

CICER, Germanice Zyſererbſen.

B

FABA nota.

Faba Aegyptia, peregrina: radix tamen quibuſdam in Officinis in caſeolas ſecta habetur.

LENS, alias Lenticula, nota.

φασίολος

PHASELVS, Germanice, Pheſeln.

ERVVM an ſit Vicia, certo non habeo quod dicam, & cum de hac re quęſtionem mihi mouiſset Io. Sinapius, amicus noſter, & ipſe quoq; rei Medicæ apprime peritus, mutum me reperit. Quod ideo ſcribimus, ut & alijs prębeamus anſam diſquirendi. Alioqui Mauri interpretantur pro ſuo Almelic. Et Commentarius noſter, quem ex Fettichio Medico habuimus, Bononiæ Mocka dici interpretabatur. Galenus etiam Aphacen pro Vicia interpretatur.

Feygbonen.

LVPINI in Officinis ſeruantur: quibuſdam in locis Germaniæ ſati crebro, quibuſdam infeliciter proueniunt.

RAPVM notum uulgo, γογγύλα græce.

Rapa ſylueſtria, quę longiora, caule breui, & Rhaphani figuram imitantia, ſemine intus candido, duplo maioris quam Papaueris.

Buniada ignorant Officinæ, inquit Barbarus, & ſylueſtris Rapi ſemine eius uice utuntur, quamq; facile cognoſci poterat. Eſt enim ſylueſtri Rapo ſemen & nigrius & maius quam Buniadis.

Rettich.

RHAPHANVM Celſus uocat Radiculam, & alij quoq; Radicem, Habetur multorum generum, quemadmodum & Rapa; & iuxta

C coeli & regionis influentiam, figurã longitudinis & rotunditatis mutat.

Sed syluestris Rhaphanus meo iudicio est, quo Officinæ utuntur. Germanice, Meerrettich.

Megelwurtz. Saurampffer. Rumex prorsus multorum generum est. Primũ Oxylapathon, id est, acutum Lapathium uocant Officinæ. Secundũ hortense. Tertium agreste, & rotundum Lapathium. Quartũ, quod Dioscor. Oxalidã, & Officinę Acetosam uocant. Vulgo herba Brusta. Est & Hippolapathon Rumex qui nascitur in aquosis. Vide de hoc Herbarium.

LAMPSANA Brassicæ generis. Alias Napium. Pedali altitudine, foliorum trium, quę ei hirsuta sunt.

De Bunio Napi genere, incertus sum, ideo nihil pronuncio.

BLITVM, uel Blitus, ignauum & notum olus.

Bappellen. MALVA multi generis nota.

Scheisszmilt. ATRIPLEX, olus aureum, duplici differentia habetur, Agreste, & Hortense satiuum.

Quæ uulgo SPINACHIA hodie, Atriplex Hispaniensis dicta est quondã: eo quod ab Hispania primũ allata ad alias exteras nationes.

BRASSICAE tria genera habentur. Primum, caulis uulgatus, domesticus. Secundum ignotum. Tertium marinum: quod esse Soldomellam, in Soldomellæ descriptione monstrabimus infra.

D BETA, τεῦτλον.

Bürgel. ἀνδράχνη, id est, comestibilis illa Portulaca, nota est. Syluestrem non uidi.

ASPARAGI in agro Moguntino crebriores proueniunt, ubi etiam edendo sunt, & in delitijs habentur.

ἀρνόγλωσσον, id est, Plantago, per omnes suas differentias nemini non cognitissimum.

Canella. SIVM, sub nomine Laueris Officinis est in usu. Alias herba Canella, in acetarijs aquis potissime nascens.

Fischmüntz. Sisymbriũ, Mentha aquatica ab Officinis, uel Balsamita: sic dicta, q̊d facillime in Mentham degenerat culta.

Sisymbrium alterum non uideo quid tamen aliud possit esse, quam Senetion, uel Nasturtium aquaticum: consentientibus etiam Commentarijs aliquot, quos habuimus: quamq̃ alibi etiam describat hanc Dioscor.

Cretamus. Fenickmarin. CRITHMVM, Crithmon, uel Batis, id est quod Officinę omnes Cretamum uocant. Est autem Cretamus Feniculum marinum.

Hanen füß. CORONOPVS, Pes Coruinus, uel Cornicis: descripta est anobis in primo Tomo Herbarij, sub hoc nomine.

σόγχος Cicerbita, seu Sonchus, aliq Cichoriũ uocant, Rostrũ est porcinũ, q̊d hodie sic uocant in Officinis. Vide de hoc infra Ãnotationẽ Leoniceni.

σέρις Intybus, uel Intybum: nam utrunq̃ apud Pliniũ & scriptores legitur. Longa est controuersia de Intybis: sed breuiter sic docti. Intybum agreste est Cichorium, uel Cicorea, ut uocant Officinæ, eaq̃ satiua. Rursum satiua duplex. Latifolium, Lactucę simile: quod Endiuiam uocamus. Alterũ

Endiuia.

folio angustiori, subamarum: quod tamen quo nomine baptisare rite debeam, non habeo. Addit Commentariolus noster, quem habemus. Notandum, cum Celsus de Intybo loquitur, de domestica intelligi debet. Quãdo uero de Ambubeia, Cicorea ęstimari debet. Plura de hoc infra.

Condrilla & scribitur & fertur folio similis esse Intybis & Cichorij: sed nemo mihi demonstrare ualuit. Meminit huius infra Hier. medicus. *κονδρίλλα* *κολόκυνθα*

CVCVRBITA. Hoc opus, hic labor est. Et uehementer hic errantur, nedum in nominibus, uerumetiam in re. Erroris caussa: quia res non uidimus. Commentarius noster Bononien. sic distinguit. Cucurbita uulgo Succa est Italice, & notissima: Cucumis Italiæ tantũmodo notus, Germanię nequaquam. Melones sunt quę uocantur Stapones, & Melopepones in figura & quantitate. Cum enim rotundę figuræ sint, & mali effigiem referunt, Melopepones: cum autem magnitudine in longitudinem processerunt, Pepones uocantur. Totum hoc genus a Medicis Melones appellantur. De Citrino Cucumere, quem alij Citriolum, alij Citrullum, uulgo Citrion, quo in acetarijs & Monestris utuntur, non fit mentio apud Dioscor. Vide Barbari Corollarium super hoc loco. *Succa. Cucumis. Melones. Stapones. Melopepones. Pepones.*

LACTVCA est duplex, domestica, & satiua. nota. Quamquam & illa multorum generum, atq; aliter in Italijs, aliter in frigidiori solo prouenit. Syluestris (ut inquit Dioscor.) satiuæ similis est, sed longior caulis, & candidiora folia, quibus succus inest: ex quibus diuino, illud fortasse esse quod Scariolam, uel Taraxacon uocamus. *θρίδαξ* *Lattich.*

B

LEPIDION, uel Bisacutum, ignoratur nostra ætate, nec Commentarij aliquid certum indicant. *γιγγίδιον*

SCANDIX, uel Scanaria herba. Hæc inquit Vergilius, hodie ab herbarijs ignoratur: & quam illi modo Scandicem appellant, latiore, & quasi Betæ folio est. Antiquitas autem, ut in re nota fit, nullas eius certas notas tradiderunt. Verumtamen ut ex multis conijcere licet, tenui & capillato folio est. Plinius lib. 21. cap. 15. inter sponte nascentes numerauit: coniunxit illi, ut uerisimile est, congeneres plures alias, quæ omnes tenui folio, & capillaceo sunt: præsertimq; Caucalim, & Tragopogona: quæ a capillamentis, quę pro folijs habet, Coma dicta est a Gręcis. Ob quam causam non ab re penitus fuerit, similem in foliorũ figura illis credere. *σκάνδιξ* *Coma.*

CAVCALIS, non est Coronopus, ut quidam falso existimant, sed Dauci generis, eiusq; figuram, incisionem foliorum, umbellam adeo referens, ut a quibusdam Daucus credatur. *καυκαλίσ*

ERVCA ideo dicta est ἴυζωμος græce, quoniam commendet iura. Additur Lactucæ in acetarijs, & altera ab altera contemperatur. *ἴυζωμος*

OCIMVM Officinæ pro Basilicone interpretantur. *ὤκιμον*

OROBANCHE. Ex maleficio, ut inquit Vergilius, nomen illi fecit antiquitas. Et quoniam fruges, legumina, Eruumq; pręsertim circum ligando se necet, Eruiãgina dicta est: id enim Orobãche gręcis significat. *ὀροβάγχη* *Eruiangina.*

Barbula hirci, breui caule, folijs Croci, radice longa, dulci, supina, ma *τραγοπώγονον*

C gno super caulē calyce, e cuius summo semen nigrum dependet. Italice, Barba de predt.

ὀρνιθόγαλον — ORNITHOGALVM. Ferunt nihil uilius, nec frequentius habere agros, sed ego plane non uidi, quod equidem meminerim.

TVBERA rotundæ radices sunt, sine caule, sine folijs flauescentes: quę Vere fodiuntur, & cocta eduntur. Zunesta tarensola Italice.

σμίλαξ — Smilax Phasioli genus, scdm̄ Barbarū, reclamante tamē M. Vergilio.

MEDICA alia est a malis Cedromelis, quę pauloante libro primo egimus, herba, non fructus. Quidam iactant in Italia satam se uidisse, specie qua hic eam describit Dioscor. Mihi coruo rarior est albo.

SINAPI ubiq; cibis admiscet̄, gratissimo obsoniorū condimento.

κάρδαμον — Nasturtium Lactucæ temperamentum in acctarijs & obsonijs.

θλάσπι — THLASPI. De ea infra consule Commentarios Mainardi. Neq; enim hodie agnoscitur.

De Drabi prorsus nihil habeo, aut quod dicam, aut quod diuinem.

ἐρύσιμον — Irionem interpretatus est Ruellius Erysimon. An inter fruges censeri debeat, uel inter olera potius, consule Commentarium Vergilij. Erucu-lam nobilem intrrpretari audio, & admodum procliuem esse Bononiæ circa muros in loco qui dicitur, El marca. Ipse non uidi.

Piper, Gingiber, nota aromata.

Persicaria maculata. — Hydropiper in ripis ꝓuenit, sapore admodū acri, similis herbæ quam Officinæ Persicariam maculatam uocant: tametsi illa sine macula est.

πταρμική — Ptarmica, Sternutatoria.

στρούθιον — STRVTHIVM herba qua purgandis lanis utuntur, qui eas e-

D luunt. Saponariam quidam interpretantur. Alij id quod Mauri & Officinæ Condisi appellant.

κυκλάμινος — Barcharmarien. — CYCLAMEN, alias Tuber terræ, uel terræ Vmbilicus. Item Panis porcorum, & Panis terræ, a Mauris Barcharmarien, & officinis Arthanita uocatur: uulgo Pan porcin. Vide Vergilij commentarium.

Cyclaminus altera, quæ Capriolorum modo uicinis arboribus se applicat, flore candido, acinis Hederæ mollibus.

δρακόντιον — Dracunculus duplex habet̄, Maior & Minor. Maior Serpentaria, seu Colubrina in Officinis: Minor, Serpentaria minor, ꝑ uias & sæpes repēs.

Winterblům. Aron. — ARON species, Draconti, uulgo Aron, uel Barba Aaron.

Arisarū congener esse scribitur Aro & Dracontio, sed mihi ignota.

ἀσφόδελος — Asphodelus. Suspicor esse quam Auicenna & Officinæ omnes Affodillum nominant: de qua infra uide iudicium Hieronymi Tragi.

Bulbus Vomitorius, & Bulbus Cibarius, Ceparum genera.

σκίλλα — SCILLA in Officinis suspensa, sub Squillæ nomine ostenditur, cepa ingens: Alias Cepa muris.

Pancration. Eandem, inquit Vergilius, non similem Scillæ Pancration, hac nostra ætate Herbarij ostendunt, confunduntq; simul, alioqui diuersa genera: tanta natalium similitudo & mixtura est, Nos utranq; si-

mul uisam, pterq; colore, & id qdē nō satis, diuersā secernere nequimus. A

CAPPARIS fructus in Officinis seruatur ad nocturna obsonia. *Capres.*

LEPIDION. Vergilius. Herbarij modo hanc non Lepidion, sed Rhaphanum appellant, in Pannonia frequentem, ubi ferunt eam non aliter quam radices Stobæ. Commentarium habemus in quo scriptum inuenimus. Lepidium aliquibus Rhaphanus minor, uulgo in Germania Meerrettich. Sed hæc quomodo cum syluestri Rhaphano conueniant, non uideo, quem supra interpretati sumus, Meerrettich: quæ descriptio magis quadrat rei, quam præsens Lepidio.

Meerrettich. Confer hæc cum capite superiori de Rhaphanis.

RANVNCVLVS aliquibus Apium Risus, alijs uero Coruinus pes. Vide infra Annotationem Comitis de Aquila de hoc.

σατράχιον Apiū risus.

Fremium non noui.

ἀνεμώνη

Argemone, uel Agrimonia. Vide infra Collinutiū, & Leonicenum.

ἀργεμώνη Odermenge.

Anagallis, Morsus gallinæ Officinarum.

Hederæ multiplices sunt, sed cognitæ.

CHELIDONIA duplex, maior & minor. Maior uulgata Chelidonia: Minor, Testiculis sacerdotis.

χελιδόνιον Schölwurtz. Pfaffen hödlin.

Auricula MVRIS, quamquam duorum fere generum describitur a Dioscor. tamē unū cognitū Herbarijs uulgo, quod in usu est Officinis.

Isatis satiua. De hac uide infra Leonicenū. Quidā congenerē faciunt herbę Lunarię, de q̄ paulo ante. Alij q̄d sit Nil, uel Maurorum Nilecha. B

TELEPHIVM a quibusdam Sedum uocatur agreste. Opinor esse quam Officinæ Crassulam maiorem uocant. Italice, Frangrossa.

Crassula maior.

¶ EX Tertio Dioscoridis LIB.

AGARICVS quid re uera sit, uide infra in Annotationibus, Similiter & de Rhapontico, & Rhabarbaro, apud Leonicenum Collinutium Mainardum, & Fuchsium.

Rha ponticū. Rha barbarū.

GENTIANA etiam in sylua Hercynia copiosa habetur, maxime montanis: & hodie ab agyrtis circumfertur, ad mulomedicinam.

Entzian.

ARISTOLOCHIA utraq; nota.

Holwurtz.

γλυκύῤῥιζα, Radix dulcis. Tabernæ aromotariæ uocant Liquiritiam.

Centauriū, & ipsum quoq; duplex. Maius, & Minus. Minus notum, q̄d Febrifugā uocant. De maiore uide infra Hieronymi Tragi Anno.

Tausentgulden kraut. Febrifuga.

Chameleo albus, uulgo herba Carlina. de qua infra in Anotationib.

χαμαιλέων

Crocodilion, Spinarum generis, ignotum mihi.

LABRVM Veneris, Virga Pastoris maior, uel Carduus fullonū.

Karten dystel.

Spina alba, Arabum Bedeguar, uel herba de Casa.

Bedeguar.

Spina Arabica, albæ spinæ similis est, ut inquit Dioscor.

SCOLYMOS, Carduorum generis.

De Poterio nihil certum lego.

Acanthion Albę spinę simile, folijs aculeatis per extremitates, & lanugīe araneosa obductis: q̄ collecta, & in unū aceruata, bōbicis effigiē pbēt.

Acantha in Veteri cōmentariolo, p Branca interpretatā inuenimus.

C Spina ſylueſtris Carduo ſimilis, aculeata, breuior quam quę in hortis, ſatiſcꝫ prouenit.

ANONIS ſpinoſa, poſt Ver: folio Rutæ aculeata, ramis ut tribulus. Naſcitur ſolo culto, pręcipuecꝫ in ſegetibus, aratro inimica, uiuaxcꝫ unice. Hanc uidi quidem, & paſſim obuiam eſt, ſed germanico nomine deſignare non ualeo.

λευκάκανθα — Spina alba, alia a ſuperiore Alba ſpina.

τραγάκανθα — Tragacantha in Creta tantum, & Achaia naſci traditur, etiam Spinarum generis. Eſt etiamnum Tragacantha lachryma, quę uulnerata radice manans concreuit: & habet̃ hodie in Officiuis ſub nomine, Dragãti. *Dragantum.*

ἠρύγγιον — ERYNGION uulgo Rynſe/uel Centumcapita, ut interpretatur Barbarus. Quamquam ſint duo eius genera.

ALOE ex Officinis nota.

Wermůt. — ABSINTHIVM uulgare, notum.

Abſinthium marinum, Camphorata.

Stabwurtz. Iſop. Doſt. Poley.

Abrotanum	Hyſſopus	Omnes notæ herbæ.
Origani genera	Pulegium	

Diptam. — De DICTAMO uide infra in Annotationibus. Nam quæ in Officinis oſtenditur radix alba, potius Pſeudodictamus eſt.

Krauſer balſam. — SALVIA, nota.

ἡδύοσμος *Wilder balſam.* — MINTHA quoniam odore ſuo ſuauiſſimo mentem excitat. Vulgo Balſamita.

Eius ſpecies ſunt Menthaſtrum, hirſutiore folio, & prorſus maiore, D grauiore odore, in hortenſi & ruſtica re cunctis notiſſima.

Niepff g. Katzenkraut. — Calamintha trium generum, ut inquit Dioſcor. ex quibus tertium ſolum Officinæ Nepetam, Calamentum, uel herbam Cattæ uocant.

THYMVS ab omnibus cognoſcitur, ſurculoſus frutex, exilibus folijs, & anguſtis circundatus, capitulis in cacumine flore purpureo, refertis, tempore quo floret.

Alias Cunila — SATVREIA, Tymbra, in hortorum delitijs ſeritur, Tymo ſimilis, minor tamen & tenerior.

Quendel — SERPILLVM utruncꝫ, domeſticum, & ſylueſtre notum.

Maioron. — SAMSVCHVS. i. Maiorona nota.

μελίλωτος — Sertula Campana: ſed non ea quam Officinæ uocant Melilotum.

MARVM ignotum, & Aegyptia potius herba.

OCIMASTRVM, Ocimo ſimilis, odora, ſed hirſutior.

σακχάρις *Caryophylli.* — BACCHAR. Non deſunt, inquit Vergilius, qui genus eſſe floris exiſtimarent, quem modo Caryophyllon uocant, ſed ſylueſtris. Nunc altiles ij ſpectantur, ab odore ita cognominati: tanta uarietate, amplitudine, pulchritudine, ut Roſæ pares, non inferiores ſpectari poſſent.

RVTA nota.

MOLY, hodie ſylueſtris Ruta, ut inquit Vergilius.

Panacis tantũ gummi, & ſuccus ſeruatur in Officinis. Cętera ignota.

LIGVSTICVM, Officinæ uocant Leuisticum. Leibstöckel

PASTINACA, nota. Pastenep

Seseli, Latum Ciminum: pro quo Officinæ Silermontanũ ostendunt. Silermontanum.

Seseli æthiopica, dignitas secunda. Hoc nigrius est, & nascitur hodie quoque apud nos, sed frustra, Medicis, Officinisque incognitum.

Pariter Peloponnense, & Creticum Seseli.

SISON, De hoc nihil usquam apud quenquam scriptorem certum extat: propter importunam quandam & imperfectam historiam.

ANISVM, Apio simile est semen, magnum, feruens, oblongum. Enyß

CAROS, hoc est, ut inquit Barbarus, quod Plinius Carium, uel Careum appellat. Athenæus Pastinacam maiorem esse putat, multo præstantiorem sapore, quam Pastinacam uulgarem. Pastinaca. maior.

ANETHVM Culinis notum. Dyllen.

CIMINVM, identidem. Kymich.

AMMI, Cumino simillimum, tantum candidius, & exilius. Officinæ Ameos uocant. Ameos.

CORION Officinæ Coriandrum, uulgaris est noticiæ. Coriander.

Hieracia maior, Lactuca rotundior & breuis: dicta ex eo, quod accipitres scalpendo eã, & oculis succo tinctis, obscuritatẽ cũ sensere discutiunt. Lactuca rotunda.

Hieracia parua, seu minor, autore Pandectario, Rostrum porcinum, siue ut aliis placet, Dens Leonis. Secus alii, quorum opiniones uide infra in Annotationibus. Rostrum porcinum.

B

APIVM multorum generum habetur, Domesticum, Palustre, Rusticum, Saxatile, & id genus alia. Nam & Ligusticum, & Cherephyllon inter Apia annumerant. de quibus infra in Annot. De omnibus autem iis Commentarius Bononien. Doctoris Theobaldi Fettichii sic fere habet. Apium domesticum, apud aliquos herba Petroselinum. σέλινον

Apium palustre, uel Aquaticum, forte id, quod ubique pro Apio domestico Officinæ ostendunt.

Apium Saxatile, Petroselinum in saxis proueniens.

Holusatrum, grande Apium, ab Officinis Petroselinum Macedonicum. Secus alii: de quibus infra.

Smyrnion eiusdem generis cum Holusatro.

FENICVLVM, Marathrum, nota.

DAVCVS, gallica Pastinaca. de quo Barbari uide Corollarium. Celebratur in Officinis Dauci semen.

DELPHINIVM. de quo sic Vergilius. Quam nostra ætas Senam Officinis omnibus, & uulgo notam uocat, antiquitas, ut opinati aliqui sunt, Delphinion appellauit. Consule eius Annot. super hoc caput. Δελφίνιον Sena.

πύρεθρον, uel herba Saliuaris, passim ex Officinis notissimum. Bertram.

Rosmarinus, uel λιβανῶτις, herba coronaria, & nemini non cognita.

Sphondilium ferulam differentem non nisi foliis a Panace, frequens, ut inquit Barbarus, gignunt palustres agri Patauini.

C νάρθηξ, id est, Ferula, calidis nascitur locis, atque trans maria, similitudine referẽs Feniculũ: e cuius caule stillat quod hodie in officinis Segapenũ uocatur. Segapenum.

PEVCEVDANVM, seu Peu cedanus nomen a Pinu inuenit. Officinæ tale fere exhibent quale hic Dioscor. describit, tantum radice non succosa, nec graui odore, sed iucundo: uocantque Feniculũ Porcinũ. Feniculum porcinum.

GITH, siue Melanthon, ipsa est Nigella, Maio & Iunio mensibus in pratis, sepibus, limitibusque omnibus nascens, nihilque eo frutice uilius, simul & frequentius. Vocatur etiam alio nomine Torminella. Ratten. Nigella. Torminella.

De Laserpitio, & Maoudari optima atque doctissima quæque Barbarus atque Vergilius: & inibi de Lasere, Opo cyrenaico plura. Quamquam & Medici, & Officinæ modo etiam re & uoce pro Asa fœtida utantur, quę prauissimi odoris est, atque tantum differt a Laserpitio, quantũ a melle fel. Asa fœtida.

SAGAPENIVM ferulaceę herbę succus est, quę in Media nascitur: ab Officinis Serapinum. σαγάπηνον Serapinum.

EVPHORBIVM, gummi ex Euforbia Libyca arbore, quę Ferulæ speciẽ habet, ex Officinis notũ. nam in usu Medicis hodie existit.

Galbanum quoque, & Ammoniacum, & Sarcocollam ex Officinis pete. Nec enim difficulter exhibent quidam, quibus bene uolunt.

Glaucium & a Mauris, & ab Officinis Memitha: & in instructioribus Officinis seruatur. γλαύκιον Memitha.

Glutinum græce κόλλα, notum. Pręstantissimum quod fit ex auribus taurorũ, & genitalibus: sed adulteratur nihil æque. Vide Barbari Corollariũ. Lym.

Gluten Piscium, græce ἰχθυόκολλα. Piscis cui glutinosum est corium: idemque nomen Glutino eius: quod alij ex corio, aliqui ex uentre putant fieri. Vsus eius ad congelanda fercula quę Galatina uocant. Hausenblosẽ

VISCVM Officinæ uocant, Viscum quercinum. Mystel.

D Aparine, Rubea minor, Italice, Grapella.

ALYSSON differt a Rubea folijs tantum, ramisque minoribus. Ita dictum, quod rabiem canum defendat. ἄλυσσον

Asclepiadem herbam quidam Commentarij, quos habemus, pro terrestri Hedera interpretantur. ἀσκληπιάς Gundelreb.

ATRACTYLIS, spina de genere Carthami: fertur esse admodum uulgaris, sed mihi incognita & inuisa, quod equidem meminerim. Vergilius pluribus depingit.

Polycnemon Cunilę bubulę similis appingitur, folijs Origani, caule Pulegij, geniculis multis intercępta, sine umbella.

Clinopodion, Serpillo simile, etiamsi non serpat, aut eadem, aut propinqua illi esse uidetur.

Leontopedalion, uel Leontopodion, neque ex Commentarijs, neque ex doctorum hominum interpretatione ualui conijcere quę nam esset.

Teucrion, uel Teucris, ignota.

Chamedryos ab officinis, uel Calamandrina. χαμαίδρυς Leucas, incerta.

LYCHNIS noctu lucere creditur, & ut nomen ex re illi factum in

dicat, ignis fulgore quodã uidentiũ oculos in se conuertere: non aliter quàm felium oculi flammarũ modo in tenebris lucent, & putres in humidis caudices eodẽ tempore ignium speciem quandã uidentib. afferunt. Nasciturq; in locis humentibus, foliorum uiolæ albæ. Plura non lego. A

Lychnis syluestris, Pes accipitris, uel Hieracopodion: quamquam accipitrinus Pes apud nostrum uulgus est quæ Corneola quoque dicitur, folio Salicis fere pusillo, flore subluteo, cum siliquis Ciceri similibus, & cum his semen inficere capillos dicunt, colore rubeo. Qualis autẽ sit Pes Milui, dicta Columellæ inter herbas, ipse non explicauit.

BALLOTE, Marrubium nigrum, Officinæ, Prassium fœtidum.

Melissophyllon suspicor esse nostram Melissam.

μελισσόφυλλον

Andorn.

Prassium, Marrubium, idem: nam utrumq; nomen Officinis in usu.

Stachys Marrubio similis, ut inquit Dioscor. Hermolao uisa Romæ, ubi, inquit, & Nauiculam, & alij Coronatam herbam uocant.

PHYLLIS, uel Phyllitis, secundũ omnem descriptionẽ Dioscor. oportet esse quam Officinæ Scolopendriã, uel linguã Ceruinã uocant.

φυλλίτις

Hirtzung

Phalangium flos lilio rubro similis.

TRIFOLIVM aut acutum, aut odoratũ. Sunt enim multa eius genera. De quibus uide Vergilij & Barbari commentarios.

τρίφυλλον

Klee.

Polion montanum ex Officinis notum. nam crebro illis est in usu.

SCORDIVM uerum hodie ignoratur. De quo uide infra annotationem Mainardi. Quidam uocant palustrem Trixaginem.

BECHION, & ipsa Tussilago. Commentarij quidam interpretantur pro Vngula caballina: quod mihi tamen non probatur. Nisi alia sit Vngula, quam quę mihi hactenus est comperta.

Vngula Caballina.

Roßhůb.

B

ARTEMISIA nota est. Et est duorum generum.

Ambrosia uagi nominis herba, & circa alias quoq; fluctuans, non facilis inuentu, alijs aliter eam ostendentibus, & cum Artemisia tamen miscentibus cunctis. Vergilio uidetur peregrina esse orbi nostro, & Cappadocię potius familiaris.

Botrys, & ipsa Ambrosiæ, uel Artemisiæ species.

βότρυς

γεράνιον, herba Gruina. Officinæ hodie Rostrum Ciconiæ, uel Acum muscatam uocant.

Storcken schnabel.

Graphalion quasi herba fullonia, siue tomenticia, latine Centunculus, uel Centuncularis, Italice Centnotge. Vulgaris herba est, inquit Vergilius, candicans semper, prę sertimq; in maturitate. Folia eius non adeo magna sunt. Flores minimi, & ipsi albescentes. Cum creuit, sternitur per terram. Nascitur pingui solo, præsertimq; in marginibus itinerum, in hortis, & inter uites. Nullius nostra ætate usus est, neq; quicq; in Herbarum censu uilius modo, & neglectius uiret: & cũ aruit, minus cognoscit.

γραφάλιον

Centunculus

TYPHA herba palustris, de qua sic Dioscor. Folium Cyperidi simile habet, caulem album, leuem, ęquabilem, florem in cacumine ambientem densum, qui in pappos soluitur: quod lanuginem quidam uocãt.

C κιρκαία olim nota, ut inquit Vergilius: nunc quod uiderim, aut audierim, nulla nisi in ueterum, Pliniȷq; commentariȷs audita.

οἰνάνθη Filipendula. OENANTE fortasse ea, aut illi similis quam Officinæ Filipendulam uocant.

CONYZA, Pulicaris, quia pulices necat.

Meyenblůmlin. Hemerocallis, Milium syluestre, fortasse flosculus, aut illi similis quem in priori Tomo pinximus.

Gel Violaten. LEVCOION, λευκόϊον græce, Maurorũ keiri, uel Viola matronalis.

Crateogonon fama tantum notum & fide ex Autoribus.

φύλλον, id est, Folium, incertæ historiæ.

SATYRIORVM quinq; genera pinximus & descripsimus in Priori Tomo, & nuper Sextum nobis exhibuit Io. Melbrey herbarius, simile prioribus, sed albis omnino flosculis.

De Horminio quid sit, uide infra Collinutiũ, & Nicolaũ Leonicenũ.

SECVRIDACA, uel ἡδύσαρον, similis Gith, & in segetibus nascitur, figura qua eam hic describit Dioscor.

ὄνοσμα ONOSMA ignoratur.

Sehblům. NYMPHAEA, Cacabus Veneris, uel Officinarum Nenufar.

ἀνδρόσακες Androsaces herba Syriaca, & nostro orbi incognita.

ἄσπληνον Scolopēdria. Hirtzzung. ASPLENVM, uulgus ubiq; Splenium: quod longitudine, latitudineq; sua fasciolæ, & ut sic loquamur, emplastelli formam habet. Hodie Scolopendriam, a Scolopendrarum similitudine & figura, quam habet, foliosum magis cespitem quam Plantam uocant Officinæ.

ἀνθυλλίς D ANTHYLLIS, Solastrum, Chamęmelo similis herba per omnia, ut inquit Vergilius, & in flore, & in colore.

Anthemis uerum Chamęmelum, uel Chamomilla, trium generum hodie cognitorum.

PARTHENIVM, uel Solis seculum, ut uocant Romani, quidam opinantur esse quam Matricariam uulgo uocamus. Aliȷ eam quæ Cotula fœtida dicitur: tam similis quoque Chamomillæ, ut uix dignoscatur, nisi per odorem.

βούφθαλμος Ochsenzung. BVPHTHALMVS. De hoc in Tomo priore sententiam nostram diximus. Hodie a quibusdam Cotula creditur. Ab aliȷs ea herba quę in Italia Bauzoar uocatur: quum hæc albos, illa lutheos flores habeat. Sic enim in Commentariȷs legimus.

Peonien blům. Künigs blům PEONIA, uel Casta herba, nota passim. De qua sic Vergilius. Vidimus nos, renascentemq; aliquot annis utramq; Peoniam obseruauimus: & ex his quas habebant ambæ præcipuas & certiores notas, folia scilicet, caules, folliculos, & in folliculis semina. Nihil scriptoris huius historiæ aptius respondere uisum est.

λιθόσπερμον Lithospermon, Lapidum semen, seu Milium solis. habet enim ceu miliȷ semen durissimum inter coliculum & folium.

PHALARIS herba sic explanatur a Vergilio. Ostenderunt no-

bis herbarij aliquando uno tantum culmo, & magis quam caule, aut calamo surgentem: ueriorem(que) Plinij, quam scriptoris huius historiam fecerunt qui thyrsum habere tenuẽ, longũ ceu calamũ eã ait. Erant & in ea quã uidimus folia alternis hinc & hinc p interualla toto caule disposita: & in sũmo ceruleus spicatus flos, sed raris in spica illa florib. In Comentario nostro Bononieñ. lego. Phalaris hodie uulgo Bononię, Pamizola. A

Rubea pculdubio nostra Rubia tinctorũ, & ea quæ serit̃ copiosa admodũ in agro Hagenõico, & q̃ in sepibus, umbrosis(que) locis ubi(que) nascit̃. ἐρυτρόδανον

Lonchitis forte Cannarum generis quæ in humentibus proueniunt.

ALTHAEA, id est, Hibiscum, de genere Maluarum. Ybisch.

ALCEA, uel herba Simeonis, ut uocant Officinæ. Sigmars wurtz.

ANAGYRIS. Hanc aliquando suspicati sumus esse herbam Gratiæ dei. nam & illa ingrato odore existit, cum plęris(que) alijs signis quæ habet: uerũ cũ frutex sit arboris instar Anagyris, parũ firma uidet̃ suspicio.

CEPAEA fertur Portulacæ similis, sed herbarijs hodie incognita.

Alisma in aliq̃t Comẽtarijs p Fistula pastoris interpretatũ repimus, in alijs pro aquatica, uel palustri Plantagine. Alterũ nobis magis pbat̃. ἄλισμα

Onobrychis incognita hodie.

Hypericũ apparet esse quã & Officinę Hypericõ, & Perforatã, uel herbã S. Ioannis appellãt. Quam(que) & q̃d sequitur Ascyrũ, uel ἀσκυροειδὲς propius nostrati accedere uidet̃. Est & q̃d Andresemõ uocat̃ Hypericũ, Hyperico simile, cauliculis maioribus, densioribus(que), ac magis rubentibus: quod in uinetis gignitur, & medio autũno effoditur. Hypericũ quod Cori uocatur, & Vergilius affirmat sibi exhibitũ ab Herbarijs, necdũ uidi. S. Johañs kraut. B Cori.

Chamępitys, græce χαμαιπίτυς, ab Officinis uocatur Camepiteos, sed alij aliã ostendũt: & quemadmodũ diuersarũ herbarũ hęc nomẽclatura est, ita diuersas quo(que) herbas p Chamepity exhibẽt herbarij. Sane quã Lucas aucuparius uobis uidendã pbuit, ualde diligẽs & rerũ peritus pharmacopola, nõ admodũ abludit ab Dioscor. hac descriptione: quã(que) q̃d hic scribit̃ de hirsutis & suppinguibus folijs, nõ plane deprehẽdi. Vnde mihi suspiciõ orit̃, necdũ uerã sibi cõpertã habere Chamepityn pharmacopolas: cũ tã diuersas herbas sub hoc nomine pferant. Et q̃d pene exciderat, est herba cui Iuæ nomen est, & ipsa in magno usu barbaris scriptoribus pharmacorũ, quã p Chamepity q̃dã diuendũt: de q̃ in sequentibus Iua.

¶ Ex Dioscoridis LIB. Quarto.

BETONICA duorũ generũ est, Mas, & Fœmina, Alba, & Rubea, uel Fusca, ut uocãt Officinę, Vtra(que) celebris, & nota. κέστρον

Lysimachia, uel Lysimachion, herba tinctorũ, siue Citrina, ab alijs Luthea, uulgo Corniola, autore Leoniceno: eo quod luthei ei flores sunt.

POLYGONON, uel Sanguinaria. Credo esse quam Officinæ uocant Centinodiam. Quam(que) commentarij quidam etiam Peram pastoris, & Corrigiolam pro Sanguinali herba interpretentur Sanguinaria. Weggraß.

Polygonatum existimatur esse Officinarum & Arabum Secacul.

C

C

Peruinca. Yngryen. Flammula.

Clematidem primam Commentarius noster Bononien. interpretatur pro Peruinca: & belle mea quidē sententia. Et alteram pro ea quam Officinæ hodie Flammulam uocant.

Polemonia, ipsa est Ruta agrestis.

SYMPHYTON Petręum, nos Aliũ Gallice uocamus, ut inquit Barbarus, folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice. Nascitur in petris, ideoq; Petręum cognominant. Symphyto autem græci nomen imposuere, quoniam consolidet. Hanc Veneti inquit, Cotoneã appellant.

Symphytum alterum, Solidago, uel Consolida maior, notissima.

ὁλόστεον

HOLOSTEON, sine duricie esse herba dicitur, etiamsi ab osse nomen habeat, sed triuialibus herbarijs plane ignota.

Stœbe Dioscoridę uulgaris noticiæ herba, nobis ignota.

VOLVCRI diuersa habentur genera: uerum maius id esse contendunt in Dioscor. quod Officinæ uocant Matersylua, & Caprifoliũ, Italice Braccabosta.

Tribulorum, Carduorum, & Spinarum infinita sunt genera, de quibus olim plura, ubi & plus ocij nacti fuerimus, & in rerum cognitione altius quiddam promouerimus.

Saxifraga.

Sarxifagon, nostra Saxifragia. Sed triũ generũ: hodie notissima.

D

LIMONIVM, syluestris Beta, ut existimant.

λαγώπους Pes Leporis.

LAGOPVS, Pes Leporis, uel Leporis Cuminum, Leporino pedi similis est, & nota hodie. teutonice, Hasenfüß.

MEDION, uel Trifolium odoratum, apparet esse Lilium aliquod odoratum, & τρύφυλλον.

Epimedion, Romane Vindicta, non assequor quæ sit.

Schwertel.

XIPHION, id est, Gladiola, uel Genitalis. Hæc est Gladiolus illa, cultellato folio herba, cui a principio statim Iridis folia hic comparauit: ut inquit Vergilius.

Sparganion folia quoq; Gladiolæ habet, sed arctiora, & in terram magis procumbentia.

XYRIS, uel Iris agrestis. De hac uide commentarium Vergilij, qui pluribus illam notis, & a se uisam pingit.

ANCHVSA quæ esset, aut saltem eius aliquod genus, a nemine unq; potui perdiscere: nisi quod in Commentario Bononien. uetustissimo scriptum reperi. Anchusæ genera reperies Bononiæ in loco qui dicitur, El Marcia grand. Ibidem nihil uilius crescit. Folia habet partim Lactucæ, partim Buglossæ similia.

Ocimastrum, syluestre Ocimum.

ἄγρωστις

GRAMEN, uulgatissimum inter herbas, sed longe aliud quam q̃d uulgus Gramē uocat: geniculares in ramulos serpit, a quibus crebro radices spargit dulces. Gramē harundinaceũ, Gramē Parnasi illius spēs sunt.

De Siderite, & eius speciebus ingenue fatemur cum M. Vergilio, in tanta ueterũ & iuniorum diuersitate, nihil habere nos de Siderite, quod

pro comperto tradere ualeamus. In commentarijs tamen legimus uulgo dici Sclaream, & eam esse herbam unde liquor fluat, qui Sanguis Draconis uocatur in Officinis.

A

Sclarea. Sanguis Draconis.

RVBI multa sunt genera, sed quæ magno separantur discrimine, ut inquit Barbarus. Communiter tamen, ut audio, pro Rubo hodie intelligunt Officinæ eum qui Mora profert, quæ Germanice uocant **Brombeer.** Ceteræ species additis suis notis distinguuntur.

Brombeer.

Idęus rubus in sola Ida nascitur, ut hic inquit Dioscor.

HELXINE, herba muralis, uel Parietaria. De qua uide Vergilij Commentarium.

Parietaria.

Elatine scribitur similis esse Helxine, sed per omnia minor.

Eupatoriũ. De hoc uide infra Leoniceni, Collinutij, & aliorũ Anno.

Wild Salbey.

De Quincꝫfolio quocꝫ consule infra Mainardũ Ferrarien. Nam quę hodie pro Pentaphyllo celebratur, nihil est minus.

PHOENIX herba a Plinio uocatur Hordeum murum, uel murinum. Nascitur in tegulis frequentior quam in aruis, hordeaceo folio, cuius seminibus inter tegulas mures uescuntur.

Lolium murinum.

Idęa radix, peregrina & Italiæ & Germaniæ, peregrinitatemcꝫ suam natalis loci cognomine indicat.

Rhodia radix, Macedoniæ tantummodo nota.

Equisetum, uel ἵππουρις, id quod Officinæ uocant, Caudam equinam.

Cauda equina.

COCCVM quo infectores utuntur, a Mauris uocatur Kermes, & ab Officinis Granum tinctorum. Et ex eo tingitur Scarlacum. Reperitur in Gallijs apud montem Pessuli.

B

Tragum si nõ id est quod Hyrci barbulam uocamus, ignoratur quid sit. Nam in Creta tantũ nasci inquit Dioscor.

De Iuncis, & Iuncorum differentijs & generibus, uide Hermolai Barbari Corollarium.

LICHEN, aliquibus Hepatica. De qua in priore Tomo sententiam nostram tulimus.

Hepatica.

Paronychia. Describunt, effigiantcꝫ hanc, ut inquit Vergilius, nostræ ætatis Herbarij, petrosis locis nascentẽ, folijs latifolię Lauri duobus, aut complurimũ quatuor ramulis: inter quę spicatus flos, crassitudine pollicis & longitudine, colore inter flauum & lutheum.

παρονυχία

Chrysocomen Barbarus interpretatur Iouis Barbam, sed repugnante Marcello Vergilio.

Chrysogonon ignotum.

Helichryson. Cõmentarij quidẽ, quos habemus, interpretant̃ pro ea herba, quã officinę hodie uocãt Sticados citrinũ, uel Sticados montanũ.

ἑλίχρυσον

Chrysanthemon quantum discet a Buphthalmo, uel Bouis oculo, de qua supra egimus, uide Comment. Verg.

AGERATON. Vergilius. In latinis sub hoc nomine nulla, quæ nobis nota sit, plantæ huius historia est.

C Verbenaca, ea est quam Officinæ dicunt Verbenam. περιστεριῶν

ASTRAGALVS ex commentario quem habemus, nota herba inferioribus Germanis, qui eam uulgo uocant Erdt moten, uel moren. Quod plane non intelligo quid sit. Alijs Castaneę Salandinæ.

De Hiacyntho uide iudicium Hermolai & Vergilij. Commentarij exponunt Cæpam Banosam.

Papauer erraticum, Rubeum Papauer.

Papauer cornutum, uel corniculare, herba quam Officinæ pro Glaucio, & Mentha ostendunt.

Iusquiamus. Bylsen.

Apollinaris herba, Hyoscyamus, uel ut Officinæ uocãt, Iusquiamus.

Alkakengi. Schlutten.

SOLANVM uesicatorium, quidam accipiunt pro ea herba quam Officinæ uocant Alkakengi, Schlutten, oder luden kyrssen. Est & aliud Solanum, quod Solatrum communi nomine uocamus.

MANDRAGORA. De hac uide infra in Commentarijs. Item Vergilij Commentarium de impostura agyrtarum circa hanc.

ACONITVM Officinæ Napellum, & rura quædam Lupariam. Habes infra & Annotationem de Cicuta & Aconito.

Taxus, græce σμίλαξ. Taxos habet Italia.

Apocynon, Brassica rustica, uel Canina.

Oleander.

Rhododendron, arbor quæ ab Officinis uocatur Oleander.

COLCHICON, Ephemeron. De his sic Vergilius. Quęrendũ, sintne quos Medici & Herbarij Hermodactylos uocant Ephemeron hoc, an Colchicum paulo ante descriptum.

Meüßörlin. Meerlynsen.

ALSINE, Auricula Muris.

Lens Palustris, innatat aquis nõ fluctibus, muscus Lenticulæ similis.

D Aizoum maius, Semperuiuum.

Aizoum minus, Crassula.

Vmbilicus Veneris, ab foliorum rotunditate, in forma umbilici redactis, sic dicta.

GALIOPSIS, Vrtica Labeo, nascitur in sepibus secus uias, & habet radicem Strophulis non absimilem.

Galion fertur crescere in muris.

ERIGERON, siue Senetion, herba qua hodie in acetarijs utuntur. Alias, herba Petrella.

Bryon thalassium, Musci genus.

Potamogeton, herba S. Laurentij ab Officinis.

Stratiotes in Aegypto tantum nascitur.

Millefolium.

Stratiotes Chiliophyllos, nostrum Millefolium, Teutonice Garb. Et respondet historiæ huius per omnia.

φλόμον Taxus barbassus. Bardana maior.

Verbascum, q̃d Officinæ barbare Taxum, uel Tasson Barbassum.

Arction. De eo in priori Tomo plura, atq; item de Personata. Commentarij tamen interpretantur Lappam maiorem, & Bardanam maiusculam.

PETASITES herba Galerita, in qua folium pediculo superpositum, non aliter in medio, quam in Fungis passim uidetur, hæret. A

Epipactis peregrina Italiæ & Germaniæ, interque frutices Asiæ & Græciæ annumeratur.

Capnos, uel herba Fumaria, ea quam Officinę uocant Fumum terrę. Erdtrauch.

Cytisus notissimus quondam frutex Italiæ, teste Vergilio in Bucolicis, nunc nullibi est: aut si alicubi crescit, sine honore est.

Myriophyllon, uel Millefolium, Barbaro alia uidetur esse ab ea quam supra inscripsit Chiliophyllon. Quamquam iuuamenta utrinque respondeant. Vtraque enim uulneraria inscribitur, & ulcerum curatiua.

MYRRHIS. Quidam existimant esse eam, quæ hodie Cerefolium appellatur. Cerefolium.

CRISII, et BVGLOSSAE differentiam, & de nominum illorum commutatione, uide infra in Annotationibus, & Herbarij nostri Tomo primo.

ASTER, uel herba Inguinalis. De hac herba passim multos consului, nec expiscari a quoquam ualui quæ nam esset.

Isopyron. Vide in Annotationibus Vergilij.

Chamæcisson uocant Hæderam nō attollentem se a terra, non tamen ueram Hęderam, sed herbam cultis locis nascentem, hęderaceis folijs, neque ijs tota figura. Vide de hoc Vergilij Commentarium.

BVGLOSSVM, uel Lingua Bubula, nostra Borrago uulgatissima. De quo item infra in Annotationibus. Borrago.

Cynoglosson hodie duorum generum nobis ostenderunt herbarij. Vnum folijs & coliculis uulgo existimatæ Buglossę, sed tenerioribus, flosculis purpureis. Alterum linguæ canis simile, sine caule. Lingua Canina.

B

Leontopodion, ut inquit Barbarus, in uetustissimo Dioscoride appictam uidimus, simillimam herbæ quam uulgus ex consuetudine Calendulam appellat, ut eadem omnino esse uidtatur. Nec pręterea quid de ipsa prodam habeo.

Hippoglosson. Hanc se uidisse Barbarus testatur, nobis uero adhuc incomperta.

Anurrhinon herba, sic uocata est, quod eius semen uitulorum narib. simile existat. Folio paulo minus quam hęderaceo, flore qualis Viola, purpurei coloris. Sic quondam M. Vergilio exhibita ab Herbarijs est.

Catanance Thessala herba: cuius secundam speciem existimant quæ ab Officinis Bistorta uocatur. Bistorta.

TRIPOLIVM an sit Turbith Officinarum, uide infra in Annotationibus.

Adiantos, id est, Capillus Veneris, nota herba. Maurraut.

FIDICVLA, seu Trichomanes, Adianti genus alterum, & ea quam Officinæ uocant Calytrichon. Calytrichon.

Xanthion, id est, Lappa. Sunt autem plura Lapparum genera, folio, Lappa.

C ſemine, & natali ſolo diuerſa: obſeruatumq; a nobis eſt, quęcunq; hamatis uncis, aculeatiſq; & ueſtiũ tenacibus ſeminibus plantæ ſunt, in græcis & latinis eodem aliquando nomine indicari, in illis Aparines, in noſtris Lappæ.

Forraſſe Ritterſporen. AEGILOPS, uel Auena, herba aruenſis, necans hordeum, folia Tritici habens.

Wilder habern. BROMOS Auenæ ſimilis.

Glaux, & Polygala, ignotæ.

Linaria. Oſyris putatur eſſe quæ hodie ab Officinis uocatur Linaria.

Smilax Hederacei generis.

RVSCVS, ſylueſtris Myrtus. Aliquibus locis ſcopæ ad purganda pauimenta ex eo fiunt. Officinæ uocant Bruſcum.

Yngryen. Chamędaphne, Vincaperuinca, ut in priore Tomo ſcripſimus.

Boniſacia. Laurus Alexãdrina, herba quę Bis lingua uocať, uel herba Boniſacia.

Cucumer ſylueſtris, uel Cucumer aſininus, ex quo Elaterium faciunt.

Staphis agria ex Officinis nota ſub eodem nomine.

Thapſia nota ex Officinis.

Spartium, id eſt, Geneſtã, nota.

De NARCISSO uide infra in Annotationibus iudicia uaria Doctorum.

Ben. Glans unguentaria eſt Ben, uel Behen.

Wunderbaum. Ricinus a Mauris Kerua, & ab officinis Cataputia maior dicitur.

Nux Vomica. Tithymalus, Lactuca marina, ſiue caprina, uel herba Lactaria. Commentarius Fettichij Nucem uomicam uocat, quam hodie in Officinis ſic

Kronäuglin. uocant, Tithymali fructum.

D PITYVSA fertur eſſe Sebram, uel Mezeregi, latine Eſula maior.

Lathyris, & ipſa Tithymalus, Cataputia minor.

SCAMMONIA herba ignota: ſuccus in uſu Officinis, quem correctum & præparatum uocant, Diagridium.

Chamęlea, Oleaſtellus, id eſt, Mezereon. Herbam uidimus in Officina Aucuparij, ne per latum quidem unguem diſcedentem a Dioſcor. deſcriptione.

Thymelęa, noſtrum Coccognidium.

Cucurbita ſylueſtris, id eſt, Colocynthis, uel Coloquintida, ut uocant Officinæ.

CNICVS ab Officinis uocať Carthamus, uel Crocus hortulanus.

SOLATRVM herba maior, Scorpiuron, uel Heliotropium, ubiq; creſcit in menſe Auguſto, caudam præferens Scorpionis.

Scorpiodes uidetur eſſe quam Plinius Calendulam uocat: quamq; Herm. Barbarus Leontopodio tribuit hoc nomen, ut ſupra diximus.

A

¶ Ex Scribonio Largo nobis obseruata.

Ζταφὶσ ἀγρία, Herba est quam uocant Pedicularium: eo quod pediculos necat.

πολυνεῦρος, Herba nerualis. Ea, si quamplurimum ieiuno stomacho comeditur, a prima luna ad tricesimam sanat ἐπιληψίαν. Hæc eadẽ ebrio data copiosa, in crapula uinũ discutit, mẽtemq; restituit. Quam autem uelit non satis intelligo. Certe Arnoglossum. Plinius uocat Nerualem.

Herba Vrceolaris, confert ad dolorem aurium, et tinnitum earum, si sine ulcere sint. Sed quæ sit, diuinandum relinquo.

πολύγονον, sic appellata, quia mult, a est, et ubiq; nascitur.

λυσίμαχιον eiusdem generis cũm Poligono.

κοτυληδών, herba, folia similia cymbalis habet, nasciturq; fere in parietibus humidis.

Elaterium, succus Cucumeris syluatici.

Symphyti radicem quidam Inulam Rusticam, alij autem Alum Gallicam uocant.

πολιόν, Tiniaria est, ut opinor.

ὑποκυστίς succus Rosæ syluaticę. quam Caninam uocant.

χαμαίδρυς folia Quercus similia habet.

κολοκυνθίς, Cucurbita syluestris.

γναφαλίς. Herba Centunculus, uel Sorba, uel siliqua Syriaca.

B

περικλυμένος Syluæ mater.

σκολοπένδριον. Calcifraga.

ἱερὰ βοτάνη, quam nos Vetonicam dicimus, Oxymyrsine, Scopa regia.

Trifolium acutum ὀξυτρίφυλλον, Nascitur in Sicilia plurimum. Nam in Italiæ regionibus nusquam eam uidi herbam, nisi in Lunæ portu, cum Britanniam peteremus cum domino nostro Cæsare, plurimum super circumdatos montes. Est autẽ folijs in specie & numero similis communi Trifolio, nisi quod huius pleniora sunt, et quasi lanuginem quandã super se habent, et in extrema parte uelut aculeũ eminentem. Sed huius frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior conspicitur, & odorem grauem emittit, quorum nihil circa pratense Trifolium inuenitur.

Glycysidam nigram Peoniam Græcorum quidam appellant.

Schœnus, Iunci odorati flos.

ὑοσκύαμον Græci, Latini Altercum.

¶ DEMONSTRATIONES aliquot Herbarum ex Corollarijs Hermolai Barbari, de quibus dubium quibusdam est, qualibus nominibus designentur apud Autores,

¶ De Caryophyllis. Ex Corollario de Pipere Lib. Secundo.

Paulus Aegineta Caryophyllon, nõ Garyophyllon uocandum existimauit, quasi multifolium, etiamsi hanc inquit non habet naturam quę

C nomine prætenditur: sed flores arboris cuiusdam Indicę, festucacei sunt, & nigri, longitudine pollicari, acres, odorati, subamari. Lignum eius Xylocaryophyllon appellant. Ab huius odore, Violarum genus altilium Caryophyllon uulgo dicitur, ubiq; modo nascens.

¶ Et rursum Lib.3. cap. de Bacchare.

Non defuerunt qui Baccharem genus esse floris existimarent, quem modo Caryophyllon uocamus, sed syluestris, nunc altiles ij spectantur. Ab odore ita cognominati. Tanta uarietate, amplitudine, pulchritudine, ut Rosæ parteş non inferiores uideri possint, cum eaq; de principatu contendūt: qn̄ nec colore superant̄ purpureo, uermiculato, cādido, nec odore, nisi quod a longinquo plus olet recens Rosa. Iam nihil Rosa fugacius. longissima namq; decerptis mora dies. Caryophyllon in triduum et amplius uita, uigorq; durat, Aliquibus tanta magnitudo, Patauinarum præcipue matronarum cura, ut orbem utraq; manu complecti fere nequeas. Folia quaterna, quinaq; nonnullis. Rosæ modo numerosa, mirabili quorundam Alabastro culturæ ratione, quę dehiscens, ipso staminum loco Alabastrum ostendit alium pandentē se paulo post in florem, caliculo priore consenescente. Scio putare aliquos Caryophyllon ueteribus fuisse Caltham. Sed cum Vergilius nobis eam luteolo cecinerit colore tinctam, nec Plinius a Vergilio dissentiat,

D nondum uideo, qui possit ita statui.

¶ De CAPRIFOLIO, et MATERSYLVA.

Peryclimenon, Caprifoliū, et Matersylua dicitur uulgo. Quamquam Dioscor. Matersyluam pro Hædera capit, cui Periclymenon simile est.

¶ IO. MAINARDI Ferrarien. de quibusdam Simplicibus censuræ.

¶ DE ERVILIA.

Ex lib. Epistolarū primo, Epistola. 3.

QVOD NOS ERuiliam uocamus, non id est legumen, quod Arabes, uel potius libri ex arabico in latinā linguam quomodolibet uersi, Mes, uel Almes, uel Meise uocant, neq; id quod Almelic. Nam cum teste Serapione cap. 116. granum id quod Mes appellat, oculum habeat, cum pupilla nigriore, et herba eius sit Phaselus, tamen euidentia, & experientia ipsa satis docet, quod Eruilia oculū non habet: uel si quid habet, quod oculus a defendente proprium dogma forte dici possit, id omnino nigriore pupilla non constat, Subinde quantum Phaseli herba, ab ea, quæ Eruiliæ distet, ex utriusq; aspectu quiuis addiscere potest. Si quis tamen uisui non credit, gustum consulat. Scribunt siquidem Auicenna, & Isaac, in cortice Mes, esse ponticitatem. Ita enim ipsi appellant eum saporem, quem Græci στρύφνον, nostri modo stupidum, modo acerbum nuncupant: qui quidem est sapor linguam uehementer adstringens et ueluti ligans, qualem glandes maxime præ se fe-

runt. Tam alienus est autem hic sapor ab Eruilia uera, quam, ipsa a Glandibus. Rursus Mes est idem quod pisum: sed pisa non sunt Eruilia nostra. Scribit enim Plinius libro duodecimo, Pisa habere angulos, ut ci cercula: quos in Eruilia certe nostra non uidemus. Libro quoq; decimo octauo de Eruilia & Piso ceu rebus diuersis, ait, quod folio constant longiore. Et Theophrastus Pisum multifolium esse dicit, terrenum, amplũ, adeoq; uagum, ut locum totum impleat, etiãsi amplo interuallo sit positum: quæ nostrę Eruiliæ minime quadrant. Liquet ergo, q; Eruilia non sit Mes. Quod uero non sit id quod Arabes uocant Almelic, nõ aliter q̃; Auicennę ipsius testimonio probandum. Is enim cap. 353. secundi libri, ex sententia propria asserit, Almelic esse Erbuz, ut ibi legitur. Q; uero Erbum, de quo ibi Auicenna (Orobon Græci appellant) nos Eruum, tam sit ab Eruilia nostra, quam Mes Auicennæ diuersum, adeo clarum est, ut probatione non egeat. iumentorum enim potius quam hominum cibus est Eruum, Eruilia homines libentissime uescuntur. Quonam uero nomine hæc res ab antiquis censeatur, quam Eruiliã Plinij uoce nonnulli, uel parum ab ea (ut fieri assolet) deflectendo, Rouiliam uocant, Pisarelos Veneti, Rodionos alij, hoc operosius est ualde iudicare. Si eñ uix possunt illa agnosci, quæ ab antiquis summa arte effigiata, & ueluti sub oculos posita sunt, quanto laboriosius fuerit legumina agnoscere, quorum illi uel nomina, uel naturam, non quali forma constarent, ostenderunt. Præsertim nostro æuo, quo simul cum nominibus, multarum rerum cognitio interijt. Adde, quod & Galenus ipse ambigere in his quoq; uidetur: anxie & scrupulose nõnulla eorum peruestigans, & ambigẽti demum magis q̃; decernenti similis. Quod non alia ex causa puto accidisse, nisi q; antiqui in eis describendis fuere negligentiores, quæ in propatulo & asiduo hominũ usu esse cognoscebant. Quod & Plinius quodam loco animaduertit. Sunt tamẽ duo, triaue, quæ me mouent, ut credam Eruiliam hanc nostrã esse id, quod Thephr. & Diocles Dolichon uocauerũt, et Galeni tempore Phaseolus, uel Lobus dicebatur, & a Theodoro Siliqua: quanq̃; (si a tanto uiro dissentire licet) siliqua existimanda est aliud legumen iuxta latinos autores. Quod uero præter nomen ipsum, q̃d nulli alteri legumini magis quadrat, præcipue me mouet, est id quod de Dolichis scripsit Theophr. 8. de histo. plantarũ libro: quod si iuxta longum lignum quis eos affigat, ascendunt & frugiferi fiunt: si non, mali & uermiculosi redduntur. His si addideris Galenũ dicentem, Dolichos in hortis conseri, excrementa alui excutere, & uix ob redundantem humiditatem conseruari posse, uidebis profecto, huius Dolichi proprietates adeo huic nostræ Eruiliæ congruere, ut nulli alteri legumini magis. Adde quoq;, si placet, et aliud Dolichorum proprium ex eodem Theophrasto, & Gale. 2. lib. de Alimentis sumptum, quod scilicet ipsorum solorum, dum recentes sunt, simul cum seminibus Siliquæ quoq; mandantur. Ratione cuius proprietatis, appellari eos Lobos scribit

Mes, Pisum.

Eruilia non est Almelic.

C Theophr. & post eum Aetius. Eruiliæ autem solius inter legumina edi ab hominibus Siliquas simul cum semine, nemo est qui nesciat: cum & crudę aliquando ab ociosis, & coctæ a nobilibus, confecto præsertim ex eis delicato quodam pulmento, libentissime mandantur, aliorum leguminum Siliquis in cibū iumentorū proiectis. Nolim tamen quemquam mihi de uerbo calumniam facere, quod Dolichon dixerim Galeni temporibus fuisse nuncupatum Phaseolum, qui sit aliud ab Eruilia: dicimus enim, Galenum secuti, aliud esse legumen quod Phaselus, aliud quod Phaseolus, uel Phasiolus dicitur: & Phaseolū esse idem Dolicho, ut Paulus post Galenum confirmauit: Phaselum esse, qui nunc uulgo Phaseolus, quem & Virgilius uilem nuncupauit. Quod si animaduertisset Serapio, sub lubiæ nomine, quod certe a lobo græca uoce deflexum est, Phaselos cū Phaseolis. i. Eruilia, minime confudisset. Quod & hi quoq; peccarunt, qui nostro tempore Dioscoridem interpretati sunt. Ex quo uidere licet, quantum ad res ipsas probe internoscendas conducat nominum intelligentia, quam tamen nonnulli hoc tempore penitus aspernantur. Si igitur (ut ꝓbamimus) Eruiliæ sunt Dolichi, quis ambigat malas esse? cum scribat Galenus, Dolichos multum esse fabis deteriores, quę dubio procul malis cibarijs connumerantur.

Phaseolus.
Phaselus.

D

¶ De RHO.

Ex Epistola 4. lib. 1.
Sumach.

RHOS uoce quidē greca, sed quæ, ut inquit Plinius, latinum nomen non habet, significatq; eum fructum, quem Arabes & uulgus nunc medicorum Sumach dicunt, olim obsonijs & pellibus, nunc medicinæ seruientem, de quo & Theophrastus. lib. 3. de historijs plantarum, & Diosc. lib. 1. & Galenus octauo, et Pli. lib. 22. abunde conscripserunt: aitq; Plin. quod ulceribus medet̄ manantibus cum melle. Galenus quoq; ἀντιβαλλομένα scribens, Syriacum eum nuncupat.

¶ De ANEMONE.

Epistola. 5. cap. 1.

ANEMONE, Papauer rubeum a multis existimatur.
ALBARA, Populus alba, uoce parum deflexa.
AEGYROS, nigra Populus.

¶ De POPVLO ALBA.

Epistola 5. lib. 1.

Populus alba, calida potius quam frigida, scribente de ea Galeno, q̄d mixtæ est aliquo modo temperaturæ, ex aqua tepida, et terrestri tenuata substantia, et quod abstersiuæ uirtutis est particeps.

¶ De NIGRA POPVLO

Populus nigra secundum naturæ codicem, quam in procliue est cernere circa omnium fere fluenta, ad tantum caliditatis gradum extolli non potest, ut int̄ medicinas tertij ordinis possit collocari. Nam quis rogo sapor, quis odor, quæ demum qualitas, tam præcellentis eam monstrat caloris? Neq; enim multum odorata, neq; eximio aliquo sapore prædita, sed dum gustatur, primo quidē modicę astringit, postea amaritudinem quandam subobscuram inuehit, olfacienti quid non insuaue, uerum exi-

guum id omnino representat. Si quis uero uia Regia, quã Galenus mon A
strauit, incedens, experiri eam in corporibus temperatis, distemperatis, ægrisq; uoluerit, calefacientem non ualde inueniet. Paulus præterea Aegineta Galeni Simia, calefacere eam scribit in primo ordine: cui Constantinus quoq; monachus consentit.

MIXARIA, uulgo Sebesten.

μυοτίς, Auricula muris, herba.

PTERIS, Filix.

Santonicum, Absynthium marinum

SCEA uulgo Italice, nunc Sanctolina, cuius semen ante Corallinæ usum, in magna fuit celebritate.

ERINGEROS, Senection. Nec est Cardus benedictus, ut putauit Genuensis, sed herba apud nos passim nascens, uel mulierculis cognita: quam quoniam in petris fere inueniunt, Petrellam uocant.

Tragoponos, Hyrci barbula, uulgo & ipsa cognita, holus uidelicet syluestre. Barbam petræ dicunt, uel eam, uel aliam multum similem.

SYDIAE, cortices Mali punici.

SEMEN Carcos, Carui.

GLYCYSIDOS radix, radix Peoniæ.

SENA, nota herba,

Lapis Cyanços, lapis Lazuli.

BEZED, et Albezed, non est Keiri, uel Leucoion, sed quędam Anagallidis species, quæ rubicundum florem profert.

DE CARDAMOMO. B

Cardamomum Arabes Cordumeni uocant, de alia re sub Cardamomi nomine pertractantes. Quæ nam uero res ea sit, Oedypo eget coniectore: quoniam nullum de ea scribentem græcum autorem affert Serapion. Ex quo fit, ut existimem, uel rem esse nouam, hoc est, quæ post Gal. tempora in usum uenerit medicorum, uel errasse in ea non solum interpretes, sed et ipsos autores. Nisi forte quispiam putet, cum Plinius quatuor cardamomi species enumeret, de duabus, capite de cordumeni, de reliquis, capi. de cardamomo ab Arabibus scribi. Auerrois tamen. 5. libro sui Colliget, quoddam cardamomum inter medicinas post Gal. repertas connumerauit, cum superius inter eas quæ a Galeno pertractantur, de alio conscripsisset. Ego tria seminum genera uidi, quæ pro cardamomo ferunt, inter quę nescio an unũ sit q̃d uere Cardamomum dici possit.

Lib. 3. Epistola. 4.

DE SERIPHIO.

Seriphium aliud a Santonico, non solum uoluit Paulus, sed & Gale. lib. 6. simpl. Et Pli. lib. 27. Nec te mouere debet Dioscor. Absynthiũ marinum a nonnullis Seriphium, ab alijs Santonicum uocari scribens. scis enim, quam inconstantes sint huiusmodi nomenclaturę, et pro libito ab unoquoq; confictæ, Alioqui si hasce sequamru, Abrotonum idem dicemus quod Absynthium ponticum; cum, eodem Dioscoride, autore. Ro

C manį sic Abrotonum uocent, atq; idē quoq; cum Santonico. quoniam ut refert Galenus, Abrotonum a Romanis uocari Santonicum, scripsit Pamphilus. Vocet igitur unusquisq; prout uult, ait Gal. modo sciat res esse diuersas. Tutius tamen est sequi antiquorum, præsertim Galeni, nomina: ne in rebus quoq; ipsis labi contingat. Verū & Dioscorides ipse, si emaculatus sit codex, Santonicum rem diuersam a Seriphio facit lib. 3 in fine capi. 26. pro uerbo enim Sardonicum, legendum Santonicon: & pro uerbo Sardonium, legendum Santonicū. Quod nedum ex Galeni, Plinij, Serapionisq; concordi sententia patere potest, sed quia nulla est in Gallia Sardonis regio, sed Santonis: estq; Sardonion, alia herba, de q̄ Dioscorides lib. 2. inter Batrachij species, & libro. 6. inter uenena mentionem facit, a qua Sardonius risus græcorum prouerbium non bonæ famę in uita, sicut Dioscorides, Paulusq; testantur, & lib. 5. Auic. sub nomine Seardi, licet ignorauerit de qua re scriberet, nec intelligi ualeat quid scripserit, nisi ab his qui ea quæ ille scripsit, aliubi didicerint. Obscurius quoq; idem Aui. scripsit de Seriphio, & Santonico lib. 2. sub Scheę nomine in capitis principio, adeo, ut ne diuinando quidē possis assequi quid uoluerit: & ne in nostra tantum æditione putes difficultatem, consule & hebræam, & maiorem, non modo ęquam inuenies obscuritatem. Vide quod saxum uoluant ij medici, qui Auicennam sibi in idolum erexere.

Sardonius risus.

D Sed de his alias maiore ocio.

¶ De ANTHERA quid sit ex eius lib. 5. cap. 3.

Legisse te in multis medicamentis Antheræ nomen dicis, necadhuc scire quidnam significet, alijs lutheum illud quod medium florentium rosarum interiacet, alijs rubentem ueluti fructum, quem ubi defloruere, in sua spina relinquunt, Antheram nominantibus. Poteram certe petitioni huic tuæ breuibus satis facere, si dixissem, neutrum esse Antheram: apud idoneos enim autores, non simplicis medicamenti nomen esse, sed compositionum, quas ad oris ulcera antiqui reliquere. Quarum Plinius. 25. Celsus sexto, Dioscorides primo, Paulus, & plęriq; autores in suis libris meminere. Sed dixisses puto, non te hoc quęrere, sed quam rem hij intellexerint, qui ad alia componenda medicamina ea utuntur. Non enim uideri rationi consentaneum, ut compositiones hasce in alias compositiones adhiberi uoluerint: præsertim, quum non certi cuiuspiam medicamenti nomen Anthera sit apud enumeratos autores, sed multis commune, quæ ulcerato ori solent adhiberi. Vt igitur id melius assequare quod desyderas, res est altius repetēda. Antiqui in Rosa sex partes, nō nomine tantum, sed uiribus quoq; & facultatibus differentes, cognouere: quas a recentioribus fere neglectas, non inutile fuerit recensere. Rosam primo diuidunt in folia, flores, & capita: folia, in ungues, & id quod exemptis unguibus remanet. In flore aliud semē, aliud capillus: in capite aliud cortex, aliud calyx (ut Plinij uerbis utar) intelligitur. Vngues, pars illa candida uocatur, quæ capiti de proximo hærens, præcidi a seplasiarijs con

Rosæ diuisio.

sueuit, rhodomeli, uel rhodosaccharum reliquo paraturis. Florem luthe A um illud intelligunt, quod folijs circunquaq; ambitur, seperatum in capillum, idest, in tenuia quędam fila, & in semen quod sub his filis lanugine quadam opertū, cortice continetur. Caput solidum illud intelligunt, quod folijs & floribus, ceu basis substernitur: cuius superior pars, ex qua flos & folia prodeunt, proprie caput, reliquum calyx nuncupatur. Differre autem hæc non nomine tantū, sed & uiribus, Dioscoridis primum testimonio probatur, florem in gingiuarum fluctione inspersum, capita pota in alui profluuijs, & sanguinis excreationibus, folia ad alios ab his usus commendantis. Sed & Galenus libro septimo de simplicibus medicamentis, florem in adstrictoria ui, ait folijs præstare. Quod etiam confirmauit Auicenna libro secundo: licet pro flore semen, sicuti alijs in locis scripserit. Septimo quoq; libro, qui de compositis medicinis secundū loca patientia inscribitur, Hiram medicū ait idem Galenus, in quadam andromachi compositione, rosarum folia in flores mutasse. Plinius florem scribit somnum facere, semen urinam ciere, dentium dolori, igni sacro, & stomacho mederi, & naribus subductum caput purgare, ungues epiphoris salubres. Ex his rosæ partibus, re ipsa & ui nedum nomine differentibus, flores Antheræ nomine recentiores significasse, ex hoc maxime uidentur, quod ea in morbis utuntur, qui adstrictoriam uim ualde desyderant, qua pręcipue flores pollere, GALENI testimonio superius demonstrauimus. Quod & nomen ipsum manifestat, quum ab eo quod est ἀντοςρόδον, id est flos Rosæ, deductum uideatur, uoce tamen (ut fieri uulgo solet) paulisper decurtata. Hæc habui de Anthera quæ scriberem, magis ut tibi morem gererem, quam humanæ saluti consulturus. B Quando non magni periculi res est, utrum ex his quæ petieras pro Anthera capiatur.

Schœnianthos, uulgo Squinantum.
Lapathum, est Acetosa.
Buglosson, id quod Borraginem hodie uocant.
Seridis species, Scariola, Cicerbita, Endiuia.
Vuæ siccæ, Passulæ, Vuæ Orientales & Occidētales, Ziziuę, Sclauę.
Citria, quæ et Arancia nuncupantur.

De THLASPI.

Ex lib. 5. Epistola. 3.

Thlaspis, herba est angusta, habens folia ad digiti magnitudinem, super terram iacentia: in summo scissa, subpinguia, uirgam tenuem duorum palmorum, adnascentias quasdam paucas habentem, & circa totam ipsam fructum parum latum in extrema parte, in quo semen paruum simile nasturcio, ad disci figuram, ueluti conquassatum, florem subalbum. Nascitur in uijs & sepulchris. Semen est acris saporis.

De SCORDIO.

Scordion nascitur in locis montanis & palustribus, folia habens similia chamædryi, maiora tamen, nec adeo in circumferentia incisa, aliquo

C modo Allij odorem referentia, adstringentia gustum, subamara, uirgulas quadratas, a quibus flos subrubens dependet.

¶ De INTYBIS.

Intybum duplex est, Domesticum, et Syluestre: hoc Cichorium, illud Endiuiã uocant. Aruensis rursum duplex est: scilicet Radicula, et quam Cicerbitam uulgus appellat.

Apium Hortulanum, id est quod hodie Petroselinum uocant.

Tarcon, uulgo Draconem herbam uocant.

Rhaphanus duplex est, quidã qui Radix, & alius q̃ Armoracia dicit.

Spinacium, olus quod Arabes Aspanas uocant, nos paulum imitato nomine, Spinacium appellamus.

¶ De OPOBALSAMO.

Ex lib. sexto.

Verum Opobalsamum, uel ad nos non affertur: uel si affertur, tanti precij existit, ut totius antidoti precium præuertat. duodecim enim drachmas, præter id quod in Hedicroo apponi debet, tota Andromachi cõpositio recipit, quæ. 15. libras parum excedit. Vix tamen crediderim, syncerum & recẽs afferri. Nam quod hactenus uidere potui, odore, colore, substantia, longe a qualitatibus ueri distabit. Sed & Gale. uarijs adulterari id modis queritur, inueniriq; in optima Myrrha Opobalsamum, q̊d intra corpus assumptum mortiferum esset: nisi forte extra hoc periculum nos sumus, qui non optima solum, sed bona etiã Myrrha caremus. nam quæ Myrrhæ loco habetur, pro odore suauitatis teterrimũ uirus obolet.

Myrrha uera caremus.

D

¶ De RHEO.

Rheon scribunt Pli. & Dioscor. radicem absq; odore, Costo nigro similem, cum id quod in usu est, nullam cum Costo nigro similitudinem gerat, magnumq; longe odorem, nec insuauem iactet.

¶ De AMOMO.

Verũ Amomũ. i. botruosũ, & ueluti uua, nescio si Italia hoc seculo uidit.

¶ De CINNAMOMO.

Neminem adhuc audiui ambigentem, præcipue a Lusitani Regis classe, id quod passim ex India in Europam inuehitur, esse uerum Cinnamomum. Quod tamen non esse, ex Galeni uarijs dictis in lib. de Antidotis, facile patere potest, Cinnamomum dicentis esse arbustum. 6. uel. 7. plus minus adnascentes ramusculos habẽs, longitudine inæquales, ita tamen, ut maior semipedem Romanum non excedat; & id quod optimum est, indicibilem quendam super omnia alia odorem habere, gustuq; aliquatenus calefacere, non usq; adeo tamen, ut cum tristicia mordicaret. Colore tale, quale si lac uocato Phæo, cum exiguo uocati Cyani misceretur. i. ut mihi uidetur, colore albo ad fuscum & subcyaneum tendente. Esse eius. 6. genera, 2. uidelicet inter optimum & pessimum, quod exiguo interuallo ab optima Casia minime mirandum distare, cum ea in Cinnamomum aliquando conuertatur: quemadmodũ post Galenum in lib. 2 suæ Medicinæ scripsit Auic. uidisse enim se ait Galenus Casiam adeo al-

tam & uberē, ut ad arbusti ascenderet magnitudinē, ramusculosq; quosdam mitteret, uisu, corticis tenuitate, odoreq; & gustu exacte similes Cinnamomo. A

¶ De Adulterio Casiæ nostræ uulgatę, et errore Medicorum circa eandem.

Ex quo dicto intelligere quoq; licet, quantū uulgaris nostra Casia distet a uera, nihil cū Cinnamomo habens cōmune: terta cum sit, inodora, & penitus aspernabilis, imo nihil habens quare Casia putari debeat: ut Dioscoridē & Pliniū legenti, remq; ipsam in manu habenti, facile constabit. Casiam cū dico, Aromatitē intelligo, quā Officinę Ligneam uocant. aliā enim cuius nunc communis est ad aluū leniendā usus, scio antiquis penitus incognitā. Inter illas, id est, Aromatites, ea esset eligenda, quę Gizi, non Gizir, ut putauit Hermol. barbarico nomine dicitur: quę adeo similis est Cinnamomo, ut duplū eius pro Cinnamomo, Galeno teste, poni possit, q Quinto accedendū non putauit: dicenti nō secus eos facere, qui carētes Cinnamomo duplā Casiā accipiūt: his q dicerēt, dū caremus phalerno, uel uino cretico, duplū uilissimi uini bibendū: & eos qui similagineum panē non habent, debere duos furfuraceos esitare. Non enim ait Gal. simile quid his faciunt, qui Casiam Cinnamomi loco accipiunt, sed illis assimulantur potius, qui cum forti careant uiro ad pondus ferendum idoneo, duos ei substituunt debiliores. Hanc Gizi appellatam, theriacę imponere deberemus, & carentes Cinnamomo, pro simplo Cinnamomo duplam accipere. Fistularem autem uocatam, omniū uilissimam, & propterea theriacæ non imponendā scripsit Gale. esseq; passim cognitam, exteriorem quidem corticem, quem Fistulam uocant, fortem habentē & odore & gustu, interiora debilissima, adeo ut nullius sint utilitatis. B

¶ De NARDI SPICA.

Carere nos Indica Nardo quis dubitet, qui Spicam quidem uocari apud Galenum legerit? esse tamē radicem. Sed & in ea theriaces pręparatione, quam cęteris ueluti concisam magis & manifestiorem præfert Galenus, sic ad uerbum carmine quodā scribitur. Termentinæq; rhesinam, nardiq; radicem indicæ ad nos uehitur spica, atq; utinam nardi esset, suauitate enim odoris penitus caret, & saporis est ualde ingrati.

¶ De SCHOENO

In flore etiā Schœni idem accidit. cū enim scribat Democrates, Schœniq; non festucarum, sed flos, ad nos festucæ portantur, non flores. sed in hoc magna uis non est: siquidem Galenus herbam laudat.

¶ DE MALABATHRO.

Malabathrū quis nostro seculo cognoscit? Ego toto uitæ meæ tēpore uix unicum folium uidere potui.

¶ De TERRA LEMNIA.

Lemnij Sigilli terram nunq; uidi uel glebulam saltem. Nam quæ passim uendit, nec facie, nec uiribus fere similis existit. Alioqui Galeni quoque temporibus tam apte adulterabat, ut dignosci a legitima uon posset.

C ❡ De DICTAMNO.

Dictamno, nisi eam rursus Venus ab Ida sylua deportet, omnino de= ficimus. flore enim, caule. & semine carere debet, quibus nostra hęc uul= garis maxime abundat: radicem uero habere tenuem, & inutilẽ, quæ no strę magna & ad usum sola ueniens neglectis folijs, quæ imponenda es= sent pharmaco, non radix.

❡ De PETROSELINO.

Quod uulgo Petroselinũ uocamus, uel apiũ est, ab antiqs dictũ hortu lanũ, uel qcqd tandẽ sit, cõstat eius semẽ nõ id esse q̃d Theriacę miscendũ iussit Andromachus. pfert enim reliqs, Gal. teste, Macedonicũ, & mace= donicis extreaticũ: in hoc alia excellens, q̃d amarissimũ & acerrimũ exi= stit. Nostratis autẽ semẽ ut acredinis cuiusdam particeps forte uideri pos sit, omni tñ prsus caret amaritudine. Sed postq̃ macedonico carendũ e= rat, utinã Epiroticũ haberemus, q̃d Galeni tẽpore (tanta erat ueri ęmula= tio) in Macedoniã p Thessalonicẽ apportabat̃, ut p Macedonico uendi posset. Recentiorũ aũt negligẽtia effecit, ut Macedonico, & Epirotico ca= rentes, Apij communis semine pro eo utamur.

❡ De RHESINA TEREBINTHINA.

Loco Termentinę, quæ ex Chio optima, ex Libya et Ponto etiam bo na afferebatur, hodie utimur Peucina, uel Laricęa rhesina.

❡ De SCORDIO.

Scordij nõ solũ herbã, uerũ etiã significatũ ipsum hodie amisimus, Al liũ syluestre eius loco, nominis similitudine decepti, accipiẽtes: magis in D hoc peccãtes quã in petroselino: quod non ideo Theriacę imponit̃, quia fit uenenosis pharmacis, aut feris repugnãs, sed aquę i intercutis gratia, si= miliũq; morborũ. Scordij aũt tantã uim esse nõnulli fidedigni scripserũt, ut, quæcunq; supra illud in prælio q̃dam corpora occisorũ ceciderant, di utius remanerent incorrupta, secundũ eas potissimũ partes, quę herbam ipsam attigerãt. Vnde credit̃, Galeno teste, uenenis ferarũ, & mortiferis pharmacis uehementer repugnare.

❡ De PENTAPHYLLO, et TORMENTILLA.

De Penthaphyllo libenter intelligerẽ, uulgarem ne hanc passim in ui= is, etiã stratis nascentẽ acceperitis: ego non huius radicẽ accipiendã puto, sed eius quam Tormentillã uocant: quã licet septifoliã maiore ex parte in Italia uideamus, hic, hoc est, in Pannonia, sæpius uidi quinq; foliam.

❡ De THLASPI.

Thlaspi ignota nostro æuo, etiã uoce est, mihi apud Ioannẽ Augustũ laurienſem episcopũ, uirũ & doctrina & prudentia, & quod magis, est re ligione celebrandũ degenti, comperta herba est, quam ueram Thlaspi es se puto. Cappadocam tamen desyderat Galenus, colore ad nigrum acce= dente, maiorem Cretica, & ex quadam eius parte ueluti quassam, unde & nomen accępit.

A

¶ De ASPALATHO.

Aspalathō nisi sandali uocati spēs sit, puto hoc tēpore penitus ignotā.

¶ De CALAMO AROMATICO.

Calamus aromaticus hodie nullus habet, et quod uulgus eo nomine uocat, radix potius est, non Calamus. Nec, ut arbitror, ueri illius calami radix etiam, sed uel acorus est, ut etiam suspicari Hermolaus Barbarus quodam loco usus est, uel alia quędam res nobis incognita.

¶ De ACORO.

Ego quoties Acoro opus est, nō uulgari illa radice, & iniucundi odoris, sed uocato Aromatico calamo uti consueui.

¶ De MARO.

MARON SI non est Sampsuci species, ingenue fateor me nescire quid sit.

¶ De ACACIA.

Veram Acaciam .i. ex Aegyptia spina factam, quam lachrymam Cyaneam uocauit primus Andromachus, puto etiam in Italia deesse, sicuti & uerum Balsami lignum.

Pompholix nostrum, in myropolijs Nil, oculorum collyrium.

Nux myristica. idest Muscata.

Polentam latini uocant id quod Græci ἄλφιτον, & Arabes Sauic.

¶ De CONVENIENTIA SVCVTI et SYMPHYTI.

Nemo qui Auicennæ caput. 2. lib. 6 & 2. ubi de Sucuto agit, capiti Dioscoridis de Symphyto comparauerit, ambigere poterit, idem esse Auicennæ Sucutū, & Dioscoridis Symphyton: erroreq; uel interpretis, uel ipsiusmet Auicennę contigisse, ut Semperuiuū dicatur. Errasse autem Auicennā, uel potius nescisse quid esset, ex eo constat: quod uarias de eo opiniones & .2. & .3. lib. affert, nec uni prę alijs adhęret. Secundo eñ lib. alios existimasse, quod esset Semperuiuum, alios quod mandragorę cuiusdam semē, alios aliam rem. Lib. etiam. 3. cap. de sputo sanguinis, duas de eo sententias affert. Nam postq; dixerat, quod est semperuiuū, aliam cuiusdam Aggregatoris subdit opinionem. non enim de alia medicina loquitur sicut Iacobus cognomento de partibus est arbitratus, sed de eodē Sucuto ait, scripsisse uirum quendam in suis aggregationibus esse, calamenti, id est, origani specie, hoc est, similitudine. Origanum autem dici ab Auicenna Calamentū. 2. lib manifestatur, cap, 158. ubi sub calamenti nomine de omnibus origani speciebus pertractat. Deinde subdit eundē uirum dixisse, quod nascitur inter lapides: utrumq; autem primæ Symphyti speciei adscribit Dio. nasci uidelicet inter petras, & origani trahere similitudinem, tertiumq; cum his, Sputo sanguinis prodesse. Melius igitur quam Auicenna coniecisti, & Sucutum esse Symphyton, & utramq; eius speciē uulgo dici Consolidā. Quarū maior passim, apud nos nascit, & a similitudine radicis Lucanicam uocāt, Miranduleñ Alā nominant.

B Semperuiuum.

Origanum Auicennæ Calamentum.

C Alum uolentes, uel potius debentes dicere. ita enim primã eius speciem nominat Plinius lib. 26. & 27. in saxis nascentẽ ramis origani tenuibus, in cacumine thymi capitibus, surculosam, odoratam gustu, cum dulcedine saliuam cientem, radice longa, rutila, digitum crassa.

¶ De RHEVBARBARO, & quod hodie uerum Rheubarbarum non habeatur.

Quod uulgus medicorũ & Officinæ omnes nunc Rheum barbarum uocant, & punici Rauedseni, hoc Celsus Radicem ponticã, Diosc. Rha, & iuxta quosdam Rheon, secundũ alios Rhian, Plinius Rhecoma, Gal. quemadmodum Dioscorides interdum Rheon, interdũ Rhian, aliquando Rheon ponticum appellat. Eo antiqui ad uentris purgationẽ non utebant, sed antidotis miscebant, & ad plęrosq; usus alios adhibebant, q̃s operępretium non est hoc loco referre, quando ex Plinio, Dioscoride, cęterisq; facile disci possunt. Primus (q̃d meminerim) Auerrois Cordubensis Galenum cęterosq; medicos taxans, qui constringere eum putarunt, nedum subductiuũ uentris, sed inter cætera purgantia medicamina esse scripsit præcellentissimũ. quẽ secutus Ioannes Damascenus cognomento Mesue, ubi medica pharmaca solutoria, quæ benedicta uocat, recẽset, seriosam & honorificam illius mentionem facit. Cui hac in re, sicuti & in reliquis recentiores medici credẽtes, tanti illud fecerunt, ut aliquando auri precium ęquarit, neq; ad alios fere usus nostro ęuo accomodãt, quam

D uel ad bilis uacuationem, uel ad intestinorum difficultates, uel ad eos qui de sublimi aliquo loco ceciderunt. Non prætereundum tamen silentio, posse cuipiam uideri, Serapionem iuniorem solutoria ui illũ præditũ existimasse, quum suo de simplicibus medicamentis lib. scribat, dari in omnibus in quibus datur Agaricum. Verum cum uerba illa nõ ex propria, sed ex Diosc. sententia proferat, nec sit (quod plęrumq; pecca) tsatis fidus interpres, audiamus ipsum Diosc. sua uerba personantem, uidebimusq; id non ex Dioscoridis, aut Serapionis opinione, sed potius de peruersa uerborũ Dioscoridis, uel lectione, uel intellectione, uel interpretatione prodijsse. Ait siquidẽ ipse Dioscorides. Modus pariformit Agarico ad unumquemque affectum eodem drachmæ pondere. Quod si quis contendat Dioscoridem his uerbis sensisse, omnibus uiribus pollere Rheon quibus Agaricum, is & Galenum incurię, & Auerroin crimine falsi accuset necesse est. Illum quidem, quoniam ex Dioscoride non didicerit Rheon sicut Agaricon inter cathartica reponeodum: hunc, quod talem ignorantiam perperam antiquitati impegerit, & se quasi nouum tam nobilis medicamenti inuentorem iactanter & falso prædicet. Magis autem mouet me Paulus, q lib. 1. suę medicine cũ dixisset, Resinã Terebinthinã oliuę magnitudien uentrẽ ciere, subdit, magis aũt subducere uolẽtes parũ q̃d Rhu admiscemus. Est aũt Rhus (uulgo Sumac dicũt) Diosc. Gal. cęteris, experiẽtiaq; ipsa testãte, medicamẽ uehement uẽtris adstrictiuũ: q̃ fit ut suspicer librarij culpa deesse, e, literam illi dictioni, legendumque Rheu,

A

non Rhu. Verum hæc ambigendo potius quam decernendo dicta sint. nondũ enim uidere potui, quæ scribunt a Paulo proprio cap. de Rheo, quammuis legerim apud medicũ nõ magnę autoritatis, ex sententia Pauli, quod mundificat. Quicquid tamen sit, non est ambigendum eam, prę rogatiuam non habuisse apud antiquos inter carthartica, quam nunc habet. Quæ res non mouere nos debet, ut minus illud hac in re faciamus. Quandoquidẽ neq; myrobalanos int solutoria medicamina, & senam, & mannam, & siliquam Indam, quam uulgo casiam uocant, ex purgantibus nunc præstantissima, habuerunt: item moschum, camphoram, sandalos, ambram, nobilissima quidem et efficacissima medicamina penitus ignorarunt, aliaq; permulta nostro æuo explorata, & supreme celebrata. Antiquos cũ dico, Gal. & eo uetustiores intelligo: qui nõ propter ea tamen accusandi sunt. siquidẽ nec omnia cognoscere, nec eorum quæ cognoscebant, omnes etiam uires scire potuerunt. Nec enim falso (quod Auerrois innuere uidet) Rheo adstrictoriã uim attribuerũt. ipsum nãq;, sicuti plæraq; alia, utraq; ui pollere dicimus, adstrictoria uidelicet, & purgatoria. Ex Ioannis Mesue & Auerrois igitur, ac recentiorũ omnium autoritate, ipsaq; experientia didicimus, Rheumbarbarũ inter medicinas bilem pituitamq; expurgantes, esse peximiũ, adeoq; ab his nocumentis quæ secum reliqua carhartica afferre consueuerũt, immunem, ut pueris, prægnantibus, cæterisq; imbecillioribus tuto exhibeatur. Esse autem iecinori congruentissimum, non solum hij, sed & Plinius & Dioscor. Galenusq; contestantur. Quod uero particulatim bilem a capite educat, non legi penes idoneum autorem. Plinius tantum bibi contra capitis grauitates affirmat. quas tamen ut in pluribus, non de bili naturali & impermista, sed de alijs potius humoribus pendere aptum est. siquidem bilis ipsa aliorum humorum comparatione suapte natura leuis est. Dioscor. febrientibus cum melicrato, infebrientibus cum œnomelite, pthisicis cum passo, stomachicis in catapotijs exhibet. Plinius pro uarietate morborũ modo in uino, modo in aqua, modo in passo. Communis usus medicorũ habet, ut uel formetur in catapotia, uel cũ aquis Arnoglossi in intestinorũ difficultate, uel deuolutis, Apij, aut intybi in febribus bibat. Nos ꝑ morborum uarietate, patientis tẽperatura, consuetudine, ætate, atq; id genus cæteris, modo huic, modo illi rei miscemus, prout tamen conducere arbitramur, ut nihil perpetuum habentes, ita a maiorum uestigijs ratione, ac experimento non discedentes.

Excusatio ueterum Medicorum.

B

De TVRBITH.

Quid per Turbithint ellexerit Messue difficile est diuinare. Neq; enim cum Serapione conuenit, Tripolium intelligente, nec cum Dioscoride radicẽ pityusæ sic uocante. folio enim hæc Pini, illud Isatidis constat, non ferulę, Sed neq; id pingere uidetur quod passim in officinis nunc turbith ꝑ uenditur. siquidẽ, ut a fidedignis intellexi, ex planta accipit, quæ folio myrti constat.

Reprehensio Messue per Mainardum, et inibi de pertinaci errore Collinutij ꝑ Leoniceno.

De POLIPODIO.

In Polypodio iudicio Messuę standum non est, Siquidem integra uncia per se parum purgat, cum ille quatuor aureos non transcendat.

C

¶ NIC. LEONICENVS, de falsa quarundam Herbarum inscriptione a Plinio.

¶ De ORMINO, STACHY, & Leucographide.

MVLTAS HERBAS AC FRVTICES folijs Marrubio similibus scribunt Dioscorides, Galenus, ac Paulus, quas omnes Plinius non Prassio, id est, Marrubio, sed Prasso, id est, Porro folia tradit habere similia. Sic Orminon libro. 22. dixit semen habere Cymino simile, cætera Porro: sic Balloten, quæ alio nomine Marrubium nigrum, a similitudine foliorum appellatur, Plinius lib. 27. scripsit, alia nuncupatione Porrum nigrum a Græcis uocari, ac folijs quam Porri maioribus constare.

Orminos.

Sic Stachyn Porri habere similitudinem, longioribus folijs pluribusq;, lib. 22. notauit. Idem Plinius lib. 27. de Leuce, Leucoleuce, aliarumq; herbarum generibus tractans, nominis similitudine, ac dictionis figura deceptus, eisdem Leucographida quoq; annumerauit, uisusq; est procul dubio Leucographida herbam putasse, quam tamē Dioscor. Galen. & Paulus genus lapidis, quod alio uocabulo Moroxus nuncupatur, esse testantur. Et ne quis forte pro Plinio obijciat, herbam etiam esse quæ eodem nomine cum lapide censeatur: easdem uires, proprietatesq; Leucographidi Plinius ascripsit, quas in eiusdem nominis lapide Dioscor. Galen. ac Paulus pariter retulerunt. Scribit præterea Plinius de Leucographide, qualis nam esset, ab autoribus scriptum non reperisse, cum tamen Dioscorides, & quid ea sit, & qualis, suo quinto de simplicibus medicaminibus libro satis notificauerit.

Stachys.

Leucographis.

D

¶ De POLIO, ET TRIPOLIO.

Ob eandem nominis uicinitatem Polium, pro Tripolio, & uicissim Tripolium pro Polio Plinius accępit. Nam libro. 21. duo Polij genera describit, quemadmodum & Dioscorides: alterum campestre, alterum syluestre, folijs utrunq; cani hominis similibus. At quod miraculum in Polio affert, eiusdem folia mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspici, hoc de Tripolij flore a Dioscoride scribitur. Polium uero atq; Tripolium non modo locorum diuersitate in quibus utrunq; gignitur, sed figura insuper, atq; colore, ac proprietatibus etiam inter se plurimum differunt. Polium siquidem utriusq; generis partim in campis, partim in montibus nascitur: Tripolium uero in maritimis tantum locis, que unda maris allidit. Polium habet, ut diximus, folia cani hominis similia: unde & illi apud græcos nomen: Tripolium folijs Isatidis constat: quemadmodum de utroq; scribit Dioscorides, & Plinius ipse libro. 26. confirmat. Nam quod apud Plinium legitur de Tripolio, folio satis grossiore, palmo alto, error est codicis: ita enim legi oportet. Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi allidit unda, neque in mari, neq; in solo,

Polium.
Tripolium.

Emendatur locus Plinij.

folio Isatidis crassiore, palmeo caule, in mucrone diuiso. Hæc enim omnia uerbum fere ex uerbo Plinius ex Dioscoride transtulit. Quod uero postea idem Plinius subiungit, hanc herbam eandem uideri quibusdam quæ Polium, miror ipsum quoque illorum errorem sequi potius atque imitari, quam improbare atque abijcere uoluisse: cum quod de Tripolij flore miraculum legitur, Polij folijs adsignauerit. Sed paruum hoc futurum erat in uita periculum, si non etiam Polij uires uicissim Tripolio adscripsisset. scribit enim, Tripolij radicem dari hepaticis in farre coctam: quod quidem Tripolij remedium apud nullum grauioris autoritatis medicum legitur. Polium autem non hepatis tantum, sed omnium plane uiscerum uitijs auxiliari, autor est Galenus in octauo de simplicibus medicaminibus libro.

A

¶ De HERACLIO.

Heraclium.

Scribit Dioscorides libro quarto, quoddam Papaueris genus, quod ab aliquibus Heraclium appellatur, habere folium tenue, simile Struthio, id est, herbæ ita uocatæ. Quia uero Struthion apud Græcos significat etiam passerem, deceptus nominis æquiuocatione Plinius, hanc similitudinem ad auem potius retulit quam ad herbam. Ita enim de Heraclio libro. 20. scribit: Alterum est in syluestribus Heraclium, folijs si procul intuearis, speciem passerum repræsentantibus. Sed qui fidem ex re ipsa habere non possit, aliquanto sane probabilius existimet, herbam herbæ potius, quam auibus folium habere persimile.

Radiculam nos uocamus autore Hermolao Barbaro.

B

¶ De EMPETRO.

Empetrum.

Empetrum ubi nascatur, & quas habeat uires in trahenda bile ac pitu, ita scribit Plinius libro. 27, eodem quo Dioscorides modo: alias tamen eidem subiungit facultates, quod urinam cit, & calculos frangit: quæ a nullo alio autore de hoc Empetro traduntur. Quin contra Galenus Empetrum, quod etiam Prassoides appellatur, solis purgationibus. 6. libro utile esse testatur. At quos in altero Empetro, quod etiam Sarxiphages dicitur, Plinius legerat effectus, a græcis autoribus, ac præsertim Dioscoride traditos, huic Empetro a Sarxiphage diuerso, quod uim purgatoriam habet, nominis æquiuocatione deceptus a, dscripsit.

¶ De BETONICA.

Betonica.

Betonicam a Romanis dictam, a Græcis Cestrum, pingit Plinius folio Lapatij, Dioscorides autem, cui magis astipulatur sensus, folio Quercus. Alteram uero Betonicam, quæ alio nomine Britanica appellatur, folia Lapatij habere idem Dioscorides tradit: ut uerisimile sit, Plinium alteram pinxisse pro altera.

¶ De PARTHENIO.

Parthenium.

Parthenium scribit Plinius libro. 21. apud Celsum uocari Perdicium, & Muralium: deinde subiungit easdem Parthenio, quod Muralium appellatur, uires, quas Dioscorides alteri Parthenio ascribit, quod Chamæmelon alio nomine dicitur: quoniam parum folijs & flore ab herba Chamæmelo differat. Hanc autem Parthenium Chamæmelo similem herbam

C nonnulli ex recentioribus medicis Cotulam appellant. Sed hæc Parthenium non uocatur a Celſo Perdicium, atq; Muralium, ſed altera potius quæ Elxine a Græcis, & ſimul Perdicium, ac Parthenium quoq; nuncupatur, a Latinis autem Parietaria, & Muralium dicitur, quia paſſim in parietibus ſeu muris naſcatur. Noſtro quoq; æuo uulgo, una litera dempta, pro Parietaria, Paritariam appellant. Hanc eandẽ herbam, ſiue Muralium, ſiue Parietaria dicatur, connumerat Celſus libro ſuo de medicina tertio, inter ea quæ uim habent reprimendi ſimul ac refrigerandi. Quæ ſane facultas ei Parthenio, quæ Perdicium & Parietaria appellatur, non autem alteri quæ etiam Chamęmelon dicitur, ab omnibus fere medicinæ autoribus adſcribitur. Hæc enim ſunt de eadem Dioſcoridis uerba: Habent folia refrigerandi, atq; aſtringendi facultatem. Nec de ea aliter Paulus atq; Galenus tradiderunt. Ipſe pariter Plinius libro. 22. eandem & Parthenium, & Perdicium quoq; nominari confirmat.

Cotula.

De CYCLAMINI radice, & Ariſtolochia.

Cyclamini radix.

Plinium etiam non tantum nominum, ſed rerum quoq; ipſarum ſimilitudo aliquando decepit. Nam Cyclamini radicem, quæ Rapum terræ propter rotunditatem dicitur, Ariſtolochiæ rotundæ, quæ & ipſa a radicis rotunditate nomen accępit, radicẽ eſſe exiſtimaſſe uidetur. Nam lib. 25, quo in loco Ariſtolochiam quatuor diſtinguit generibus, eius quæ rotunda dicitur radicem ſcribit a piſcatoribus Campaniæ Venenum terræ D uocari, ac coram ſe contuſam immixta calce, atq; in mari ſparſam, conti» nuo aduolaſſe piſces mira cupiditate, ſtatimq; exanimatos fluitaſſe. Hoc » idem, ut a uiris grauiſſimis accępi, noſtro fit æuo ab eiſdem piſcatoribus, » non Ariſtolochiæ rotundæ, ſed Cyclamini potius radice, piſces allicien di atq; exanimandi cauſa. Ipſe quoq; Plinius eoſdem effectus non Ariſtolochiæ rotundæ, ſed cuiuſdam Cyclamini radici libro. 25. tribuit. Aut igitur fatendum eſt, duas eſſe radices quę eoſdem præſtent effectus: quarum tamen alteram eſſe Ariſtolochiæ rotundæ radicem, neq; ab aliquo autore ſcriptum reperitur, neq; experientia cõprobatum: aut illud dicendum erit, Cyclaminum, qui radicem habet rotundam, quartum eſſe Ariſtolochiæ genus: quo nihil dici poſſet rerũ naturæ repugnantius. Siquidem inde apud Græcos Ariſtolochiæ nomen, ut Dioſcorides ac Plinius ipſe teſtatur, quoniam ſit optima prægantibus: Radix uero Cyclamini adeo eſt aduerſa pręgnantibus, ut ſi eam mulier grauida tranſcenderit, abortum faciat, ueluti Dioſcorides pluresq; alij medici inſignes retulerunt, ac Plinius ipſe quoq; confirmat.

Ariſtolochia.

De HELIOTROPIIS.

Heliotropiũ.

Quamuis plures ſint herbæ quæ circumaguntur cum ſole, Dioſcorides tamen duo facit Heliotropij genera. Alterum folijs Ocymi, flore albo, ſubrufo, recuruo, ut ſcorpionis cauda poſſit uideri: unde & illi ſcorpiuri apud Græcos nomen. Alterum non abſimile folijs, iuxta paludes naſcens. Plinius uero libro. 22. cũ & ipſe duo genera Heliotropij deſcribat,

in eisdem comprehendere uidetur illam Intybi speciē quæ a medicis græ co nomine Cichorium appellatur. Ita enim eodem libro de Heliotropio scribit: Heliotropij miraculum sæpe diximus, cum sole se circumagentis etiam nubilo die, tantus syderis amor est: nocte ueluti desyderio contra- hit cæruleum florem. Genera eius duo, Tricoccum, & Heliostrophium. Hoc altius, quanq̃ utrunq̃ semipedalē altitudinem non excedat. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur nō nisi pingui solo, cultoq̃ ma- xime: Tricoccum ubiq̃. Si decoquatur, inuenio in cibis placere. Quid- nam aliud erit Heliotropij genus, cuius flos cæruleus existat, & non nisi pingui cultoq̃ solo nascatur, quodq̃ si decoquatur in cibis placeat, præ- ter eam quam diximus Intybi speciem? Hanc tamen Dioscorides cum de Seride tractaret, ueluti unam eiusdem Seridis speciē notificandam du xit, ac ꝓprietates longe ab Heliotropij uiribus diuersas assignauit. Qua- re mirandum est, quo pacto Plinius hoc loco, ubi Intybum designare ui- detur, easdem tamen uires potestatesq̃ subscribat, quas in utroq̃ Helio- tropij genere tradidit Dioscorides. Auget etiā illud magis admirationē, quod idem Plinius Intyborum remedia, ac præsertim illius quod Cicho- rium a Græcis dicitur, cuius flos cæruleus cum sole circumuertitur, prio- re in libro, scilicet. 21, suo loco notauerat, plurimū ab hijs quę de utroq̃ Heliotropio traduntur differentia.

A

B

¶ De PENTAPHYLLO.

Pentaphyllō.

Simili errore Plinius Pentaphyllon, atq̃ herbam fraga ferentem pro eadem accepit, ac Pentaphylli notas simul ac uires eidem herbæ præter Pentaphylli nomē censuit adscribendas. sic eñ libro. 25. de Pentaphyllo retulit. Pentaphyllum nulli ignotum est, cum fraga quoq̃ gignēdo com mendet. Existimarē tñ in re tā nota esse codicis potius q̃ Plinij errorē, ac pro Pentaphyllo, Trifolium legi oportere: quoniam ea herba quæ fra- ga gignendo commendatur, & quæ nulli ignota est, nō quinis, sed trinis constat folijs: nisi postea Plinius alia nomina græca subiungeret, atq̃ alia afferret indicia, quæ non sunt alterius herbæ quā Pentaphylli propria.

¶ De ADARCHE.

Adarches.

Adarchen Plinius inter species harundinum libro. 16. connumerat, u- bi ita scribit. Est & in Italia nascens Adarcha nomine, palustris ex cortice tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus. Adarchē uero Dioscorides, Galenus, & Paulus non harundinis speciem, sed potius salsuginē quan- dam in exiccatis paludibus harundinibus adhærentem esse scripserunt.

¶ De LEMNIA TERRA.

Lemnia terra.

Plinius libro. 35. inter cæteros colores natiuos Lemniam quoq̃ rubri cam connumerat, cui inter alia rubricæ genera palma a ueteribus daba- tur. Hanc præterea multum ab antiquis celebratam cum insula in qua na scitur refert, nec nisi sigillatam uenundari solitam, unde & Sphragidos illi nomen fuerit apud Gręcos. Hac pręterea Minium sublimiri, adulte- rariq̃, remque in medicina præclaram esse testatur. Omnes enim huic

C bricæ facultates subscribit, quas prisci medici in Terra sigillata tradide-rũt. Videt̃ itaq; Plinius Lemniã rubricã, & lemniã Sphragida, siue Terrã sigillatã eandẽ esse existimasse. At Galenus tũ aliarũ rerũ quæ sunt in medicinæ usu, tum huius præsertim Terræ sigillatæ diligentissimus inuestigator, ut q, quemadmodũ de se scribit, longis itineribus ad Lemnũ insulã nauigauerit, ob nullã aliã causam, nisi ut Lemniã Sphragida, & quo modo nasceret̃, & qualis nã esset, oculis ipsis contemplaret̃: aliud esse rubricã Lemniã, aliud Lemniã Sphragida, in suo de theriaca ad Pisonẽ lib. apertissime ostendit. Ita eñ in eodẽ libro de Lẽnia Sphragide, siue Terra sigillata scribit. Præstat autẽ eã nõ appellare Rubricã, sed Terrã. est eñ quædã Rubrica quæ in insula Lemno nascit̃, q̃ ad alios utimur effectus, diuersos ab hijs ad q̃s Terra sigillata adhibet̃. In nono autẽ sui de simplicibus medicaminibus libro idẽ Gal. Terrã Lemniã tribus distinguit generibus. Primũ est eius quæ sacra dicebatur, quã neminẽ prætereq; Dianę sacerdotẽ attrectare fas erat, cui etiã eiusdẽ deæ signatura imprimebat̃, atq; ob id Lemniũ Sigillũ uocabat̃. Secundũ eius quæ est uere Rubrica, qua fabri lignarij utebant̃. Tertiũ illius quæ uires habet abstergentes: atq; ob id erat in usu fullonũ præcipua. Si itaq; in re quã adeo curiose inuestigauit Galenus, eidẽ magis q̃ Plinio credere oportet, non recte Plinius quæ de Terra sigillata a ueteribus medicis tradita fuerant, eadẽ Lemniæ quoq; Rubricæ, quæ int̃ Colores ponit̃, ac nõ fuit tantæ celebritatis, ut nõ nisi sigillata uenderet̃, neq; eosdẽ habet q̃s Lemniũ Sigillũ in medicina usus, censuit adscribenda. Et hæc quidẽ omnia probant Pliniũ ea quæ omnino inuicẽ distant aliquando rei, sæpius uero nominis similitudine deceptum, eadem esse existimasse.

Terra sigillata

Lemnium sigillum quid.

D

¶ De Differentia CISSI, et CISTHI.

Cissus. Cisthus.

De Cisso uero ac Cistho quanq; non per uolumen, sed per priuatam epistolam, ut qui nolim mihi cum homine mihi amicissimo, quẽ colo & obseruo, publicas esse de studijs contentiones, tuis quas mihi pro Plinio obiecisti rationibus respondere statuerã. Hic tamen locus exigit, ut pluribus etiã argumentis quã in dictatis feceram, ostendam Pliniũ alterũ ab altera nesciuisse distinguere. Plinius libro. 17. describens omnia Hederarũ genera, prima in marem ac fœminam diuidit, ac utriusq; florem similem ait Rosæ syluestri, colore floris in mare ad purpuram accedente. Ex quo illud intelligi uoluit, fœminæ florem magis albescere. Hęc autem maris ac fœminæ differentia, florisq; in figura similitudo, in colore diuersitas, neq; a Theophrasto, neque a Dioscoride, neq; ab alio grauioris autoritatis uiro in Hedera, sed in Cistho plane describit̃. Verisimile igitur est Pliniũ nominis uicinitate deceptũ, eo in loco, quæ de duobus Cisthi generibus traduntur Hederis tribuisse. Idẽ Plinius libro. 12. ubi de Ladano tractans, quo pacto ab hircorum Barbis depectat̃ insinuat, ita scripsit: Sed Hederæ flore deroso pastibus matutinis cum est rorulenta Cypros: deinde nebula sole discussa in puluerẽ madentibus uillis adhęrere, atq; ita

A

Ladanum depecti. Poteſt ne lucidius oſtendi Pliniũ pro Ciſtho Ciſſon, id eſt, Hederam accepiſſe? nam quis unquam retulit præter Plinium, qui Ciſſon, id eſt, Hederã, pro Ciſtho poſuit, pingue illud quod a Lada herba, quæ etiam Ciſthos dicitur, Ladanum nuncupatur, Barbis hircorum Hederam, uel Hederæ florem depaſcentiũ adhæreſcere? hoc enim de Ciſtho, ſiue Lada, quod & Ladani nomen indicat ab eadẽ herba deriuatũ, non autẽ de Ciſſo, ſiue Hedera Dioſcor. Galenus, Paulus, et quicunq; de Ladani genitura ſcripſerũt, uno conſenſu retulerũt. Quin Plinius ipſe eodẽ in loco ita ſcribit. Sunt qui in Cypro herbã ex qua id fiat Ladã appellant: etenim illi Ladanũ uocant. Ac poſtea libro. 26, de eadẽ herba ac Ladano nõ aliter ſcripſit, quã ſupra cõmemorati uiri. hæc enim ſunt eius uerba. Ledon appellat̃ herba ex qua Ladanũ fit in Cypro, caprarũ barbis adhæreſcens. Eſt igit̃ Ciſthos uel Lada, ſiue Ledõ, nõ aũt Ciſſos, id eſt, Hedera, cuius flore depaſto Ladanum hircorum barbis adhæreſcit. Quod Plinius ipſe hoc in loco, lib. ſ. 26, plane cõfirmat, quãuis lib. 12. uiſus ſit dubitaſſe, utrũ eſſet Hedera, uel Lada ex qua in Cypro Ladanũ fieret. Cuius dubitationis originẽ inde emanaſſe crediderim, q̊d aliquãdo ex Chiſtho, aliq̃n ex Lada, qm̃ utroq; nomine eadem herba indicat̃, Ladanũ colligi apud diuerſos autores legiſſet. Ipſe tñ modus, quẽ Plinius inſinuat, quo pacto Ladanũ hircorũ barbis adhæreſcat, facile oſtendit fruticem uel herbã, cui pingue illud inſideat humilẽ eſſe, ac per terrã ſe ſpargentẽ, nõ quemadmodũ Hedera per arbores ſe ab humo attollentẽ, cum ita ſcribat. Deinde nebula ſole diſcuſſa in puluerẽ madentib. uillis adhæreſcere. Neq; eñ Barbæ hircorũ Hederã depaſcentiũ, quæ ut nonnullis placet ideo Hedera dicit̃, quia edita petat, nebula in puluerẽ ſole diſcuſſa maderent, niſi non Ciſſum, ſiue Hederam, ſed Chamęciſſum potius, hoc eſt, Hederã humi repentẽ depaſcant̃. Atqui quo pacto hoc etiã in Cypri inſula fieri poſſit? in qua, ſi Theophraſto grauiſſimo autori credimus, nec Hedera quidẽ naſcat̃: ſiquidem Cypros inſula ſit ad Aſiã pertinens, ut omnes Coſmographi conſentiũt, nec Plinius ipſe diſſentit, qui etiã fruſtra ab Arpalo Hederã in Aſia ſatã affirmat. Vtrũ uero ſuis temporibus in eodẽ cœli tractu proueniret non aſſerere auſus, id tantũ ſcripſit: Hedera iam dicit̃ in Aſia naſci. Vnde luce clarius apparet, Plinium in eundẽ errorem incidiſſe, in quem lapſus eſt Auicenna, cum in ſuo de ſimplicibus medicaminibus libro, herbã ex qua fit Ladanũ, Hederæ ſpeciẽ ſignificauit. In eodẽ. 26. libro, Plinius cum poſt factam de Hederis mentionẽ, de duobus quoq; Ciſthi generibus ſcribit, ea uerba ſubiungit, ſub hijs maxime naſcit̃ Hypociſthis. Ex quib. uidet̃ iñuere, ſub hijs quidẽ Ciſthi generibus maxime naſci Hypociſthidẽ: ſub Hederis autẽ naſci etiam aliquãdo, licet non adeo frequenter: neq; enim eo in loco, aut alibi Plinius de alijs Ciſthi generibus aliquid dixerat, ut id maxime ad eorum potius, quã ad Hederarũ comparationẽ poſſet referri. Poſſum ergo ſic colligere: Hedera apud Pliniũ diuidit̃ in marẽ ac fœminã, utriuſq; flos ſimilis Roſę ſyl

B

Hedera unde.

C uestri describit eodẽ autore, in insula Cypro Hederæ flore deroso Ladanũ hircorũ barbis adhærescit, sub Hederis quoqꝫ Hypocisthidẽ nasci aliquando significat. Hęc autẽ omnia a nullo autore, excepto Plinio, de Hederis scribuntur, aut sensu ipso siue experientia comprobant, sed de duobus Cisthi generibus plane tradunt, atqꝫ usu ipso ita esse cognoscuntur. Hæc igit euidentissima sunt argumenta, Pliniũ eodẽ cum cæteris errore deuiasse, q Cisthon a Cisso, hoc est, ab Hedera nesciuere secernere. Atqꝫ hijs quidẽ, ut ego arbitror rationibus, motus est autor libri, qui Cornucopia inscribit, uir, ut apparet, in herbarũ īuestigatione nõ indiligẽs, neqꝫ oĩno earũ imperitus, ut de Hederis tractans, scribat Cisthon a quibusdã inter Hederarũ genera cõnumerari. hoc eñ in Plinio est ita manifestũ, ut de eo nulla dubitatio haberi possit. Sed quoniã in ꝓuerbio dicit, si cæcus cæcũ ducat, ambo in foueã cadunt, existimauit idẽ uir alioquin græcarũ doctissimus literarũ, Cisthon esse arbusculã quandã a Lada differentẽ, atqꝫ ab illa Cisthũ, ab hac Ladanũ, id est, pingue, quod utriusqꝫ plantæ folijs insideat appellari: cum tamen Dioscor. Gale. & Paulus eandem esse testent Cisthon, & Ladam, siue Ledon; a qua id genus odoris quod Ladanum dicitur nomen acceperit.

Perottus.

¶ De GLASTO.

Neqꝫ uero in eo tantũ Plinius errasse uidetur, quoniam ut supra ostendimus, res omnino diuersas pro eisdẽ accepit, sed ob id etiã, quod easdem D ob nominum uarietatẽ putauit esse diuersas. Quamquam & eas quæ eodem nomine nuncupant, uarijs in locis tam uarie descripserit, ut quãuis eædem essent, ipsum tamen differentes existimasse iure quispiã possit arbitrari. Glasti similis herbæ Plantagini succo scribit Plinius lib. 22. infici uestes, idqꝫ ei herbæ nomen esse apud Gallos. Nostro quoqꝫ ęuo paucis mutatis literis, Guadum appellatur. At constat hanc eandem herbam a Græcis Isatidem uocari. Nam Dioscorides scribit, Isatidis succo uti infectores lanarũ, eãdemqꝫ herbam habere foliũ Plantagini simile, atqꝫ a Romanis Glutam, uel Glastum nuncupari. At Plinius lib. 20. Isatidem tertium genus facit Lactucæ spõte nascentis: quarto simili Lapathio syluestri dicit uti infectores lanarum. Quod etiam ipsum a Græcis Isatidem dici, idem Plinius eo in loco facile indicat: quoniã eosdem effectus quarto generi tribuit, quos Dioscorides Isatidi assignat. Cum igit Plinius nullam eodem in loco admonitionẽ adiecerit, eandem esse hanc Isatidem a Græcis uocatam, quam libro. 22. a Gallis Glaston appellari docuerat, uidetur profecto ignorasse quam herbã Græci Isatidis nuncupatione significarent. Alioqui sicuti easdẽ uires in quarto genere Lactucæ sponte nascentis scripserat, quas in Isatide Dioscorides, ita eidem folia Plantaginis, sicuti in Glasto fecerat, designasset.

Glastum.

Quid q̃d etiã, nisi menda sit codicis, quæ a Græcis dicitur Isatis, Radiculã a Latinis uocari, ac folijs Oleæ cõstare scribitur eiusdẽ Plinij lib. 19. ac postmodũ eandẽ Radiculã non Isatim, sed Struthion potius ab ijsdẽ

Struthion.

Græcis appellari, eiusdemq́ ramos tingentibus præparari, libro. 28. insi (nuat. A

De EVPATORIO.

Auicenna scribit Eupatorium habere folia Canabis, florem Nenufaris. Mesue idem Eupatorium folijs Centaureæ minoris, floribus subcitrinis, longitudinis paucę constare. Serapio folijs Pētaphylli aut Canabis, florem autem non explicat. Fortunatum esse oporteat qui diuinare uoluerit, quisnam horum ueriora retulerit: ac quod medicus ille precabatur, qui medicinam sorti commiserat, dij sua cuiq́ remedia quibus illa extraherentur secundarent, itidem a nobis orandum, ut bona fortuna in uerum incidamus autorem.

Eupatorium.

De GRANO INDICO.

Ideo Serapio plantã quæ Habnil, id est, Granum Indicum gignit, scribit esse similem plantę lebleb, id est, Inuoluolo, siue Volubili, ut uocabulis utar apud medicos nostros usitatis, ac ramis p̄terea folijsq́ uiridibus, flore in cuiusq́ folij radice purpureo constare: pluraq́ alia eiusdē plantæ addit indicia, quæ plane ostendunt eam esse omnino ab Isatide differentem. Hinc ortus est Simonis error, qui de Nil in litera N, ita scripsit: Nil arabice est Indicū, quo panni tinguntur, & est succus plantæ similis Volubili: semen eius inter laxatiua ponitur. In quibus uerbis si Simon illud Indicū innuat, de quo Dioscorides, Galenus & Paulus tradiderunt, multiplex est mendacium. Neq́ enim Indicum est herbę succus, uerū, ut scribit Dioscorides libro. 5. & Plinius quoq́ idem retulit libro. 35, Indicum est duorum generum: Alterum, quod fit arundinum Indicarum spumæ adhærescēte limo. Alterū ex purpurę spuma in purpurarijs officinis cortinis innatante. Si uero ita Indicum accipiat, ut nos uulgo uocare consueuimus succum quemdā herbæ, quæ a Gręcis Isatis, a nostris Guadum, ut antea docuimus uocitatur, quod Indicum dixerit herbæ succum, non sane a uero dissentit. At quod ea herba ex qua is succus exprimitur, qui Indicum appellatur, sit Inuoluolo similis, tam est in propatulo falsum, ut improbatione non egeat. Idem Simon in litera H, refert ex sententia Theodori Prisciani, Isatim esse Rubeam tinctorum. Postmodum in litera O, dicit Osatim, ut Macer scribit, esse gratam tinctoribus herbam. Quæ dicta tam uaria non paruam fidem faciunt, ignorasse Simonem quid apud Græcos Isatis, & quid apud Arabes Nil significaret. Quamquam in hoc postremo Simoni sit ignoscendum. Nam & Arabes ipsi de eadem Nil sibi non constant, quemadmodum ex scriptis Serapionis probauimus. Auicenna quoque quamuis uires potius ac proprietates plantarum enarrare, quam earum effigies indicare studuerit, cum tamen ipse quoque de eadem Isatide tribus in locis sub Nil uocabulo scribat, merito suspicionem affert, se etiam titubasse, atque ancipitem fuisse, quidnam esset Isatis. Nam in litera N, eadem de Nil scribit quę de Isatide Dioscorides: quoniam eodem modo diuidit in satiuam, atque syluestrem, atque

Serapio. granum indicū.

B

Indicum.

C easdē fere uires ac proprietâtes herbæ Nil tribuit, quas Isatidi Dioscor. Sed rursus idem Auicenna in litera G ita scribit. Guasmein est foliū Nil. Et quædā alia subinfert, quæ in litera N de eodē folio declarauerat. Vnū tantummodo addit, q̄d capillos inficit. Non tñ in hijs neq; a seipso neq; a Diosc. multū Auicēna dissentit: ob id tantum reprehendendus, quod frustra de eadem re in diuersis literis scribat. At in eadē litera G plurimū a Dioscoride, ac ueritate ipsa uidetur discrepare. de grano enim Nil ita scribit. Granū Nil est Cartamū Indum. Deinde multas proprietates sub infert, quæ nihil ad Isatidē pertinent, pro qua Nil, siue Nigel idē Auicen na in N litera retulerat. Mesue quoq; hunc errorē animaduertens, ubi de Cartamo scribit, dicit quosdam falso putasse Cartamū esse granum Nil. Nec minor est apud autorem Pandectarum in eisdem rebus nominibus q; colluuio. Nam & ipse falso scripsit, quod Arabice Nigel dicitur, Nesme a Græcis appellari, a Latinis autem Indicum. Et quamuis herbę Nil, siue Indico, omnes facultates subscripsisset, quas Dioscorides atq; Galenus, & Paulus Isatidi tribuunt: idem tamen alio in loco, uidelicet in litera B, scribit Osatidem, uel potius Isatidem, Exborith græce, arabice autem Agisdo, latine Saponariam, uel herbam fullonū, omnibus hisce nominibus eandem herbam nuncupari. Ex quibus uerbis uidetur innuere, Isatim, quam ipse uitiose Osatim appellat, esse Radiculam illam, cuius adeo succū in purgandis lanis Plinius lib. 19. extollit: nisi quod postmodū proprietates subscribit, quæ non sunt Radiculæ, seu herbæ fullonum, sed Isatidis potius, id est, herbæ tinctorum propriæ. Quantū uero huic autori Pandectarū credere debeamus, uno eiusdem uiri ignorantię argumento recitato patebit. Docet Dioscor. ex folijs Chamęleæ cum duabus partibus Absynthij addito melle, uel aqua, fieri catapotia, id est, pillulas. Hic autem bonus uir, quicūq; fuerit, qui libros omnia mēdacia continentes, composuit, nesciēs catapotia apud antiquos significare eas, quas nos uulgo pilulas appellamus, dixit, docere Dioscoridem fieri trociscos admixto absynthio duplici mensura, & una parte chamęleæ & cataputiæ: quasi apud Dioscoridem hoc uerbū catapotia non pillulas, sed plantam potius, quæ uulgo cataputia dicitur, significaret. Sed ne, dum aliorū potius quā Plinij errata persequimur, usq; ad fastidium uolumen excrescat, ad propositi nostri institutum reuertamur.

Saponaria. — D — *Pandectarum autor indoctus.* — *Catapotia.* — *Cataputia.*

❡ De ECHIO, & ALCIBIO.

Echios.

Echios alterū genus describit Plinius eodē quo Dioscorides modo, lanugine spinosa, & capitulis uiperis similibus. Hanc eandem refert Dioscorides libro Quarto ab aliquibus Alcibium uocari. Plinius tamē libro uicesimoseptimo, quasi de alia re uerba faciens quam de Echi, quam libro uicesimo Sexto contra serpentes bibi ex uino & aceto docuerat, ita scribit. Alcibium qualis esset herba apud autores non reperi, sed radicem eius ac folia trita ad serpētis morsus imponi & bibi iubent. Sic Dios

Alcibium.

A

coridcs libro . 2. Echios radicē ac folia e uino potari iubet contra eosdem serpētes. Esse uero eandē Alcibion & Echin, illud nō tenue est argumentū, q̄d neq; Dioscorides, neq; Paulus de Alcibio seorsum scripserūt, sed de Echi tantūmodo, quā alio uocabulo Alcibiū, siue Alcibiadion dici pariť retulerūt. Nicander etiā in Theriacis suis, id est, in eo libro, in quo remedia scribit cōtra animalia uenenata, eandē herbā Alcibiū, & Echin utroq; nomine uuncupat, atq; eiusdē libri expositor, Alcibiū q̄dē ab inuētore, uel ut Demetrius inquit, ab Alcibio q̄dā, qui primus ex eadē herba remediū sensit, Echin aūt q̄m contra uiperarū ictus utiliter bibitur, scribit (appellatam.

¶ De CENTVNCVLO.

Centunculū.

Centunculum scribit Plinius libro. 28. uocari ab Italis herbam rostratis folijs ad similitudinem capitis penularum, iacentem in aruis, eandem autem a Græcis Clematidem appellari: eius pręterea egregium effectum ad sistendam aluum in uino austero testatur. At Dioscorides libro. 3. non Clematidem a Gręcis nuncupatā, sed Gnaphalium potius scribit, a Romanis Centunculum dici: atq; eundē fere in Gnaphalio refert effectum, quem in Centunculo Plinius: nam eius folia in uino austero pota, dysentericis prodesse confirmat, quod idē Plinius libro. 27. de Gnaphalio scribens pariter asserit. Dioscorides prętcrea, qui omnes Clematidis species diligenter atq; acurate conscripsit, nullam tamen hoc nomine a Gręcis insinuat uocitari, qualem designat Plinius rostratis folijs ad similitudinem capitis penularum in aruis iacentem.

B

¶ De IASINE.

Lasine.

Idem Plinius eodē lib. 28, atq; eodē in loco ubi Centunculū nominat, iaginē quoq; inť Clematidas connumerat, quā lib. 22. lasinē nominauit. De lasine siquidē lib. 22. ita scribit. Salutaris est phtisim patientib. At lib. 28. de Lagine ita. Phtisicos iuuat cū melle. Itē de lasine. Mulieribus lactis ubertatē facit. De lagine similiter. Lactis ubertatē facit. De lasine quoq;. Infantiū capiti illita nutrit capillū, tenacioreq; ei9 cutē facit. De lagine pariter: Et infantibus illita capillū alit. Vtranq; uero & lasinē & laginē in cibis placere, & uenerē stimulare testať. Quorū uicinitas nominū & pares ꝓpemodū effectus, argumento esse possint, uel lasinen, uel laginē in utroq; libro esse legendū, atq; eandē plantā ꝓ diuersis bis frustra a Plinio repetitā. Eandem prętcrea laginem scribit Plinius ab aliquibus Echiten uocari, & tenue Scamoniū: quod dictum me suspicari facit, ne laginem & Echiten pro Elxine & Eusine, codicis forsitan errore, scribať. Neq; enim agnoscitur planta, quæ uerius tenue Scamonium dici possit, quam ea quam Græci alijs uocabulis & Elxinen, & Eusinen, & Cissampelō etiam appellant. habent hæc omnes Scamonij notas. Libro siquidem quarto scribit Dioscorides, Elxinen habere folia Hederæ similia. At eiusdem Hederæ folijs & Elxines pariter Scamoniū libro eodē ab eodē Dioscor. scribitur. Elxine quoque florem ferc candidum, calathi figura, & plurimo lacte manat, & aluum ciet sicuti Scamonium. Hanc eandem El-

C xinen Plinius, nisi fallor, libro. 21. Conuoluolum appellat: ob id, quod, ut etiam de Elxine scribit Dioscorides, omnibus in quas inciderit plantis circunuoluitur. Eiusdem florem scribit Plinius esse rudimentum naturæ Lilia facere condiscentis: in quo flore plurimi decipiuntur literatores, qui Simonis Genuensis autoritate freti, existimant eundem florem esse Ligustrum, de quo Vergilius: Alba ligustra cadunt: cum tamen Ligustrũ sit arbuscula, quæ quidem flores albos profert, sed plurimum a Conuoluoli flore differentes. Eadem arbuscula hodie quoq; in aliquibus Italiæ locis ab incolis Lagustrum, pro Ligustro corrupto nomine dicitur. Audio etiam a plerisq; Caprifolium appellari, quoniã eius folio capræ præcipue uescantur. Non longe huic dissimilis in Asia nascitur, quæ a Græcis Cypros, ab Arabibus Alcana uocatur. Minus uero mirandum sit, Plinium hominem quantum negocijs ciuilibus deditum, tantum ab omni medicinæ exercitatione remotum, in hac fruticum ac herbarum contemplatione aliquando cespitasse: quando & Auicena ipse, quem si uere eũ, quem illi omnium fere ætatis nostræ medicorum tribuit consensus, in medicina principatum mereatur, non solum scriptis, sed rerum quoque experimentis atque operibus uere medicum fuisse oportuerit, tam in eisdem rebus ad usum medicinæ necessarijs uidetur fuisse implicitus atque perplexus, ut hanc ipsam Elxinẽ, siue Cissampelon, quæ latine Conuoluolum dici potest, & Alsinen, quam scribit Dioscorides Auriculam muris a Romanis nuncupari, & aliam quam Græci proprius Myosotida, id est, Auriculam muris appellant, & Anagallidẽ, quatuor scilicet herbas & natura & figura plurimum differentes, sub unius Auriculæ muris appellatione confunderet. Quod si quis pro Auicenna obijciat, potuisse eum & Alsinen, & eam quæ proprie Auricula muris dicitur, & Anagalliden, has tris omnes herbas Auriculæ muris nomine nuncupare, quoniam æque omnes folijs musculorum auribus similibus constant: hoc tamen de Conuoluolo, cuius folia sunt Hederæ folijs similia, nequaquam dici potuerit. Cur enim postmodum Auicenna seorsum de Anagallide sub proprio nomine tractauit, cuius antea proprietates in Auricula muris assignauerat? Cur etiam eiusdem proprietatibus alias commiscendas duxit, quæ sunt eius herbæ, quæ proprie muris Auricula uocatur, non autem Anagallidis peculiares? Sed ne uideamur Auicennam per calumniã falso reprehẽdere, eiusdẽ Auiceñæ uerba ex secũdo ipsius de simplicibus medicaminib. libro in mediũ afferemus. Auricula muris, inquit, est herba, cuius uirtus secundũ Galenũ ꝓpinqua est uirtuti herbę qua uitrũ abstergit̃. Hic Auiceña Alsinẽ sine dubio innuit, quã Dioscor. atq; Galenus testant̃ habere similes uires Elxinę, id est, Parietariæ, siue herbæ qua uasa uitrea absterguntur. Deinde subiungis Auicenna. Et hoc nomen absolutũ est duab. herbis, quarũ una est quam nominat Gale. & odorat̃ ex ea odor Maluę, & non habet duriciem. Hæc quidem Auicennæ dicta uera sunt de eadem Alsine, cuius mentionem facit Galenus libro Sexto.

Conuoluolum. Ligustrum. Cypros. Alcana. Auicennæ lapsus. D Auricula muris. Anagallis. Alsine.

quamquam nihil de tali odore retulerit. Quod uero demum addit Auicenna, quod altera quam nominauit Dioscorides, sit similis Volubili, nisi quia minora habet folia, omnino falsum est: hoc enim Dioscorides scribit de Elxine, quæ & Cissampelos dicitur, quod habeat folia Hederæ similia, minora tamen. Auicenna siquidem ab effectu Hederam Volubilem nonnunquam appellat, sicuti eadem ratione hæc ipsa planta, quæ apud Grecos Elxine & Cissampelos dicitur, latine Conuoluolum appellatur. Sed quænam Conuoluolo cum Alsine, siue Auricula muris in folijs, aut flore, potestatibusue societas? quamuis tenuis quędam in nomine tantum apud Gręcos similitudo reperiatur. Nam Auricula muris Alsine, Conuoluolum autem ab eisdem Gręcis Elxine uocatur: quę sane uicinitas nominis decępit Auicennam, qui postmodum serpentes auibus, & tigribus ursos geminare uidetur, hoc est, res omnino differētes in una designare, cum Conuoluoli effigiem, atq; Anagallidis pariter pingit: ita enim post uerba paulo ante scripta subiungit. Est & herba expāsa super supficiē terrę, paruos habens stipites, domestica, bona, sine odore, & nō habet saporem fortem, azulinos habens flores, cuius semen semini Coriandri assimilatur. Hęc omnia Auicennę uerba indicant alterum genus Anagallidis, quod florem profert cęruleum, & fœmina dicitur, sicuti etiam effectus Anagallidis proprij ab Auicenna subiuncti manifestissime ostendunt. Quos, ut antea scripsimus cum seorsum de utroq; Anagallidis genere sub proprio nomine tractat ipse Auicenna subscribit: addit tamen & aliam quę non est Anagallidis, ex sententia cuiusdam Musaich, facultatē. s. q̄d iuuamentū eius est iuuamentū Absynthij. Hoc aūt non de Anagallide, sed ea herba quæ proprie Myosotis, id est Auricula muris a Gręcis appellatur, differtq; ab Alsine, & utraq; specie Anagallidis. Legitur apud Paulum, qui eam ad occidendos adhibent uermes. Ex quibus omnibus colligiē uerum id esse quod diximus, Auicennā maiori errore quam Plinium, qui res easdē tanq; diuersas exposuit herbarū, natura, ac figura differentiū, ꝓprietates ac uires in uno, ut diciē, capitulo miscuisse.

A — Cissampelos. — Conuoluolum. — Auicenna serpentes auibus geminat. — B — Myosotis.

¶ De ARCTIO, et PERSONATIA.

Sed non est nunc nobis cum Auicenna, sed cum Plinio negociū, quare ad ipsum reuertamur. Hic libro. 25. de Arctio, quamuis Echion errore codicis, ut arbitror, legatur, ita scribit. Arction quidam Personatiam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem: huius radicē decoctam ex aceto dant potui. De eadem Personatia non multos infra uersus Plinius ita scribit. Personatia, quam nemo ignorat. Licet autem & hic pro Personatia Persolata uitiose scribatur, tamen quod sequiē, probat Personatiam esse legendum: ita enim subiungit. Gręci uero Arction uocant, folia habet maiora etiam Cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraq;, & crassiora, radicē albam & grandē: hęc ex uino bibitur denariorū duorum pondere. Videtur profecto Plinius duo Arctij genera putasse, quorum utrunq; Personatia diceretur, alterumq; biberetur contra serpentes

Arction. — Personatia.

C ex aceto, alterum ex uino. Attamē & Dioſcorides & Galenus, ac Paulus de uno tantummodo arctio proſopite, id eſt, Perſonatia ſcripſerunt. Eſſe uero idem Arction, ſiue eandem Perſonatiā, quam primo & ſecundo loco deſcribit Plinius, eiuſdē Plinij uerba apertiſſime oſtendunt: nam de prima ita ſcribit: Quidam Arction Perſonatiam uocant, cuius folio nullum eſt latius, grandes lappas ferentem. Hic autem procul dubio Plinius innuit illam, quæ a noſtris tum Bardana, tū Lappa maior appellatur: Quam ideo ueteres Perſonatiā dixerunt, quoniam hac propter amplitudinem foliorū ad perſonatos faciendos utebantur. Hanc uero eadem ratione Dioſcorides, Galenus ac Paulus Proſopiten, id eſt Perſonatiam nuncuparunt, ac folijs Cucurbitę, nigrioribus tamen atq; hirſutioribus conſtare tradiderunt.

Bardana.

❡ De CHAMAEDAPHNE.

Chamædaphne.

Plinius libro. 15. Chamædaphnem ita deſcribit: Eſt & Chamædaphne ſylueſtris frutex, & Alexandrina, quā aliqui Idęā, aliqui Hypogloton, alij Daphnen, alij Carpophyllō, alij Hypelatē uocant. Ramos ſpargit a radice dodrātales, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quam Myrti, molliore ac candidiore, maiore ſemine inter folia rubro: plurima in Ida, & circa Heracleam ponti, nec niſi in montoſis. Eandem Chamædaphnē poſtmodum Plinius libro. 24. ita deſcribit: Chamædaphne unico ramulo eſt, cubitali fere folio, tenui, lauri ſimilitudine, & reliq̄. Quis D non uideat Pliniū eidem plantæ differentes deſcriptiones afferre? Eſt enī prior deſcriptio in Daphne Alexandrina, nō autem in Chamædaphne libro. 4. a Dioſcoride tradita. Eſſe uero Chamædaphnen a Daphne Alexandrina differentem, non ſolum Dioſcorides, ſed Galenus pariter & Paulus in ſuis de ſimplicibus medicaminibus libris oſtendunt.

❡ De OXYMIRSINE.

Oxymirſine.

Idem Plinius cum Myrtum ſatiuam libro. 23. deſcripſiſſet, eiusq; uires ac facultates aſſignaſſet, poſtmodū ſubiungit Myrti etiam ſylueſtris, quę a Græcis Oxymirſine dicitur, proprietates: adeo, ut putaſſe uideat, Oxymirſinen, quæ & Myrtus agreſtis dicitur, a Myrto ſatiua, ſicuti plęraq; alia herbarum, fruticum, atq; arbuſcularum genera, ſylueſtris tantummodo atq; ſatiuæ diſcrimine differre. Idcirco de Ruſco, qui Oxymirſinę, & Myrtus agreſtis a Græcis nuncupatur, tanquam de re ab Oxymirſine diuerſa, ſeparatis in locis ſæpe commeminit: quanquā non alias in Ruſco, quam in Oxymirſine uires ſubſcribat. Eodē tamen libro. 23. Plinius adducit Caſtorē, qui id quod uerū erat exiſtimauit, eandē ſcilicet eſſe Oxymirſinem apud Græcos, quæ latine Ruſcus, uulgo autem etiam a medicis Bruſcus appellatur, ex quo Plinij temporibus, ſicut hodie quoq;, fiebant ruri ſcopę. Sed præter Caſtorem Dioſcorides etiam libro quarto teſtatur, Oxymirſinen, ſiue Myrtū agreſtem a Romanis Ruſcum nuncupari. Minori tamen, ut uerum fatear, errore dubitauit Plinius, nunquid Oxymirſine eſſet Ruſcus, an alia arbuſcula tanq̄; ſylueſtris, a Myrto ſati-

Ruſcus.

ua differens: quam Serapio Arabs affirmauerit Oxymirsinem esse arbo- rem ferentem fructum, qui apud Arabes Cubebe uocatur: friuolæ satis rationi subnixus, quod neq; Galenus de Oxymirsine, siue Myrto agre- sti, neq; Dioscorides de Carpesio, id est, Cubebis, ita enim Arabes Car- pesion interpretantur, quicquam in suis de simplicibus medicaminibus libro tradidissent. Sed longe alia res est Carpesiũ ab Oxymirsine, & qui utrunq; nouit fructum, Cubebas scilicet & baccas rubentes, quas Oxy- mirsine uel Ruscus profert cerasijs similes, quantum deceptus fuerit sua coniectura Serapio facile iudicabit. Neq; eo tantũ fallitur Serapio, quod Oxymirsines fructum, de qua scripsit Dioscorides, putet esse Cubebas, sed ob id etiam, quod Carpesium, de quo Galenus, non autem Dioscori des facit mentionem, Cubebas esse opinatur. Nam neq; idem est Carpesi um atq; Oxymirsine: & licet Arabes, in quorum numero etiam est Aui- cenna, pro carpesio cubebas accipiant, aliud tamen significare Carpesi- um apud Græcos quã grana illa minuta, quæ Arabes Cubebas uocant, indicat Galenus in libro suo de theriaca ad Pisonem, qui scribit Carpesiũ esse festucas quasdã tenues aromaticas similes in gustu Phu, id est, radice odoratæ cuiusdam herbæ, quam nonnulli illam esse opinantur, quæ uul go Valeriana dicitur. Licet nõ omnia quæ de Phu scribit Dioscor. Va- lerianę conueniant. In Auicenna autẽ, qui omnia fere refert de Cubebis, quæ de Carpesio Gale. alter est etiam error. Nam cum scribat Galenus, ut diximus. Carpesiũ similes uires habere Phu, magis tamen subtili par- tium constare substantia: hoc non de Phu, sed de Rubea in Auiceña legi tur. Hæc enim sunt eiusdem Auicennæ uerba pro Carpesio Cubebas in dicantis. Cububæ quidẽ eius uirtus est similis Rubeę: uerũtamen est sub (tilior.

A Cubebe. Carpesium.

B

¶ De LOLIO.

Aeram a græcis dici granum illud quod a nostris Loliũ appellatur, scribit Dioscorides libro. 2. ac præterea hij, qui ab Aristotele in libro de somno & uigilia, atq; a Plinio libro. 18. de eadem Aera scribunt effectus, quod scilicet capitis grauedinem & uertigines faciat manifestissime pro- bant. Plinius tamen eodem libro, atq; eodẽ capite Aerã describit, & Lo lium quoq; tanquã ab Aera differat separatim nominat. Nam si idem pu tauit & Loliũ & Aeram, mirũ quod sicuti in alijs plęrisq; frugibus atq; earum uitijs, in quibus nomina latina non deerant, sicuti in frumento, or deo, & auena Græcis utendũ non censuit, non idem quoq; in Lolio sta tuerit, tam præsertim apud omnes usitato uocabulo.

¶ De AVENA.

De Auena error in eodem libro & capite legitur. Nam cum in princi pio uitia frugũ exponit, scribit Ordeum in Auenam degenerare. Paulu- lum uero infra refert idem Plinius, Ordeũ necari a festuca, quæ nomi natur Aegilops. At si Dioscor. credimus, quę a Græcis Aegilops dicit̃, a Latinis Auena nuncupatur. Galenus quoq; in primo sui de alimentis uoluminis libro, cũ in Tritico atq; Ordeo generatio minus ꝓspere cesse

C rit, alterum in Aeram, alterum in Aegilopen frequentius conuerti testat: quod etiam maximũ est argumentũ, æram idem esse quod loliũ, & Aegilopen idẽ quod Auena. Quam Plinius gallicã Nardũ appellat, Dioscor. Celticam uocat, quemadmodum illa apertissime indicant, quæ de nardo celtica & gallica ab utroq; autore referuntur. Hanc eandẽ nardũ celticã scribit Dioscor. libro primo in alpibus Liguriæ nasci, atq; ab incolis Saliuncam appellari. Plinius tamen de nardo gallica & Saliunca locis separatis, tanquã rebus differentibus tractat. Saliuncam nihilominus lib. 21. herbam odoratã esse fatetur, quæ si uestibus interponatur, gratissima sit: eandem quoq; testat in alpibus nasci, atq; eius in medicina usum tradit, non multum a nardo celtica differentem.

Gallica nardus.

Saliunca.

¶ De SIO HERBA.

Sion herba.

Idem Plinius lib. 22. scribit, Sion folijs Apij, sed latiotibus in aqua nasci, aliasq; eidẽ proprietates uiresq; subscribit, quas etiam Dioscor. libro secundo refert. De eodem postmodum Plinius libro. 25. de Silao fere eadem. Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, Apij similitudine, coquitur ut olus magna utilitate uesicæ. Vtraq; descriptio sine dubio ei herbæ conuenit, Apio simili in aquis nascenti, quam quidam falso Senectionem appellant, aliqui uulgo Crissones uocant. Videtur tamen Plinius aliud Sij, aliud Silai nomine indicare uoluisse: aut si pro Silao Sion legendum sit, frustra eandem herbam duobus in locis descripsisse.

Silaus.

D

¶ De CINNABARI.

Cinnabaris.

Quid quod Plinius aliquando uidetur uulgarẽ sequi opinionem, cum libro. 33. scribat Cinnabarim, cuius color in picturis proprie sanguinem reddit, esse Sanguinem draconis elisi elephantorum morientiũ pondere, permixto utriusq; animalis sanguine, quam quidem Cinnabarim utilẽ antidotis medicamẽtisq; esse confirmat. Medicos uero sui temporis, qui pro hac Cinnabari utebantur Minio, quoniam & ipsum Cinnabaris uocaretur, iure reprehendit. Nam hæc Cinnabaris, quæ etiam Minium dicitur, uenenũ est: cum ex ea fiat argentum uiuum, quemadmodum uicissim ex argento uiuo fit Cinnabaris factitia, quam nos uulgo Cenabrium uocamus. Neq; ego sum nescius, plerosq; etiam medicos ætate nostra in eundem labi errorem, cum Cinnabarim in Receptis (sic enim suas compositiones appellant) scriptum inueniunt, ac pro ea nominis similitudine decepti, Cenabrio utuntur, quod uenenum esse probat. Quemadmo- dũ igitur consulo hanc Cinnabarim in usu medicinæ fugiendã, ita nõ sua- deo draconum atq; elephantorũ saniẽ ex India petendã. Nam ut fabulosum esse putẽ, Cinnabarim illam quæ ad usum picturę & medicinæ adhibetur, ex utriusq; animalis sanguine permixto concinnari, grauissimi testis Dioscor. me facile mouet autoritas, qui quinto sui uoluminis libro, in quo de metallicis tractat, falso quosdam asserit existimasse, coloris similitudine deceptos, Cinnabarim sanguinem esse draconis. Durat uero adhuc antiquorum in eodem nomine persuasio; nam hodie quoque me

tallicum illud, quod Dioſcorides atq; Galenus Cinnabarim nominant, A uulgo Sanguis draconis appellatur. Quamquã fere omnes noſtra ætate medici, Serapionis atq; Auicennæ errorem ſequentes, id genus Sanguinis dratonis, quod in uſu eſt, ſuccum herbæ cuiuſdam arbitrantur, quæ a Græcis Sideritis uocatur. Sed de Sideritide quidem herba, omnibuſq; eius generibus pleniſſime ſcripſit Dioſcorides. Ex nulla tamen eiuſdem ſpecie talem exprimi ſuccũ edocuit, quo medici pariter atq; pictores ad ſuum utriq; opus uterentur. Hunc tamen duplicem & in pictura & medicina uſum compertum habemus, in eo quod purum Sanguinem draconis appellant, & de Cinnabari eundem Dioſcorides Pliniuſq; teſtantur: quod me maxime mouit, ut exiſtimarem idem eſſe Cinnabarim, de qua Plinius, ac ueteres autores Græci ſcripſerunt, & id q̃d nos uulgo Sanguinem draconis uocamus. Nam hic quoq; ſanguini colorẽ quamſimillimũ reddit, & eſt rarus inuentu atq; difficilis, nec minus carus quã legitur fuiſſe apud antiquos, quando ſyncerus atq; incorruptus uenundat̃. Nam qui paſſim in medicamẽtariorũ officinis uenalis exponit̃, adulterinus eſt, licet eum pro uero in medicinę uſu recipiamus: quemadmodum uilẽ quandã terram, atq; uulgarẽ pro Lemnia terra, quam, ut ſupra diximus, ueteres medici Lemniũ ſigillum appellabant. Sed in hac omnium rerum etiam ad uitam pertinentium incuria, ſit ſanæ ueniç locus, ſi alterũ pro altero negligenter accipitur, modo in uenenum præceps non feratur ignorantia, ut in Cinnabari diximus, pro qua ſæpe Minium factitium re B cipitur, quod uenenũ eſſe docuimus: liceat pro Terra Lemnia, terrã noſtratem gypſeo colore recipere, quę licet nihil habeat cum illa commune, præter quendam ficti tamen ſigilli characterem, non tamen eſt hic error cum uitæ pernicie. Pro Argemonio herba, quæ ut ſcribit libro ſecundo Dioſcorides, habet folium ſimile Papaueri agreſti, florem pariter ruſum, radicem rotundam plurimo ſucco croceo manantem: utantur altero fru tice, qui etſi plurimum a uero Argemonio & effigie & uiribus diſtet, in multis tamen morbis utilis eſſe probatur. Pro Eupatorio, Eupatoris regis inuento, ſumatur herba uulgaris paſſim in foueis naſcens, quã licet quid ſit a pluribus ignoretur, conſtat tamen non eſſe uenenũ. Pro Spina alba, quã Arabes uocant Bedaguard, quoniã hæc a medicis ignoratur, utnatur Spongiola roſæ ſylueſtris, quę in ſpinis naſcit̃. Nam etſi hęc plurimũ in medicinæ uſu differat a Spina alba, nõ tamen eſt hæc permutatio exitialis. Hoſce atq; alios quamquã & ipſos reprehenſione dignos errores quandoquidẽ interitũ manifeſtum non adferunt, condonemus illis quorum intererat hæc potius, tam ad uſum medicinæ neceſſaria, quã plęraq; alia nullius ad uitam momenti diligenter atq; ſubtiliter perſcrutari: modo pro ſemine Rutę ſylueſtris ſemen Cicutę, quam nemo ignorat eſſe uenenũ, non admittãt. Non ſit tanti unus accentus, ut quo, cum Harmel ſcribit̃ apud Arabes cum aſpiratione ſignificat Cicutã: cum ſine aſpiratione, Rutã ſylueſtrẽ, aliquando ex tantilla nota hoĩm uita periclitet̃. Ego

Sideritis.

Sanguis draconis.

Armel.

Ruta ſylueſtris.

C quidē sæpius artifices, q pillulas ex Hermodactylis ac fœtidas conficiūt, huius erroris admonui, nec cesso quotidie admonere, quamuis maior inueteratæ consuetudini quam mihi fides adhibeat. Quod si me audiant, neq; pillulis e lapide Lazuli eum lapidem adiungent, quo passim pictores utuntur. MONTAGNANA quidem medicus sua ætate celeberrimus, huius lapidis usum periculosum existimat: quoniā sæpius nō natiuus, sed arte, quā alchimicam uocant, fictus uenundatur. Ego uero tam naturalē quam fictitium cauendum censeo: quoniam non miuus est uenenum quam Miniū, quod uulgo Cenabriū uocari indicauimus: atq; ideo nihil de hoc lapide apud Græcos autores legitur, quod ad pnrgandam atrā bilē sit efficax, aut quod alios quos de eo scribit Mesue præstet effectus, quos ego uerius de lapide Armeno affirmari posse existimauerim. Nā & Mesue ipse, licet lapidē Lazuli, a lapide Armeno distinguat, non tamē uires ac proprietates admodū differentes in utroq; conscripsit. Serapio uero cum lapidē Lazuli notificat, eiusq; potestates exponit, nō alia refert, quam quę de lapide Armeno a Græcis traduntur, neq; postea quicquam lapidis Armeni alio in loco commeminit. Quod sane non tenue est argumentū, Serapionē eundē putasse lapidem, & qui Armenus a solo in quo gignitur, & Lazuli a colore cæruleo, quē Arabes Lazul appellant, uocaretur. Auicēna uero etsi seorsim de Azul, id est, de lapide Lazuli, & de lapide Armeno inter alios lapides scribat, quęcunq; tamen de

Lapis armenus.

Lapis Lazuli.

D lapide Lazuli refert, eadē omnia fere a Græcis autoribus, Diosc. præsertim, atq; Galeno, de lapide Armeno scribuntur: hæc enim sunt Auicennæ de lapide Lazuli uerba. Virtus eius est sicuti uirtus eius quo adhæret aurū. Dioscor. de lapide Armeno libro quinto ita. Eadē facit quę Chrysocola. Auicenna de Azul, siue lapide Lazuli sic. Inest ei uirtus eradicatiua, putrefactiua, & abstersio eius cum acuitate, & stipticitate pauca. Galenus & Paulus de Armeno lapide eadem fere: Habet uires abstergentes cum acredine, & pauca quadam astringendi facultate. Auicenna de lapide Lazuli pariter. Bonos efficit pilos palpebrarum, & est ultimū, sicut dicitur, propter proprietatē quæ est in ipso: & diciť quod propterea, quia ipsum euacuat humores malos ꝓhibentes oriri pilos bene. In eandē quoq; fere sententiam Galenus de lapide Armeno ita scribit. Cum igitur tali natura præditus sit, miscetur medicaminibus oculorum, ipsum quoq; seorsum terentes, & in puluerem quodammodo redigentes, utuntur sicco ad augendos pilos palpebrarū: quando ob humorum acredinem quidā ex ipsis decidūt, quidā nō augenť, neq; nutriunť. Nā ubi huiuscemodi humorū acrimonia fuerit consumpta, ad naturalē habitū palpebra restituitur. Ex hijs igiť tam similibus, ac pene eisdē tum Auicēnæ, tum Dioscor. atq; Gal. de lapide Lazuli, & lapide Armeno sententijs, unicuiq; uideri potest, Auicennam ęque ac Serapionē in lapide Lazuli lapidem Armenum designare. Magis uero in hoc Serapio quam Auicenna laudandus: quoniā cum lapidē Armenū sub lapidis Lazuli nuncupatione noti-

ficasset, nihil postea seorsim de lapide Armeno tanquam re a lapide La- A
zuli differente, id quod Auicenna fecisse probatur, scribendũ censuerit. Quod si pauca quædam in lapide Lazuli addit Auicenna, ut quod uirtutem habeat eradicatiuã, & putrefactiuã, quæ de lapide Armeno a Græcis non scribuntur, sed de altero metallo potius, quod ab eisdẽ Græcis Cyaneus appellatur, non sane mirandũ est, Auicennam ut in plęrisq; alijs, ita in hoc quoq; lapide rerum differentium proprietates miscuisse. Vnde illud euenit, ut sibi parum constare, atq; inuicẽ pugnantia in hoc eodem lapide scribere uideatur. Nam si uirtutem habet eradicatiuam, quemadmodum de ipso scribit, quo pacto nutrit, aut producit capillos ex proprietate quæ est in eo, quos ex uirtute eradicatiua debeat extirpare? Quod si etiam sit putrefactiuus, cum ea quæ putrefaciendi uim habent, a medicis doctissimis, ac Galeno præsertim, inter uenena computentur, qua ratione pillulæ ex eodem sine uitę periculo sumuntur? Hoc enim est id, quod ex lapidis Lazuli usu non paruũ imminere periculũ significaui. Eundẽ enim esse censeo illi, quẽ Dioscor. atq; Gal. sub Cyanei appellatione notificant, quẽq; idem Dioscor. libro. 5. uim destruendi ac putrefaciendi habere testatur. Atq; ideo nullus ex Græcis autoribus sicuti lapidem Armenũ, ita Cyaneũ quoq; purgandæ atræ bilis gratia docuit in pillulis deuorari. Neq; me latet, quędã esse, quę per se sumpta sint exitialia uenena, B alijs tñ admixta salutaria reddant. Sed dicat aliquis, quisnã usus, aut ratio hoc in lapide Lazuli deprehẽderit? nisi forte in eadẽ re Arabib. autoribus fidẽ adhibere uelimus, q̃s uerisimile est lapidẽ Lazuli a lapide Armeno nesciuisse distinguere, cum unius uires ac proprietates in altero notent. Huius siquidẽ erroris nõ est oĩno neq; ipse Serapio expers. Nam licet de lapide Lazuli tantũmodo scribat, quo nomine lapidẽ Armenũ uoluit intelligi? Quoniam uerba Gal. quæ Serapio in lapide Lazuli refert, sunt ab eodem Gal. in lapide Armeno conscripta. In fine tamen subiungit ex cuiusdam Alchanzi sententia, lapidem Lazuli habere uirtutẽ adustiuam & putrefactiuam, atq; ideo auferre uerrucas. Hæc autem, ut diximus, nõ est lapidis Armeni, sed alterius potius medicaminis, quod a Gręcis Cyaneum, a Latinis Cæruleum appellatur, potestas.

¶ De CICVTA, NAPELLO, & ACONITO.

Neq; uero mirandum est Auicennam in lapide Armeno, qui etiam a nostræ ætatis medicis ignoratur, hæsitasse quid esset, qui in Cicuta herba adeo uulgari tã anceps fuerit ac dubius, ut eã aliq̃n folijs Cucumeris, aliq̃n Mandragoræ iuxta diuersorũ autorũ opiniones constare tradiderit: & nunc eandẽ Succarã, nunc Alpharas, & nonnunq; Hyoscyamũ nigrũ appellet. Nam in suo de simplicibus medicaminibus libro. 2. sub Succaram appellatione Cicutam describit: eosdem siquidem Succaram tribuit effectus, quos Cicutę Dioscorides. In quarto autem libro ubi de uenenis agit, Cicutã nõ Succarã, sed Alpharas uocat: & existimat ipsam esse Napellũ, aut uenenũ quod interficit hominẽ, & nõ interficit turdos. Et post

C ea subiungit eandem huius rei causam, quam affert Gale. non in napello & turdis, sed potius in Cicuta & sturnis. Hæc enim sunt Galeni uerba tertio de simplicibus medicaminibus libro. Cicuta hominem quidem interficit ob meatuum latitudinem, & caloris abundantiam, ac propter magnã quam habent arteriæ in attrahendo uim, pollens adhuc pertingit ad cor. Non exanimat autẽ sturnos, contrarijs ex caussis. In eandem sententiam scribit idem Galenus libro secundo de alimentis, & tertio de complexionibus, de Cicuta & sturnis, non autem de Napello & turdis: ut in ore est omniũ fere medicorum, qui sola Auicennæ autoritate freti, id constanter affirmant, quod nulla habent experientia compertum. Quis enim sciat, an turdi sine noxa Napello uescantur, cum quid sit Napellus ex ipso Auicenna non constet? Signa enim quæ ab Auicenna ponuntur in eo qui hauserit Napellũ, sunt eadẽ hijs quæ a Dioscor. & Paulo scribunt in hijs qui toxicũ biberint. Est autẽ Toxicon quoddã ueneni genus, quo sagittæ ab antiquis tingebantur: hinc enim illi apud Græcos nomen, qm̃ missilia, quę ipsi toxeumata appellant, hoc potissimum medicamine inficerẽtur. Sed hoc idem ueneni genus ipse Auicenna paulo infra nominat corrupto uocabulo, pro toxico Tusson, cuius se necꝫ naturam, necꝫ nomen nosse fatetur. Eosdẽ tamen in eo ex aliorum sententia tradit effectus, quos etiam Dioscorides ac Paulus in Toxico notant, ac quos paulo supra idẽ Auicenna in Napello conscripserat. Quod autem in autore Pandectarũ legitur, atcꝫ ab omnibus fere medicis creditur, Napellum esse speciem Aconiti, id ex Auicennæ sententia affirmari non potest. Aconitum enim D duplex est, autore Gale. Aliud quod interficit lupos, atcꝫ idcirco apud Græcos Lycoctonos dicitur. Aliud quod pantheras exanimat, ac simili ratione ab eisdem Græcis Pardalianches appellatur. De hijs autem duobus Aconiti generibus Auicenna eundem Galenum secutus, sub nomine strangulatoris adib, id est, lupi, & strangulatoris leopardi seorsum a Napello tractauit. Quod si Auicenna nõ minus noxias quam etiã salutares herbas incognitas habuisse probatur, quodnam ex eius uiri doctrina aut in euitandis uenenis, aut in capiendis remedijs auxilij sperare possumus? Atqui omniũ artium professores hæc duo suscipere ac polliceri uidentur, bonorum, scilicet ac malorum in sua quisqꝫ arte scientiam.

Cicuta.

Toxicon.

Tusson.

Napellum.

Aconitum.

Idem Auicenna, ut ad id unde digressi sumus redeamus, eandẽ Cicutam eodẽ libro. s. quarto, ubi de uenenis agit, Hyoscyamũ nigrum nominat. Nam quęcuncꝫ signa ab Auicenna scribuntur in eo qui hauserit Hyoscyamũ nigrũ, ac contra idẽ uenenũ remedia, non alia sunt quam quę in Cicuta Dioscor. ac Paulus pariter notauerunt. Nec minus idẽ Auicenna in altera herba, quam pro Cicuta recipi oportere in pillulis ex Hermodactylis insinuauimus, incertus fuisse uidetur quid esset, cum gummi eius inter uenena ponat, atcꝫ ea signa pariter atcꝫ remedia in hijs qui idẽ gummi hauserint scribat, quæ Dioscorides ac Paulus non in gummi Rutæ syluestris siue montanę, necꝫ eñ uscꝫ legit aliquã Rutę syluestris speciẽ habe

re gummi tale, quod uenenũ ſit, ſed potius in ueneno quodã quod Ixia-ſa appellatᷓ, de quo etiam Nicander in theriacis ſuis facit mentionem, pariter notauerunt. Auicenna etiam in eodẽ quarto libro, ubi docet curationem morſus uiperæ, ſcribit Rutam agreſtẽ non eſſe, ut multi opinantᷓ, Harmel: cum tamen & Dioſcor. & Galenus ac Paulus quoddam genus Rutæ agreſtis Moly beſaſa, atq; Harmalũ appellari teſtentᷓ. Quod quoniam, ut ijdem tradunt autores, uim habet incidendi & diſcutiendi lentos ac tenaces humores in articulorum doloribus: ad quos pillulę ex hermodactylis ualent, quoniam magna ex parte talium humorũ uitio proueniunt, utilius adhiberi exiſtimauerim quam Cicutã, quæ ſua frigiditate augere potius eundem morbum poſſit quam tollere. Galenus ſiquidẽ libro de ſimplicibus medicaminibus primo, ſemen Cicutæ prę omnibus alijs frigidiſſimum eſſe teſtatur. In quinto uero eiuſdem uoluminis lib. etſi quædam uehementer frigida probat hebetandi ſenſus gratia, ubi impatibiles crutient dolores, uſum tamen Cicutæ in totum damnat: ut quæ non ſolum frigiditate, ſed etiam ſuperflua humiditate ſit pernicioſa.

A

Moly.

¶ De CISTHO, & HEDERA.

Non uidetur tibi Plinius libro. 12. iure reprehenſus, qui Ciſthon herbam, ex qua fit Ladanum, Hederam nominauerit, quoniam, ut inquit, Paulus, Aegineta Ciſthon hanc etiam Ciſſon, id eſt, Hederam nominet, & Dioſcor. eandẽ Ciſſaron, id eſt, Hederulam uocari tradat? Ego quod cũ ueniæ præfatione dicere liceat, doctiſſime Hermolãe, nuſq; reperi apud Paulum, aut Dioſcor. herbã illã ex qua conficitur Ladanũ, de qua nobis eſt diſputatio præſens, Ciſſon, id eſt, Hederam, uel Ciſſarion, id eſt, Hederulã nuncupari, ſed potius Ciſthũ, aut Ledon, ſiue Ladona: hęc enim ſunt Pauli uerba quarto ſui de medicina libri uolumine, in quo agit de ſimplicibus medicaminibus: λάδανον ἀπό τοῦ κισσοῦ λάδανος λεγομένυ γίνεται, id eſt, Ladanum ex Ciſtho Ladone appellata fit. Sic Galenus medicamentum id quod Ladanũ appellatur, ex Ciſtho, non autem ex Ciſſo fieri atteſtatur. Neq; Aëtius, his ætate aliquanto poſterior, nõ tamen exiguæ apud Gręcos autoritatis medicus, alia uſus eſt in eadẽ herba, quã Ciſthi appellatione: alterã tamẽ huic non longe diſſimilẽ ſub qua naſcitur Hypociſtis, nõ Ciſſaron, ſed Ciſtharũ duo iſti nobiliſſimi medici nuncuparunt. Dioſcorides uero alterum Ciſthi genus, ſub quo naſcitur Hypociſtis, tam Ciſtharum, quam etiam Ciſſarum a quibuſdam ſcribit nominari: alterum uero ex quo fit Ladanum, non ciſſaron, ſed Ledon tantum a quibuſdam inquit uocitari. Quo fit ut Ciſſari nomen, quod latine Hederulam recte dici poſſe arbitraris, non ei herbæ ex qua Ladanum generatur, ſed illi potius ſub qua naſcitur Hypociſtis, etiam Dioſcor. teſte conueniat: quæ etiam herba ladanifera, ſi nomine a Ciſſo, uel Hedera diuerſo diceretur, κίσσος potius quam κισσὸς pronunciaretur, faciendi gratia inter ipſam atque Hederam ſaltem ex accentu differentiæ. Quare ἀπό τοῦ κισσοῦ uox diminu-

B

C tiua formata, nõ hederulam, ſed proprij generis herbã ſignificaret, quod etiam ſit de altera, ſub qua naſcitur hypociſtis, ſtatuendum. Quamquam & Plinius ipſe Ciſthum non idem cum Hedera nomen, ſed uicinũ tantũ ſortitam eſſe inſinuauit. Vicinũ autẽ nomen uel κίσθος fuerit, uel κίσσος, a quo per diminutionẽ κίσσαρον, ſicuti ἀπὸ τοῦ κίσθου κίσθαρον. Neq; uero hanc ipſam plantã, ut etiã tibi conceſſerim facta ἀπὸ τοῦ κισσοῦ diminutione a Græcis Ciſſariũ nuncupari, puto a Latinis recte Hederulam poſſe nominari: quoniã non ſequitur, ut ſi κίσσος uel κίσσαρον multa ſignificent apud Græcos, plantam. ſ. ſub qua naſcitur hypociſtis, & hederam, uel hederulam, ſi qua inter hederæ ſpecies alijs minor exiſtit, qualis eſt ea quæ a Theophraſto Elice, non autem Ciſſarum nominatur, idcirco & Hedera, uel hederula totidem habeat apud Latinos ſignificatus: tanquam is frutex qui arbores ſcandit ac circunuoluitur, quam etiam alter ſuffrutex ſub quo naſcitur hypociſtis, quæ duę plantæ inter ſe non ſolum genere atque natura, ſed etiam colore atque figura plurimum diſtant, Hederæ uocabulo comprehendantur. In hoc ſane, quemadmodum in multis alijs, errore fuit autor Pandectarum: qui uolens, ut arbitror, Auicennam tueri æque ac Plinium medicinam utranque confundentem, Hederę nomen aliquanto etiam quam cęteri fuſius accępit: adeo ut omnem herbam qua capræ libenter ueſcuntur, ab edendo Hederam appellari poſſe putauerit. At tibi homini literatiſſimo, quem craſſa Minerua dedecet, ſcio hanc rationem non probari.

D Atque ideo non parua me cæpit admiratio, quo pacto unquam in animum inducere potueris, ut Hederæ nomen apud Latinos plantã, ex qua fit Ladanum, ſignificare poſſe credideris: cum nuſquam inueniri poſſit huiuſmodi ſignificatus exemplum: qñ & Plinius ipſe libro duodecimo dubitare uidetur, utrum ſit Hedera, uel Lada, quam hirci depaſcentes medicamen id quod Ladanum nuncupatur, barbarum, uillis adglutinent. Non te ſane latet, uirum tam græca quam etiam latina inſignem literatura, plæraque apud Græcos uocabula multipliciter dici, quæ tamen apud nos non ſeruant eandem ſignificatus multiplicitatem. Nam φιλέω uerbum apud illos ſignificat amare, & oſculari: Amare autem pro oſculari nunquam, ut arbitror, in noſtro ſermone reperies. Sed ut ab ipſis de quibus agit̃ plantis ſumatur exemplũ, σχῖνος in Gręcorũ lingua & lentiſcũ arborẽ, & id cepe genus quod ab ipſis σκίλλα, a Latinis Scilla appellatur, ſignificat: non tamen in noſtra lentiſci uocabulo aliud quam arbor deſignatur. An non tu Theodorum Gazam, quem tamen in Themiſtij editione præ cæteris imitandũ tibi propoſuiſſe fateris, in hoc tamen Plinianarum caſtigationũ opere carpis, quod nimiũ linguę latinę amplificandę ſtudioſus, id genus Rhaphani agreſtis, quod a Gręcis ἄπιος uel ἰσχὰς appellat̃: quoniam ἄπιος apud illos etiam Pirum ſignificat, latine dixerit Pirum? Quid enim aliud iñuere uolebas, niſi non eſſe piri apud Latinos æque atq; apud Gręcos τοῦ ἀπίου duplex ſignificatũ? Ego uero Theo. Gazę in hac p̃te patrocinari nõ uerebor, quẽ puto ἄπιον etiam p̃ Rhaphano agre

φιλέω.

σχῖνος.

ſti pirum recte conuertiſſe: quoniã id Rhaphani genus idcirco tale nomẽ apud Græcos ſortitum uidetur, quod Piri effigiem ſua figura repræſen- tat. Quare ob eandem ſimilitudinem etiam a noſtris commode Pirũ di- ceretur. Græci ſane uel ruſtici, qui eiuſdẽ Rhaphani uſum quẽ & Theo- phraſt. & Dioſcor. retulerunt, habent experientia compertum, quod. ſ. pars eius ſuperior uomitum faciat, inferior uero aluum citat, nunc etiam Chamæpidium, id eſt, terræſtrem pirum uulgo uocare conſueuerunt. Multa tamen alia ſunt, in quibus iudico eundẽ Theodorũ Gazã minus recte latinis uocabulis uſum fuiſſe pro Græcis. Nam hoc ipſum, de quo diximus, Rhaphani genus, quoniã non ſolũ ἄπιος, ſed etiã ἰσχὰς uocari a qui buſdã in græco Theophraſto codice legitur, idẽ nomen Theodorus Ca ricã tranſtulit. Sed quãuis ita apud Theophraſtũ, cuius de plantis uolu- mina magna ex parte ſunt deprauata, legatur, necꝫ tu id uerbũ in Plinio caſtigaueris: Dioſcor. tamen, cuius liber aliquanto emendatior quam Theophraſti apud Græcos habet, non Iſchada, ſed Iſchiada potius alio nomine idẽ medicamentũ nuncupauit. Qui ſi etiam Iſchas, ut apud The ophraſtũ & Pliniũ ſcribitur, diceretur, non poſſe tamen Caricæ uocabu- lum in lingua noſtra aliquam Rhaphani ſpeciem, quæ nullam habeat Caricæ ſimulationem, ſignificare.

A

Chamæpi- dium.

¶ De errore Theodori GAZAE in CENTAVRIO.

Iiſdem rationibus quas pauloante de Hedera attuli, auſim confirma- re, ſimili errore, atcꝫ aliquãto ſane maiore. Theodorus Gaza Centauriũ maius, Fel terræ nominauit. Nam cum Theophraſtus libro. 9. de plan- tis ſcribat, Centaurij radicẽ ad decẽ annos reſeruari, ac proculdubio Cen tauriũ maius intelligat, cuius radix, nõ aũt folia, quemadmodũ contra mi noris folia, non aũt radix, ad uſum medicinæ adhibeatur: hanc in utracꝫ Centaurio differentiã non animaduertẽs Theodorus, ut qui apud Dio- ſcor. Gale. & Plinium etiam forte non legerat, Centaurij minoris radicẽ eſſe ſuperuacuam, atcꝫ ideo nullam eſſe ipſam reſeruandi neceſſitatẽ, ita illum Theophraſti locum eſt interpretatus. Publica uero omniũ radicũ differentia, q̃d aliæ plus, alię minus tẽporis durant. Hellebori eñ uel an- nis. CCC. utilis durat: Malum terræ aut. V. aut. VI. Vernilago. XL. Fel ter- ræ. XII. Pinguis hæc ſpiſſacꝫ admodum eſt. Iam uero hic error Theodo- ri manifeſtus apparet, qui ſcribente Theophraſto, Centaurij maioris ra dicem pinguem ac ſpiſſam, cuiuſmodi eam Dioſcorides & Plinius etiam ſcripſerunt, ſicuti minoris tenuem, ac nullius in medicina uſus retule- runt. Ipſe tamẽ de minori ea ſcribi a Theophraſto putauit, quæ nullo pa- cto eidem conueniebant: atcꝫ ideo Centaurium Fel terræ uocauit: quo ſa ne nomine Centaurium minus, ob eximiam amaritudinem conuenienti us inſignitur: maius uero tantũ abeſt ut Fel terræ dici poſſit, ut multo re- ctius mel terrę uocaret. nam eius radix eſſe ſubdulcis a Dioſcoride tradi- tur: & qui eandem norunt ita eſſe experientia comprobarunt. Ego ſane

B

Centaurium maius.

C ſcio ipſam ab omnibus fere medicis ætate noſtra ignorari. Conciliator quoq; differentia centena, Centaurium maius æuo ſuo incognitum fuiſſe teſtatur, licet milies ipſum, ut arbitror, uiderit, atq; ad opera medicinæ frequenter adhibuerit: quod etiam noſtri temporis medicis frequentiſſime contigit. At qui fieri poteſt, aliquis inquiet, ut uel Conciliator, uel eo poſteriores medici id medicamentum ignorauerint, cuius uſum aliquando nouere? nam proculdubio hæc inuicem pugnantia uidentur. At ſi mihi more ſophiſtarum loqui liceat, illud dicere auſim, Centaurium quidem maius a medicis noſci, non tamen ab eiſdem noſci Centaurium maius: quemadmodum Eupatorium agnoſcunt, non tamen agnoſcunt Eupatorium, in quo ſane minus quam in Centaurio maiore ſunt excuſandi. Nam licet hoc non ſolum peregrini, ſed etiã ſit ſoli Itali germen, nõ tamen in multis Italię prouenit locis. At Eupatorium in pratis, in uiridariis, in uepribus, in planicie, in montibus paſſim naſcitur, & niſi connuueamus ubiq; fere noſtros incurſat oculos. A Dioſcoride uero ac Plinio eius effigies ita deſcribitur, ut pene ante oculos poni uideatur. Hæ quales ſint herbæ, quo nomine a noſtris uulgo uocitentur, conſulto celari conſtitui: ne quod quidam mihi ſuis contra me ſcriptis, ut audio, obiecerunt, qui ſcilicet inter te ac me diſcordiam quæſiuerunt, tuum uidear expectatiſſimum de huiuſmodi rebus præripere uelle tractatum.

Quædam medicis uſu nota, nominibus incognita ſunt.

¶ De errore Gazę in BIBINELLA, et SCOLOPENDRIO.

D Redeo ad Theodorum, qui & Thrialidem Bibinellam, & Scolopendrium Linguã ceruinã conuertit, eodem.ſ. linguæ noſtræ amplificandæ ſtudio ꝓmotus, nõ ſane improbando, modo rerũ ꝓprietas & natura ſeruetur. Nã ut de Lingua ceruina taceã, quæ nõ eſt Græcis Scolopendriũ, ſed altera potius ab eiſdẽ Hemionites nominata, illi quidẽ uiribus proxima, figura autẽ plurimũ diſtans. Licet tu in tuis caſtigationibus tam ambas ſimiles ſcripſeris, ut difficile ſit internoſcere: ut, inquam, de iſta taceã, ob eã ſaltẽ quã habet cum Scolopendrio poteſtatũ ſimilitudinem, Thrialis omnino differt ab ea quã uulgo Bibinellã appellamus. eſt enim altera potius quam Græci tum Phlomum, tum etiam Trialida uocant, hoc eſt, Elychnium: quoniã pro elychnio in lucernis utuntur, Latini Verbaſcũ nominant, quidam recentiores Taxum barbatum.

¶ De MILO ARBORE.

Milos arbor.

Pari errore Theodorus Milon arborẽ, Taxon latine dixit, cum tamen Taxos arbor, non Milos, ſed Smilax a Græcis uocetur. De qua quidem Smilace Theophraſtus tanq; arbore differẽte ſeorſum a Milo tractauit. Quo etiã in loco Theodorus græcam ſeruauit appellationẽ, hoc eſt, Smilacem dixit, ubi Taxum potuit interpretari: ubi autem Milon ſcribere oportuit, quoniam huic forte arbori nomen lingua latina non dedit, ipſe Taxum nominauit. Quo tamẽ in errore magis eſt Theodoro ignoſcendum, qm̃ & Plinius noſter ſimili ꝓpinquitate deceptus, Milon arborem

inter Meliæ, id est, Fraxini species libro.16. collocauit: quod facile est ani A maduertere, si quis quæ de Milo arbore lib.3. Theophrast. quę de uarijs Fraxini speciebus scripserit Plinius, diligentius inspiciat. Vide quot nodi apud Theodorum, male aliquando Theophrastum interpretantem, & Plinium etiam implicant, qui, nisi tu eos doctorum doctissimus solueris, mihi sane uidentur inexplicabiles.

¶ De CHAMAEDAPHNE.

Idem Theodorus Chamædaphnem Vincamperuincam apud Theophrastum interpretatur, cum tamen Chamędaphne alia sit planta, cuius descriptio apud Dioscoridem plurimum a Vincaperuinca est aliena. Cuius etiam Vincæperuincæ naturam, imaginemq; accuratius contemplantibus, illa esse uidebitur quæ a Dioscoride ac Plinio pariter Clematidis atque Daphnoidos, & Polygonoidis nominibus designatur.

Chamædaphne.

¶ De APARINE.

Theodorus insuper Aparinen Lappam nominauit, cum tamen Lappæ nomen communius appareat, ac sicuti per excellentiā Personatiæ potius grandes lappas ferenti conueniat. Hij tamen de Vincaperuinca, & Lappa Theodori errores ex Plinij autoritate, ita easdem herbas nuncupantis, habuere occasionem: quemadmodum & ille haud parui sane momenti, quo æque ac Plinius, Theodorus lib. 6. Theophrasti Cisthū Hederā transtulit, atq; eodē modo in marē diuisit & fœminā, & florē utriq; rosaceum adscripsit, in mare purpurā accedente. Idcirco autem superiora illa in Theodori translatione errata notauimus, ut hoc postremum q̊d plurimum meæ opinioni aduersabatur, exemplo aliorum magis confirmaremus. Iam enim quidā mihi Theophrastum obijcere moliti sunt lib. 6. interprete Theodoro Gaza, non aliter quam Plinium libro.16. Hederam diuidentem, eundemq; illi florem deputantē. Quę si pro ueris, atq; fideliter ab utroq; autore scriptis recipiantur, nulla dubitatio relinquetur, Cisthum, id est, Ladam, posse etiam Cissum, id est, Hederam, ut tibi uideo placere, uocitari: & quæ de Cistho Theophrastus, cæteriq; autores Græci tradiderunt, eadem a Latinis de Hedera absq; ullo errore referri. Quare cum in hoc totius controuersiæ nostræ cardo uertatur, liceat mihi hunc locum, cum bona abs te uenia impetrata, diligentius examinare, quando & tibi non fuit indecorū ad leuia ista nostratia legēda, & iudicio cognoscēda descēdere. Hactenus quidē de solo nomine disputauimus, liceretne Cisthū utrāq;, tam eā. s. quę fert Ladanū, quā alterā sub qua nasci tur Hypocisthis, Hederam latine appellare. Sed esto hoc uerbū Cissos apud Græcos tam de Cistho altera planta, quā de uera Hedera proferat, sicuti uox ista Canis, tam de animali terrestri, quā etiā de cœlesti sidere dicitur: at quemadmodum neq; canem cœlestem recte in marem ac fœminam diuiserimus, neq; utrunq; sexum habere latrandi naturam concesserimus: eadem, ut puto, ratione neque Plinium Hederam per maris ac fœminæ differentias iure partitur, neque utriusque florem rosaceū con

B

C uenientem assignat: quoniam hæc Cistho, non autem Cisso Hederæ a Theophrasto & Dioscoride, & ab ipso Plinio libro.28.tribuuntur. Vt enim omittam illam Hederarum in marem & fœminam libro.16.ab eodem Plinio positam diuisionem, quam forte quispiam omniũ plane herbarum, fruticum, suffruticum, atq; arborum communem esse contenderet, quis unquam uidit rosaceũ in Hederis florẽ? Tanti ne esse debet Plinij, aut Theodori Theophrastũ intpretãtis autoritas, ut illis potius, quã oculis nostris credere debeamus? Magnus sane philosophus Aristoteles, tanti iudiciũ sensuũ existimauit, ut ubi iste adsit, uanũ putet quærere rationẽ. Galenus omnium medicorũ princeps, illos pro insanis habendos putat, qui cum ex sensibus possint habere probationes, eas ex demõstrationibus petendas censent. Auicenna eiusdem Galeni, ut de seipso fatetur, interpres, eos qui sensibus credere nolint, igne exurendos, aut flagellandos iudicauit: ut dolorem sentientes, sensuum iudicia uera esse perciperent. Et recte quidẽ hij uiri doctissimi sunt arbitrati. Cur enim nobis oculos, & reliquorum sensuũ opificia natura concessit, nisi ut ad prospiciendam inuestigandamq; ueritatẽ proprijs possimus niti subsidijs? Nõ debemus ꝓfecto ita nosmetipsos destituere, ut aliorũ semper uestigia sequentes, nihil ꝑ nosmet ipsos decernamus. hoc em̃ uere esset alienis oculis uidere, alienis auribus audire, alienis naribus odorari, aliena sapere intelligentia, ac nihil nos aliud quã lapides esse statuere, si omnia aliorum assertionibus committeremus, nihilq; a nobis ipsis discutiendum putaremus. Quam tamen opinionem tum in omnibus alijs quęstionibus, tum in hac præsertim de Cisso & Cistho debemus abijcere: ubi tanta int Hederæ florẽ, ac Rosam syluestrẽ apparet differẽtia, ut eiusdẽ Rosæ cõparatione Hederę flos aliud potius, quã flos, id est, lanugo quędã uideat, qualis in Vite, ac Moro, Populo, ac plerisq; alijs plantis conspicit, quæ ita ab alijs discrepãt flore, ut ne flores qdẽ ullos unquã ꝓcreare existiment. Atq; ut iã ex ijs quæ sensu ꝑcipi possunt luce clarius ostendamus, noluisse Theophrast. Cissum, id est, Hederã, sed Cisthũ potius diuidere in marẽ ac fœminã, ac Rosæ syluestri similẽ florẽ utriq; subscribere, quę idẽ autor de Hederę flore scribat libro primo, differentiã plantarũ per flores ostẽdens, in mediũ afferemus. Hæc sunt, ut tu optime nosti, Theophrasti interprete Theodoro Gaza libro quo diximus uerba. Nunc illud exploratũ habemus ꝑ omnes partes, plures differẽtias uario modo exultare. Nã flores alij lanuginei, ut uitis, mori, hederæ. Alij foliati, ut amigdali, mali, piri, pruni. Vt uero etiã euidentius qd sit apud Theophrastũ flos lanugineus intelligat, alia ipsius Theophrasti uerba de eodẽ flore lanugineo subtexent ex lib.8. ubi ita scribit. Huic Plantago similis cõstat, nisi qd flores non quemadmodũ illa particulatim edit, sed per totam spicam tritici modo, ambobus tamen flosculus lanugineus exit, sicuti frumento, & reliquis. Itẽ Theophrastus de re eadẽ ita.9. uolumine edisserit. Quin & floribus differentia tum natura, tum positu data est, de quibus fere in hijs

Sensuum iudicium certissimum.

quæ in uniuersum digessimus satis dictum existimamus: scilicet quod a- A
lij lanuginei, ut omniũ fere germinantium spicarũ: alij folijs constant, ut leguminum. Quod si quis adhuc etiam qualis sit flos lanugineus, qualis ue ei oppositus foliatus ignorat, ipso Theophrasto exempla non pauca suggerente, primum quidem in uite, moro, plantagine, panico, milio: secundum uero in amygdalo, malo, pruno, & leguminibus contempletur: neq; uel minimum dubitabit, quin Rosę syluestris in altero genere florũ, quos Theophrast. foliatos appellat, comprehendatur, lanugineis ex aduerso distinctos. Quare Hederæ flos non magis Rosæ syluestris, quam flori, mori, uitis, plantaginis, milij, panici similationem continebit. Sed quoniam nonnulli sunt qui mentis aciem longe clariorem quam corporis iudicant, atq; hebetis obtusiq; hominis putant, omnia sensus testimonio, nihil autẽ probare ratione, age & argumentis ex media sumptis philosophia aptissime demonstremus, nusq; Theophrastũ illã de qua supra diximus in Cisso, id est, Hedera, sed Cistho potius libro. 2. fecisse differẽtiã: quã tamen eius autoritatẽ aduersarij contra nos adducentes, non aduerterunt, simili alterius, Theodori. s. male Theophrastũ interpretantis, errore tueri. Illud mihi tecũ non minus Platonica quam Aristotelica disciplina uiro conspicuo primũ conueniat, nõ paruũ esse diuisionis qua philosophi utuntur artificiũ, quod Plato philosophus excellentissimus adeo extollit atq; admiratur, ut qui multa in unũ recte collegerit, atq; unum in plura recte diuidere scierit, eius uestigia tanq; diui cuiusdã sectari in dialogo qui Cratillus inscribitur, ex persona Socratis dixerit. Eandẽ diligentissime diuisionis scientiã Aristoteles adeo difficilem atq; operosam putauit, ut in secundo de partibus animaliũ uoluminis lib. animaliũ genera in proprias species diuidere aggressus, quemadmodũ ei Galenus noster obiecit, titubanti potius ac dubitanti, quam aliquid affirmanti, aut asserenti similis uideat᷑. De hac eadẽ diuidendi facultate apud Latinos Boetius, apud Grecos Andronicus, ac Theophrast. libros acuratissime scriptos posteris reliquerũt. Quis uero sanę mentis dubitauerit, quin ea quę in eisdẽ libris diuidendi pręcepta tradunt᷑, ipsius artis pręceptoribus notissima fuerint? Sunt aũt hæc, ut Gal. non minor pene philosophus q; medicus, in præfatione artis curatiuæ ad Glauconẽ exposuit, sũma atq; præcipua artificiosæ diuisionis decreta, ex Platonicæ disciplinæ thesauris accepta: a primis, supremisq; esse incipiendũ: deinde hæc in alia genera, species, differẽtiasue secandũ: atq; hęc ipsa rursus eodẽ modo partiendũ, donec tandem ad eas peruenerimus spẽs, quæ amplius diuisionẽ non admittunt. Verũ nunquid hanc diuidẽdi normã ac regulã obseruauerit ipse diuisionũ magister Theophrastus, uideamus. Si em̃ Plinio & Theodoro Theophrasti sententiam libro. 6. interpretantibus credimus, illa Hederarum in duo prima discrimina, marem scilicet, fœminamq; partitio, a Theophrasto libro Tertio est omnino prætermissa: quo tamen in loco omnia Hederarum genera ac species usq; ad specialissimas per proprias singula diffe-

Diuisionis artificium summum.

B

C rentias partiri statuerat: deinde libro. 6. ubi nulla erat de Hederis narratio opportuna, si Theodorum interpretem sequimur, ponitur. Quod cũ Plinio uisum esset absurdum libro. 16. ubi de omnibus Hederarum generibus agere proposuerat, ab illa ipsa diuisione per marem ac fœminam censuit inchoandum, cuius alibi meminisse, ac non ubi pręcipua foret tractatio de Hederis, magnam esse erroris partem existimauit. Nemo uero illud obijcere audeat, has maris ac fœminæ differẽtias eo in libro, in quo de Hederis scribere accuratius instituerat Theophrastus, ab ipso tanquã inutiles fuisse neglectas, cum easdem differentias, ubi haberi possint, uel solas, uel maximas in syluestrium plantarum genere, qualem esse Hederam constat, primas assumi oportere, primo sui de plantis libro uoluminis idem autor affirmet. Sicuti uero omnia Hederarum genera, seu species, sub uno communi genere, quod Hedera appellatur continentur, ita & Hederæ genus ad aliud genus superius refertur, quod frutex nuncupatur, quodq; ab ipso Theophrasto, qui omnes plantas quatuor distinguit generibus, arborum, fruticum, suffruticum, atq; herbarum, ab alijs tribus ponitur natura distinctum. Liquet autẽ Theophrastum libro Sexto non de fruticibus, sed de suffruticibus potius, herbisq; tractare. Hæc enim ab ipso in eiusdem libri exordio scribuntur: De arboribus dictum iam est, nunc de suffruticibus & herbis doceamus. Consequit̃. Et si quæ in hijsce alia genera comprehenduntur, illa quoq; annotemus oportet,

Plantarum genera quatuor.

D ut fruges: nam hæ quoq; inter herbas deputari desyderant. Sed primum uerba de suffruticibus faciamus. Demum Theophrastus eo quo promiserat ordine prosequens, ita de fruticibus loquit̃. Sunt autem eorum genera quamplura summis differeutijs discreta. Cisthos, uel, ut Theodorus interpretatur, Hedera, melotrum, rubea, cassia, origanum, satureia, lens, saluia, marrubium, policaria, apiastrum, cæteraq; huiusmodi: atq; etiam quæ minus similia sunt, scilicet quæ ferulacea, & neruicaulia constant, fœnicleum, equifœnicleum, ferulago, ferulaq;, herha muralis, siue muricidacea a quibusdam uocata, cæteraq; similia. Hæc enim omnia, atq; in totum ferulaceum suffruticum naturæ addixeris. Genera uero atq; discrimina singulis hijsce indicamentis habentur, alijs euidentiora, alijs occultiora. Cisthi nanq;, uel secundum interpretem, Hederæ duo genera, masculina scilicet ac fœminina: quoniam altera maius, durius, pinguiusq; foliũ habet, floremq; ad purpuram inclinatum, ambabus tamen flores rosis syluestribus proximi, uerum minores & sine odore. Cum igitur Theophrastus & in ipso protinus sexti libri principio dixerit antea se egisse de fruticibus, iam de suffruticibus atq; herbis spondeat tractaturum, primoq; in loco de suffruticibus, in qua prima tractatione Hederam, uel potius Cisthum (ne errorẽ interpretis incurramus) melotrum, rubeam, ac cætera quæ sequunt̃ naturæ suffruticũ censeat adscribęnda, quis dubitauerit, hoc ipso in loco libri sexti nullam de Hedera facere uoluisse mentionem, quam superioribus libris fruticum generi addixerat: de qua præ

terea libro.3. arborum ac fruticum tractatione abunde asseruerat? Neq; A uero quispiam ex eo decipiatur, ut quoniam hæc frutex, atq; suffrutex apud Latinos uocabula una syllaba tantū differunt, minimam quoq; existimet in rebus ipsis differentiam, quoniam eadem genera apud Græcos sunt tam uocabulo quam etiam natura diuersa: alterum enim θάμνον, alterū φρύγανον idem Græci uocant. Quæ duo uerba cum non posset Theodorus commodius exprimere, fruticem, atq; suffruticem transtulit. Quare nisi uelimus Theophrastum summum philosophum, qui non modo de naturis rerum, sed de dialectica, & diuidendi ratione atq; doctrina libros ornatius ac copiosius, quam eius præceptor Aristoteles multorum iudicio conscripsit, tam pueriliter aberrasse, ut Hederam aliquando in fruticum, aliquando in suffruticum genere collocaret: ut in ea quam fecerat libro.3. Hederarum dictione, suæ doctrinæ præcepta negligeret, ac more quoq;, ut Plato inquit, inepti, duo statim prima genera prætermittens, quodammodo membra disrumperet: ut Hederam aliquando in fruticum, aliquādo in suffruticum genere collocaret: ut sibijpsi pugnantia scriberet, atq; contraria, Hederæ florem nunc lanugineum, nunc foliatum asserendo: ut deniq; ea quæ omnino sensui aduersantur in ea historia, in qua plæraq; uisu magis quam ratione dijudicari fatetur, affirmaret. Illud potius existimare debemus, Theodorum Gazam una cum Plinio, qui Theophrasti libro sexto forte Cissum pro Cistho scriptum inuenissent, unius literulæ immutatione fuisse deceptos, ideoque illa Hederę tribuisse quæ Theophrastus de suffrutice longe ab Hedera differente tradiderat: quo quidē B errore cum Pliniū libro decimosexto lapsum manifestissime uideamus, quid est quod dubitemus ipsum etiam libro.12. itidem fuisse, ut tuo utar uocabulo, sæpius de hoc autore prolato hallucinatum. quandoquidem ex Gręci codicis mendo ita hic sicuti in Prasso & Prasio eadem errandi dabatur occasio. Equidem Theodoro Gazę in Theophrasti translatione non raro aberranti ueniam puto impertiendam: quoniam ut in præfatione sui operis ipse conqueritur, unicū tantum, eundemque mendosum codicem habuit: nisi quod oportuit diligentem interpretem rerum naturā potius spectare quam uerba. Qua diligentia si Plinius etiā usus fuisset, ne„ q; tibi tot in eius libris ꝓprias hallucinationes castigandi, neq; mihi tam „ multos errores notandi necessitas foret adiuncta. Quoniā uero in hoc de „ Cisso & Cistho errato, quod erat tam Theodoro Gazæ, quam etiam Plinio commune, longior fortasse fui quam cuiquam necessarium uiderē, reliqua demum, quæ circa Plinium tantū disputantur, atq; aduersus nos pro eodem Plinio abs te fuere defensa, pro nostra tuenda sententia quam breuissima oratione poterimus confutare tentabimus.

Theophrasti eruditio.

¶ De CHAMAEDAPHNE.

In Chamædaphne libro.15. ueterem lectionem distinctiorem putas, si ita scribatur. Est & Chamædaphne syluestris frutex, & Alexandrina. Vt duo genera intelligant. Alterū Chamædaphne, quā Latini Laureolā, ut

C tu inquis appellant:cum tamen ea quæ hodie Laureola latine dicit̃, nõ ſit Chamædaphne, ſed Daphnoides potius ſtatim poſtea á Plin.deſcripta. Alterũ, Laurus Alexandrina, ex Plinio Gal. Dioſcor. Tu quidẽ Plinium hoc pacto excuſas, ne uideat̃ Chamędaphnẽ uarijs in locis uarie deſignaſſe:cum hoc in loco, libro.ſ.15. Laurũ Alexandrinã tantũmodo pinxerit, ſicuti lib.28. Chamædaphnẽ. Sed duo remanent in Plinio ſcrupuli haud quaq; diſſimulandi: Cur cum Plinius cætera Lauri genera eodẽ libri.15. loco deſcripſerit, ſolam Chamędaphnẽ indeſcriptam reliquerit: Cur cũ alterũ genus non Alexandrina ſimpliciter, ſed Laurus Alexandrina a Theophraſto, Dioſcor. atq; Gal. ab omnibus deniq; græcis autoribus uocitetur, Plinius propria appellatione prætermiſſa, ſumptum a loco uel perſona, cognomen tantummodo poſuit: uel eum poſtea ſubiunxit, alij Daphnem uocant, proprium nomen contra naturam poſtpoſuit: cum tamen uera huius fruticis appellatio non ſit neq; Daphne ſeorſim, neq; Alexandrina, ſed hoc totum, ut diximus, Daphne Alexandrina.

¶ De ADARCE.

In Adarce falli eos putas, qui uerbum, paluſtris, recto caſu, non autẽ paterno capiendũ putãt: atq; ideo credere non de Salſilagine Calamis adhærente, ſub Adarces uocabulo a Plinio agi, ſed potius de paluſtri Calamo Adarce nominato: unde temere factum putas Plinio negocium. At cum index capitis.32. libro.16. agi de Calamis, atq; fruticibus, non medicinis ea parte demonſtraret, cum ipſe præterea continens ſermo de diuer D ſis Arundinum ſpeciebus quibus Adarce adnumeratur, cuiuis facile perſuadeat, Pliniũ eo in loco putaſſe Adarcem non eſſe Salſilaginẽ, ſed paluſtrem Calamũ in Italia naſcentẽ, nemo negociũ Plinio niſi ipſemet ipſi faceſſit. Quid enim ſibi uult illa repetitio? Eſt enim obliqua Arundo non in excelſitatem naſcens, ſed iuxta terrã fruticis modo ſe ſpargens, ſuauiſſima in teneritate animalibus: eſt & in Italia naſcens Adarce paluſtris, ſub ipſa coma utilis dentibus: quoniam uis eadem eſt quæ Sinapi. Quid, inquam uerbum, eſt, bis poſitum a Plinio inſinuat? niſi ita eſſe Adarcen ex Arundinũ genere, ſicuti obliquam Arundinẽ a quibuſdã uocatã elegiã. Si etiã uerbũ paluſtris paterno caſu capiatur, aſpera nimis atq; aurib. abſona fiet Pliniana elocutio. Quod ſi præterea uerbũ Arundinis, ut neceſſarium fore uidetur, ſupplendum ſit, præſciſſa quodammodo atq; defecta oratio uidebitur. Cur uero ea Salſilago naſci in Italia a Plinio dicatur, cum in Galatia, non autem in Italia gigni illam Dioſcorides ſcribat: ut mirum uideri poſſit, te qui uelis Plinium de eadem loqui Salſilagine de qua Dioſcorides, uerbum illud, Italia, non caſtigaſſe, ac loco eius Galatia nõ poſuiſſe: Cur etiam hæc medicina ſub ipſa coma tantum utilis dentibus a Plinio iudicet̃, quã Dioſc. Galen. ac Paulus in omni parte Calamorum quibus hæret, quamuis ad alios uſus quã dentiũ probauerunt. Nam & Plin. ipſe lib.32. ubi Adarcen quid ſit nõ aliter quã prędicti autores exponit, naſci illam circa Arundines tenues, nulla facta de loco ſub coma men

tione, ſimpliciter ꝓtulit, neq; in paludibus, ſed ubi ſpuma aquæ dulcis ac marinę ſe miſcent. Quod maximum eſt argumentum, hic quidem, libro ſcilicet. 32. de Adarce Salſilagine fuiſſe locutum: libro uero. 16. de altera, quam eſſe Arundinis ſpeciem falſa ſibi opinione perſuaſerit, de qua etiã intellexit libro. 20. ubi ita ſcripſit. Sinapis naturam habere traditur Adarca, inter ſyluas tacta cortice pleniore, ſub ipſa coma naſcens. Ita em̃ ego hunc locum puto legendũ paucioribus ſyllabis quam in tua caſtigatione mutatis. Nam & id uerbũ, pleniore, ſi ita iaceat, eandem ſententiã exprimit, quam ſupra lib. 16. poſuerat, efficaciorem. ſ. eſſe dentibus Adarcen ſub ipſa coma. Vel poſſumus ex uno uerbo duo facere, atque ita legere: Cortice plane ori ſub ipſa coma naſcens: Quaſi eã naſci ad utilitatẽ oris, cuius dentes ſunt nõ minima pars, uelit inſinuare. Quod pariter hijs quę libro. 16. de eiuſdem medicinæ ad dentes uſu teſtatus fuerat mire conueniet. Illud quoq; pro noſtra facit ſententia, quod Plinius nuſquam Adarcen eſſe Salſilaginem, niſi libro. 32. monſtrauit, ubi eam Calamachnem nominauit: quamuis uitio codicis id uerbum corruptum ſit in Chalamochnũ. Quo etiam in loco eoſdem illi ſubſcribit effectus, quos medici ueteres Salſilagini tribuunt, alios ab illis quos libro. 16. in Adarce retulerat. Neq; uero hoc poſtremo libro quicquam meminit ſe in præcedentibus de eadẽ Adarcẽ ſcripſiſſe, ſicuti lib. 20. cum de re ipſa uerba faceret eandẽ ſe inter ſyluas tetigiſſe teſtandum exiſtimauit. Hæc em̃ omnia manifeſtiſſime probant, Plinium uarijs in locis uaria de Adarce ſenſiſſe, quam aliquando Calami ſpeciem, aliquando Salſilaginem Calamis inhærentem ſignificat.

¶ De AERA, & AEGILOPE.

In Aera & Aegilope neſcio an magis accuſandus ſit Plinius, qui in rebus adeo uulgatis, quibus nomnia latina non deerant, gręcis utendũ cenſuerit: an potius, quoniam de eiſdem herbis græca appellatione monſtratis illa affirmauerit, quę ſenſus falſa eſſe deprehendit. Tu uero de Aera hoc pacto pro Plinio reſpondes, q̃d cum Græci traderent Loliũ ſtrangulare circunligando ſe triticũ, neq; id in Italia magnopere foret compertũ, tutius eſſe cogitauit gręca uti uoce quã latina, Aerã id dicendo, nõ Loliũ. Laudarẽ Plinij conſiliũ, qui Græcorũ mendacia, ſi qui forte fuiſſent qui tam inſigniter mentiri uoluiſſent, ut ſcriberẽt Loliũ circumligando ſe triticum enecare, rem neq; in Græcia, neq; in Italia compertã ſub gręcę uocis obſcuritate occultare ſtuduiſſet, niſi Aera uocabulum adeo eſſet in eorundem Græcorum lingua uſitatũ, ut eius ſignificatus neminẽ lateat, qui uel parum literas græcas deguſtauit. Vt tamen Græcos autores uiros ſane doctiſſimos, qui de plantis ſcripſerunt, atq; inter cæteros Theophraſtum, quẽ pręcipue de agricultura ſcribens Plinius imitať, tanti erroris ſuſpicione liberemus, hic nuſquã de Aera ſeu Lolio ſcripſit, quod Triticũ circunligando ſe enecet, ſed ſolum auferendo alimentũ, quoniã Tritico adnaſcit. Hæc enim ſunt eiuſdẽ Theophraſti uerba libro tertio de cauſ-

Plinius in agricultura Theophraſtũ imitatus eſt.

C sis plantarum. Quippe Orobanche uocata Eruũ enecat amplexu, compressuq; suo, & Linodorum Fœnũgrecum interimit protinus radici adnascens, & alia cladem alijs inferunt, ut quæ cum singulis frugibus simul proueniunt, ceu Loliũ atq; Auena Tritico atq; Hordeo, & Lappa Lenti, & alia alijs. Omnia autem idcirco interimunt, quia pabulum tollunt. Ex hijs Theophrasti uerbis, quorum magna ex parte sententiam Plinius libro. 18. ubi agit de uitijs frugum, studuit exprimere, facile ostendit Pliniani erroris in Aera ac Aegilope origo. Quia enim paulo supra Theophrasti fecerat de Orobanche mentionem, quæ amplexu suo Eruum strangulat, inde enim illi apud Græcos nomen, existimauit eandem esse Aeræ & Aegilopi, quorum alterum Lolium, alterum Auenam Theodorus conuertit, interimendi rationem. Atque ideo post factam de Orobanche mentionem, quæ circunligando se Eruum enecat, postea Plinius subiunxit, Triticum simili modo Aera, Hordeum, Festuca, quæ nominatur Aegilops: cum tamen Theophrastus, quem ut uidere est de eisdem rebus Plinius scribens, quantum potuit studuit imitari: cum Theophrastus, inquam, licet omnia de quibus eo differit loco, idcirco uicinas herbas scribat interimere, caussa illa generali, quod pabulum tollunt, uarijs tamen hoc illa modis facere doceat. Nam Orobanchen quidem quia Eruũ amplexatur & cõprimit: Linodorũ uero, quia Fœnugræci radici adnascitur: Loliũ autẽ atq; Auenã, quia cũ Tritico atq; Hordeo pro
D ueniũt, ceu Aparinẽ: quã nescio an recte Theodorus Lappã interpretat, cũ Lente. Nullã uero ex illis tribus habere se uinciendi ac circunligandi naturã quicunq; eas nouerit minime dubitauerit, nisi q̃d de Aparine forte possit concedi, quã Gal. lib. 1. de alimentis ita se Lentibus circumplicantem, neq; aliter angentẽ ac strangulantẽ, quã Orobanchẽ Eruũ describit.

¶ De AEGILOPE.

Cur Aegilopen potius quam Auenam eodem in loco dixerit Plinius, eam rationẽ affers, q̃d cum Græci duo Auenę genera facerent, Bromũ. s. & Aegilopen, hoc uero discrimen nemo reddidisset in Italia, ob id Plin. libro. 18. cum Auenam inter uitia frumenti collocasset, paulo post de Festuca, quæ uocatur Aegilops, edisserit: non quod nesciret Auenæ id esse quoddã genus, ut nonnullos cauillari inquis, me. s. iñuens, quem licet aperte non nomines, hijs tamen qui meũ libellum legerint facile das agnoscendum, sed quod alterũ quoq; fastigiũ celebrari nouisset Bromos nomine. Hæc tu pro Plinio. Ego uero ut cauilli crimen, cuius me notasti, deprecer apud te, cui magis uelim meos mores probari, quã doctrinã nusquã Plinium per calumniã reprehendi, quod nescierit Aegilopen esse quoddam Auenæ genus, sed ob id tantum incessiui, quod eodẽ capite modo græca, modo latina uoce in eodẽ Auenę genere uti uoluerit. Nam quod scribit Plinius libro. 18. Auenam esse frumenti uitium, & Hordeum in eã degenarare, hoc idem Theophrastus libro. 6. de plantis, & Galenus lib. Secundo de alimentis, de Aegilope etiam testantur. Quod uero etiã pau-

lo post Plinius ait, ab Aegilope Hordeũ necari, idipsum Theophrastus lib. 5. de caussis plantarũ, licet alio mõ quam Plin. Aegilopi tribuit. Alterum quoq; fastigium Plinius, si non eodẽ capite, saltem libro, aliquando Bromum, aliquando Auenã nominauit: ut inexplicabilis ratio uideatur cur Plinius in eisdem generibus nunc græcam, nunc latinã proferat uocem, Bromũ ex Oriente aduectã libri. 18. capite. 10. Plinius refert, sed eandem Bromum eiusdem libri capite. 7. antea Auenã fuerat interpretatus ibi ea scribit. Tunicæ frumento plures, Hordeum maxime nudũ, & Alica, sed præcipue Auena calamus altior frumento, quam Hordeo, arista mordacior Hordeo. Hæc fere omnia sunt ex Theophrasti libro. 8. quamuis corrupte plæraq; translata. Nam Theophrasti de eisdem rebus scribentis uerba sunt ista: ut Theodorus interpretatur. Ad hæc Triticũ tunicis integitur multis, Hordeum nudum consistit: id enim omnium maxime caret tegmẽto. Tipha quoq; & Siligo, & omnia huiusmodi multiplici folio includunt̃: ast omniũ maxime, ut ita loquar, Auenã natura operuit: quin etiã culmus altior Tritico quã Hordeo est, spica plus discreta a folijs emicat, palea quoq; plus suauior quę ex Tritico q̃ Hordeo. Si quis conferat Plinij uerba supra posita, hijs quæ de libro. 8. Teophrasti subiũximus, nõ puto dubitabit, qn Plin. sicuti tunicas Frumẽto plures contra Hordeum maxime nudũ ad Theophrasti scripsit imitationẽ, ita in cæteris sequendo Theophrast. βρόμον πολύλοβον, id est, Auenã maxime opertã, ueluti interpretat̃ Theodo. dicere uoluerit. Cur uero sensu contrario maxime nudã scripserit, non magis scirẽ reddere rationẽ, quam cur idem Plin. Aegilopen circumligãdo se Hordeum dixerit interimere, cum nulla Auenæ species quæ id faciat agnoscatur, sicuti neq; Lolij, quod tuam alteram in Aera destruit defensionẽ, ideo scilicet Pliniũ Aeram dixisse non Lolium, quare ipsi plus Lolij speciem, quã Lolium significare uideatur. Nam æque ignorat̃, ubi terrarũ talis Lolij species oriatur, quæ circũligando se Triticum enecet. Sed cur Plinius in hijs adeo apertis erroribus tam operose defenditur, abs te præsertim, qui scias hoc in ipso loco, ubi Plinius Aeræ atq; Aegilopis naturam peruertit, in tantum fuisse hallucinatum, ut Teramnum & Ateramnum, quæ duo uocabula coctile atq; incoctile leguminum affectus plærisq; in locis apud Theophrastum significant, ipse pro herbis noxijs acceperit: quarum altera, Ateramnos scilicet, circa Philippos in pingui solo interimit fabam, Teramnos uero in macro, cum quidam uentus afflauerit. Quem quidem adeo crassum Plinij errorem nesciens aliter excusare, locum esse uitio codicis decurtatum suspicaris: qui etiam libro nono, capite decimosexto mirari te dicas, Plinium eosdem pisces modo græce, modo latine nuncupare: quod & in rebus alijs, ueluti in herbis Plinium plærunq; facere non diffiteris, nihil testantem, eędem ne sint, an diuersæ. Si hoc idem in alijs genus erroris Plinius admisit, cur non etiã in Aera ac Lolio, Aegilope & Auena potuit admittere? Vel si In hoc Plinius non errauit, cur tibi dedit in alijs similibus

A de se admirandi occasionem?

De GLASTO, ISATIDE.

Si ubi de Isatide inter Lactucas sponte nascentes lib. 20. scribitur, pro Syluatico Glastum, ut tu id uerbum castigandū opinaris, legatur, non adeo nos elidemur, qui Pliniū hoc in loco indiligentiæ accusauimus, quātum Plinij lectio quodāmodo uiolabit: quoniā a Syluatico ad Glastū longinquus est transitus. Quare uel nihil immutandū est, sicuti uideri in manu scriptis codicibus asseris: aut si Glastum loco uerbi Syluaticū, quamuis uiolenter intrudatur, iure Pliniū a nobis fuisse reprehensum, nisi hæc castigatio adhiberetur, iudicasti. Quantum uero rectius totus iste locus in Plinio emendabitur, si ita legatur. Alterum est genus quod Græci Isatim uocant. Vbi uerbum Esopus, quod neq; græcum est, neq; latinum, si pro aliquo Lactucæ genere accipiatur, tuam subterfugisse censurā non parum sumus admirati. Tertiū est genus in syluis nascens, syluestrem Isatim uocant. Hic enim diligenter aduertisti ex manu scriptis codicibus, nisi ita legatur, locum fore defectum. Erit igitur secundum Lactucæ sponte in aruis nascentis genus, non Esopus, sed Isatis simpliciter appellata, tertium quod in syluis gignitur syluestris Isatis. Quartum uero genus, quo infectores lanarum utuntur, non syluatica Isatis, hæc enim est secundo generi adiuncta differentia, sed potius satiua dici debet. Differt autem hoc quartum genus a secundo: quoniam istud seritur, illud in aruis sponte nascitur. Si itaq; Glastū, ut rationabilius apparet, nullo modo interponatē, iam nulla dubitatio relinquetur, ita in hac herba, sicuti in plærisq; alijs, familiarem sibi errorem Plinium incurrisse: quando eam sub uarijs nominibus quasi essent duæ, non una, in locis adeo distantibus designauit. Pari enim incuria Atriplicem holus satiuum, atq; etiam sponte nascens, modo latina, modo græca appellatione tanquam herbas differentes enarrauit. Vnde etiam illud est consecutum, ut effectus aliquando contrarios utriq; subscripserit. De Atriplice siquidem, atq; eius ꝓprietatibus, cum libro secundo disseruisset, eamq; ex autoritate Pythagorę morbos regios & pallorem facere tradidisset, mox de eadem sub Chrysolachani uocabulo libro. 27. scripsit, fuisse aliquos qui traderent, illam alligatam regium morbum habentibus ita ut spectari posset sanare id malum: quem etiam effectum de semine si bibatur cum melicrato, autor grauissimus Dioscorides, & plærique alij medici testificantur. Esse uero eandem herbam a Romanis Atriplicē, a Græcis autē Chrysolachanū nominatam, tibi probare supersedemus: ne id agentes Græcorū prouerbio subijciamur, Sus Mineruam. Aliter em̄ alijs, qui ausi sunt supra calceū ascendere, aliter tibi Hermolāe eruditissime, non solū magnarum, sed etiam minutissimarum rerum scientia prædito, scribendū iudicauimus: Tibi inquā, qui Plinium in uerbi Prasion ambiguitate sæpe hallucinantē notauisti: quæ forte hallucinatio causa fuit, ut de Balote lib. 27. scriberet, quā Plinius lib. 20. sub Marrubij nigri nomine notificauerat. Taceo mille alios huius generis

B

Atriplex.

apud Plinium errores, ne multa quæ tu in tuis castigationibus lectores commonuisti, nunc te uelle docere uideamur. A

¶ De PERSONATIA, AC PERSOLATA.

Ego Plinium in meo libello notandum putaui, quod libro.25.eodem capite bis Personatiam descripsit, quam sicuti Græci utroq; in loco Arcti um nominauit: altero tamē Personatiam, altero Persolatam, ut tibi uideo placere, dici latine insinuauit. Quam distinctionem nominum a Plinio cognitam ais, a quibusdam non fuisse perspectam: ob eam, ut puto, rationem, quod ego libro.25. altero in loco ubi de Arctio fit mentio, pro Persolata Personatiā scribendum putaui. Sed cum tu quoq; fatearis, Persolatæ uocabulum a persola esse deductū, quod nomen apud Latinos, teste Placidio grammatico, qui de Plautinis nominibus scripsit, personam significat, siue Personatiam, siue Persolatā altero in loco legeris, nihilo magis ab errore Plinius eximitur, qui bis eandē herbam modo sub Persolatæ uocabulo, eodem etiam capite pinxit. Sed tu forte non adeo Plinium defendere quantum me accusare uoluisti, qui Placidium grammaticum non uiderim. Ego uero id crimen in homine nulli rei minus, quam uerborum studio incumbente, non multum puto inexpiabile, sed una aquæ guttula ablui expurgariq; posse. Illud aliquanto difficilius in Plinio excusari queat, quod ex tantilla uominum uarietate, rem diuersificari, hoc est, aliam esse herbam Persolatam, aliam Personatiam iudicauit.

Persola.

Placidius gramaticus.

¶ De ECHIO, ATQVE ALCIBIO. B

Non reprehenderemus Plinium scribentem libro.27.se qualis esset Alcibios apud autores scriptum non reperisse, nisi ipse Plinius libro.25.eandem Alcibium sub Echios nomine eodem quo Dioscor. modo pinxisset: adeo, ut Plinius putasse uideatur, aliam esse Echin ab Alcibio, quam tamen non differre in nostro libello probaui: quoniā eosdem effectus tam de Echi, quam de Alcibio, & Plinius ipse, & cæteri autores prodiderunt: qui etiam autores non seorsim de Echi, seorsim uero de Alcibio, quemadmodū Plinius, sed de Echio tantū, quam alio nomine uocari Alcibiadiū testantur, tractauere. Cum uero tibi uideatur ea quæ dicatur Echios atq; Alcibiadium diuersam esse ab altera, quam Nicander Echin atq; Alcibium appellat: ego me fateor hanc apud Nicandrū distinctionem non agnoscere. Illud satis habeo exploratū, in libro Dioscor. uel Pauli, nullam huiusmodi nominū, ac multominus rerum differentiā deprehendi: quandoquidem de Echio atq; Alcibiadio solum agentes, non alias illi uires adscribunt, quam Echi atq; Alcibio Nicander. Vt uero proximius sit non differre, siue Echis, siue Echios, siue Alcibium, siue Alcibiadium ea herba a diuersis autoribus nominetur, quemadmodum qui eam Alcubiacū, non autē Alcibiadiū uocant, rem plane eandē, non diuersam intelligunt.

¶ De HELIOTROPIO.

Vbi de HELIOTROPIO scribit Plinius, ais quibusdā uideri

C eundem autorem Heliotropium cum Cichorio confundere: quoniã & Heliotropium cęruleo flore describat, & cibo gratum esse dicat, quę duo Cichorio conueniant. Ego uero & alia adiunxi quę de Heliotropio scribit Plin. Cichorio pariter congruentia: ut q̊d semipedalem altitudinẽ nõ excedat, & nõ nisi pingui cultoq; solo nascat̃: quæ omnes notæ aggregatæ, Cichorium manifeste designant. Tu uero priores duas ita refutas, q̊d nihil impedit uescendo esse tam Heliotropium, quam Cichorium: nec constat in Dioscoride, λευκὸν ἄντος, id est, candidum, an γλαυκὸν, id est, cæruleũ scribere oportuerit. At ut ad utrunq; respondeam, & de Cichorij radice q̊d ęsui sit, & de flore quod cæruleus sit, sensu atq; experientia probatur, quæ de Heliotropio non audes affirmare: quando etiam in dubium reuocas, qualis Heliotropij flos a Dioscor. describatur, cęruleus, an candidus. Ego autem illud certe scio, multos quos uidi, & quidẽ antiquos Dioscor. codices, λευκόν, non autem γλαυκόν scriptum habere: & nisi mea me fallit opinio, puto te eandem scripturam in tua translatione secuturum.

❡ De LASINE.

Quosdam ais, uerbum Lasinem corruptum esse nescientes, Pliniũ culpare, quasi hanc herbam libro. 28. inutiliter repetierit, Laginem uocando, non lasinẽ. Tu uero pro Lasine lasionẽ censes legendũ ex Theophrasto, tam libro Plinij. 21. quam etiam. 22. atq; ideo aliam statuis a Lagine, de qua idẽ Plinius agit libro. 28. Demum ut meæ modestię consulam, mi D hi putas recantandũ: quoniam non sit tanta inter Laginem atq; lasionem affinitas, quantam tibi uisus sum existimare. Quasi uero ego in nostro libro tenuem tantum uocis sonum secutus, ac non multo magis naturæ proprietates, eandem esse cum lasine laginem apud Plinium iudicauerim. Quoniam quæ de lasine libro 22. scripserat Plinius, eadem fere in lagine libro. 28. repetijt, ut quod pthisicos iuuet, quod lactis ubertatem faciat, quod infantibus illita capillũ alat, quod in cibis placeat, quod uentrem stimulet. Sed uide quantum mihi contulerit cum te homine doctissimo de huiusmodi rebus disputatio. Ea enim quam tu adduxisti autoritas Theophrasti, longe me fecit ad ea quæ pridẽ scripseram confirmanda audentiorẽ, nedũ mouerit ad recantandũ: nisi recantare pro eandem repetere cantilenã accipiatur. Suspicari me in meo libro scripsi, q; utrobiq;, & libro. f. 22. & libro. 28. pro lasine uel lagine, & elxine & eusine legi deberet. Adeo non nesciui quod tu mihi obijcis, uerbum lasinẽ esse corruptũ, ut etiam quo pacto castigandũ esset admonuerim: cuius castigationis illa ratio fuit: quoniã Plinius eodem libro. f. 28. nõ modo laginẽ, sed etiam Echitem, & tenue Scamoniũ eandẽ herbã a quibusdã uocari testaret̃. Ego uero non agnoscerem plantã, quæ proprie tenue Scamoniũ dici posset, præter illã quam Dioscor. sub Elxines, Euxines, & Cissampeli quoq; nominibus pinxit, folijs Hederæ similibus omnibus, seq; inuenerit circunuoluentẽ: ob quã etiã naturã sicuti Diosc. Cissampelũ, ita Plin. Cõuoluolũ alibi nominat. S3 de q̃ antea tm̃ suspicabar, nũc certã ex Theophra

Tenue Scamonium. Cissampelos. Conuoluolum.

A

sto habeo noticiã:in cuius codice, quẽ scis etiã Plinianis esse corruptiorẽ, sic pro iasione elxinem uel eusinẽ, ueluti apud Pliniũ pro Lagine uel Lasine puto scribendũ: nã de Lasine Plinius lib. 21. ita scribit. Lasine unũ foliũ habet, sed ita implicatũ, ut unũ cũ sit plura esse uideant. Theophrast. aũt, a quo, ut par est, Plinius accepit, de flore Iasionis lib. 1. de historia plãtarũ eadẽ quę Plinius de flore lasines tradit in hæc uerba. Nonnulli folio uno emergũt, descriptionẽ tamẽ pluriũ ostendẽtes, ut flos in Iasione. Nõne hæc flori eius herbæ, quã Græci Elxinẽ atq; Cissampelũ, Plinius, ut dixi, Conuoluolũ alibi uocat, mire conueniunt? Est eñ hic flos, ut Plinius inquit, rudimentũ naturæ Lilia facere condiscentis: & cũ unũ foliũ tantũ habeat, quibusdã tamẽ quasi incisuris ita distinguit, ut uideat in quinq; diuisum. Eadẽ autẽ herba dicta latine Conuoluolum, sicuti hoc in loco, libro scilicet primo de historia plantarũ, apud Theophrastum pro Elxine, uel Eusine uitio codicis Iasione nominatur, ita libro secundo de causis Lasine æque corrupte uocat: quod tamen uerbum ueluti diuinans Theodorus Volucrum uertit. Quare cum Dioscorides atq; Galenus multo sint, ut te non latet, tam accuratæ doctrinæ, uirum, in lingua græca emendatiores quã Theophrastus in eadẽ, uel Plinius in nostra, quid est quod dubitemus laginem & lasinem apud Pliniũ, Iasionẽ autẽ & Asinem apud Theophrastum nomina itidem deprauata, ex ucrioribus codicibus castigare? cum præsertim quid sit Græcis Elxine, uel Eusine, quidue Latinis Conuoluolum, uel sensu ipso monstrante noscatur. Quid autem sit eisdẽ Græcis Iasione, aut Asine, seu Plinio Lasine uel Lagine, ab illis etiam qui se omnia in Plinio scire profitentur ignoratur.

B

¶ De Sio, & Silao.

Male me Pliniũ accusantẽ, quasi duas herbas fecerit quæ sit una, in tuis primis defensionibus notauisti: quoniã tibi non uideatur Siũ esse Crisiones, sed tantum similis herba. In secundis contra me latam sententiam pene reuocasti: nam Silaũ uerbũ esse corruptũ in Pliniano codice, & Lauer potius esse legendum iudicasti. Cuius descriptionem tu quoq; fateris ad eius oleris naturam proxime accedere, quod Græci Sium uocant. Et quoniam Dioscor. ait Sium a Romanis Lauer appellari, quam tu etiam concedis esse illã herbam, quam uulgo Crisiones appellant: ita tandẽ mecum, & cum Dioscoride sentis, quod Sium quidẽ sit Lauer, sed Lauer odoratum: quandoquidem Sium herba est odorata, teste Dioscor. Lauer, siue Crisiones minime. Sed cum idem Dioscor. duo Sij genera faciat: alterũ odoratũ, ob quã naturã Iuncus aromaticus alio noĩe dicit: alterũ inodorum, q̃d quia Nasturtij refert saporẽ, ideo etiã Cardamine a Gręcis uocat: cur sicuti duplex est Siũ, atq; ut tu quoq; ĩsinuasti, Lauer, odoratũ. s. & carens odore, non etiã Crisiones quidam esse inodori, quidã odorati dicant? Quo quidẽ admisso, mea stabit sententia, Siũ esse eam herbã quã Crisiones nominamus: quã cum bis descripserit Plin. & sub Sij, & sub Silai, siue ut tu legendũ putas, Laueris nomine, iure est a me incuriæ, ne di-

Sium. Crisiones.

C cam inscitiæ accusatus, qui quæ una herba erat duas fecerit, sicuti ob id etiam merito possit reprehendi, quod duo Sij genera in unã naturam confuderit. Nã quæ de Sio scribit Plinius, quod latius sit Apio, atq; in aquis nascat̃ pinguius, nigriusq;, quod calculos frangat, quod dysentericis & mulierum mensibus prosit, hæ omnes sunt Sij odorati apud Dioscoridẽ proprietates. Quod autem Nasturtij saporem reddat, quod lentigini & mulierum uitijs in facie illitum nocte momento cutem emendet, ut de Sio pariter scribit Plinius, hoc non de eodem genere, sed altero potius inodoro, quod ut diximus, a sapore quẽ reddit, Cardamine a Græcis nuncupatur, Dioscorides retulit.

¶ De SIGILLO LEMNIO.

Venio ad Sigillum lemnium, quod ego autore Galeno medicorũ omniũ longe doctissimo rectius terrã quam milton, id est, rubricam nominari monstraui. Tu contra Nicandrum affers, ac Celsum: quorũ alter id terræ genus Miltũ, alter Miniũ uocat. Sed cur non etiam Andromachũ medicũ antiquissimum allegasti, qui in suæ theriaces compositione Terram lemniam Milton appellauit? Præstat autem, inquit Galenus, in eiusdem compositionis expositione, non Milton, sed terram potius dicere: eam, ut puto, cauens confusionem, quam uisus est fecisse Plinius, Terrã lemniam inter rubricas & colorum genera libro. 5. & . 3. numerans: cum tamen, ut idem Galenus inquit, aliud sit lemnię terrę genus, quo fabri li- D gnarij pro rubrica utuntur, quod uerius Miltos nominatur, picturæ potius quam medicinæ accõmodatum. Ego igitur non adeo de nomine, quã de re ipsa a Plinio dissensi. Nam etsi & Cinnabaris, & Minium, & plæraq; forte alia æque medicis ac pictoribus seruiant, utrunq; tamen usum lẽnio Sigillo contingere neq; tradit̃ a Dioscoride, diligentissimo alioquin in huiusmodi rebus explorandis autore, a Galeno autem rubricã a Terra lemnia plane distinguente negatur.

¶ De CINNABARI.

De Cinnabari non putas eam opinionem, quam secutus est Plinius, a Dioscoride improbari: quoniam idem Dioscorides simpliciter scripserit: putauerunt quidam Sanguinẽ draconis esse Cinnabarim: nõ damnans, sed referens aliorum de Cinnabari existimationem. Sed qui defendi possit, huiusmodi de Sanguine draconis opinionem, non iudicari a Dioscoride falsam, qui de Cinnabari non lib. 2. inter medicinas ex animalium sanguine sumptas, sed potius. 5. inter metalla tractauit? De Cĩnabari quoq; metallo in Hiberia & Colchis nascente, ut te non latet, agit Theophrastus. Et si contra te cognomine tantum Barbarum, autorem lingua & natione Barbarum licet allegare, Auecois pariter in suo Colliget, non aliter de Cinnabari quam de metallo scripsit. Galenus etiam medicus nobilissimus sui de simplicibus medicaminibus lib. uoluminis. u. Cinnabarim metallis adnumerauit. In altero autẽ de eisdem medicaminibus ad Paternianum tractatu, eorum aperte sententiam improbat, quam Plinius com

probauit, ita ſcribens. Cinnabaris non eſt Sanguis draconis, ut quidam putant. Siue autem hæc ſint uerba Galeni, Pergameno Aſiæ ciuitate oriundi, ſiue alterius eodem nomine inſignis medici, ſatis conſtat tantorũ uirorũ iudicio, ea quæ de Cinnabari prodidit Plinius, eſſe fabuloſa: nõ tamen ob id, ut nobis obiecisti, Pliniũ irriſimus. Abſit enim a nobis tanta temeritas, ut hunc celebris nominis autorẽ, tam de humano genere benemeritũ, ludibrio habeamus. Sed neq; tanti fecimus, ut nefas putauerimus ipſi aliqñ non credere, ut quod quidã legulei, qui ſolis nitunẽ autoribus a nobis exegerunt, Plinij autoritatẽ ſine ratione rationẽ eſſe cenſuerimus.

❡ De TVRBIT.

De Turbit autem de quo in chirographo quæris, difficile eſt etiã quo nomine apud Dioſcoridem cenſeatur determinare. Turbit enim eſt nomen barbarum: Barbari autẽ autores de ipſo uarie loquuntur. Aliud ſiquidem de ipſo ſcribit Serapio, aliud Meſues. Quare ſi a me petas quid ſit apud Dioſcor. Turbit, a Serapione deſcriptũ, poſſum tibi ſine aliqua hæſitatione reſpondere, eſſe Tripoliũ: licet hoc nomẽ apud Serapionẽ allegantẽ in eo Dioſc. ſit deprauatũ. Nam quæ de Tripolio Dioſc. ac Plin. ſcripſerũt, q̃d in maritimis naſcit̃ locis ubi allidit unda, neq; in mari, neq; in ſicco, folio Iſatidis craſſiore, palmeo caule & mucrone diuiſo, radice alba, odorata, calida guſtu, & reliqua: hæc eadẽ Serapio de Turbit ſcribit, q̃d Caricamũ uitioſe, ut diximus, pro Tripolio nominat. De quo uel codicis, uel autoris errore minus ſit admirandũ: qñ & apud Pliniũ non Tripoliũ, ſed Trifoliũ potius corrupte legit̃: adeo, ut Simon dubitauerit, an ſit idem caput de Trifolio apud Pliniũ, & de Tripolio apud Dioſcor. & de Turbit apud Serapionẽ. Pandectarius autẽ duo capita ſcripſit, alterũ de Tripolio ſecundum Dioſcor. alterum de Turbit ſecundum Serapionem: quaſi Turbit apud Serapionem ſit aliud a Tripolio apud Dioſcor. qui forte error Pandectarij, una cum Simonis dubitatione, inde etiam habuere occaſionem: quoniã in latino Dioſcor. cuius uerba citat Pandectarius, ſcribitur Tripoliũ habere folia ſimilia Apio: cum tamen uerius Dioſcor. tradat eſſe ſimilia Iſatidi herbæ, hoc eſt, illi quam uulgo Guadum appellamus, quę in uſu tinctorũ celeberrima eſt. Apud Serapionẽ autẽ hæc ſimilitudo neq; ad Apium, neq; ad Iſatidẽ refertur, ſed ad quandam plantam, quæ Araſatis nominatur. Quod uerbũ puto apud Arabes eſſe corruptum, & pro Iſatide, Araſatin ſcribi: ſicuti etiam apud Pliniũ nõ folio Iſatidis, ſed folio ſatis craſſiore palmo itidem uitioſe ſcriptũ inuenitur. Qui quidem locus fuit a me pridem in libro de Plinij, atq; aliorũ medicorũ erroribus caſtigatus. Si autem a me quęris, quid ſit Turbit, quod deſcribitur a Meſue, apud Dioſcoridẽ, dicere oportebit, Turbit illud Meſue non eſſe Tripolium apud Dioſcoridem, ſed radicem alicuius herbæ habentis ſuccum lacteum, acutum, ex genere Thithimalorum, ſeu lacticinorum, ut iuniores medici loquuntur. Tale em̃ eſt Turbit, quod deſcribitur a Meſue, non habens foliũ ſimile Iſatidi, ſed Ferulæ potius. hæc enim ſunt eius

Turbith Tripoliũ, ſcd'm Serapionem.

Turbit ſcd'm Meſue.

C uerba, ut nosti: Turbit est radix herbæ, cuius folia sunt sicuti folia Ferulæ, minora tamen, & est ex habentibus lac. Quo circa Actuarius, grauis apud Græcos autoritatis medicus, multum tamen Galeno ac Paulo ætate posterior, qui multas Arabum medicinas illorum nominibus memorat, inquit Turbit a Barbaris uocitatum esse radicem plantæ, quæ a græcis Pitiusa uocatur. In qua etiam opinione quidam alij Græci præter Actuarium fuisse uidentur, qui capite de Pitiusa apud Dioscoridem, ubi de radice fit mentio, uerba illa interseruerunt, quæ non puto esse Dioscoridis, sed glossema potius, ἣν καλοῦσιν τούρπιτ. id est, quam radicem scilicet Pitiusæ uocant Turbit. Sed contra hoc est, quod hæc eadem radix a Serapione non Turbit, sed Sebram, id est Esula nuncupatur: quod palam fiet conferenti ea quę Serapio de Sebram ex Dioscor. atq; Galeni pariter scripsit autoritate, cum hijs quę ijdem Græci autores de Pitiusa prodiderunt. Quamuis Auicena capite de Sebram aliud potius uideat describere, quam radicem Pitiusæ. Imo si uerba Galeni libro. 8. de simplici medicina in Pitiusa attendimus, & alia comparia. 2. Canone, capite De Mezetegi ab Auicenna scripta, liquido apparet, quod Mezetegi apud Auicennã sit Pitiusa apud Dioscoridem: ita quod necessarium sit alterum duorum, uel Sebram non esse Esulam apud Auicennam, intelligendo per Esulam radicem illius herbę quam Græci Pitiusam uocant, uel Auicennam in du-

D obus capitibus secundi Canonis de eadem radice fuisse locutum. s. capite de Sebram, & capite de Mezetegi. Eadem eiusdem medicinæ repetitio superflua est apud Serapionem. Nam capite de Tithimalo ultimo loco nominat speciem Tithimali quæ dicitur Ptia: uult autem dicere Pitiusã: eadem enim de ea scribit quę de Pitiusa Dioscorides. Paulo infra aliud caput scribit de Sebram, & in eodẽ allegat Dioscoridem: quasi Sebram alia sit a pitiusa medicina. Sed neq; illorum opinio est omittenda, qui putant Turbit esse radicem herbæ, quam uulgo Soldanã nominamus, passim in locis maritimis prouenientẽ. Hanc tamen opinionem esse falsam nos ita probamus. Soldana herba, uel eius radix non est Turbit a Serapione descriptũ, quia illud Turbit est Tripoliũ apud Dioscor. & habet folia similia Isatidi, ut nuper ostendimus: Soldana autẽ herba non est Tripoliũ apud Dioscoridẽ, sed ad aliud caput refert, ut mox ostendemus. Itẽ Soldana herba habet folia quadamtenus Hederę similia, uel Aristolochię rotundæ: Turbit autẽ a Serapione descriptũ, sicuti etiam Tripolium apud Dioscor. habet folia similia Isatidi. Eadẽ ratione probatur, Soldanã herbam non esse Turbit descriptũ a Mesue: quoniã istud Turbit habet folia similia Ferulæ, ut etiã antea dictũ est: Soldanæ autẽ folia sunt omnino a Ferulæ folijs differentia. Simili argumento in libro de morbo gallico contra Gentilẽ probauimus, Soldanã herbã non esse Cachilẽ apud Serapionem: qm̃ Cachile secundũ eundẽ Serapionem, habet folia Nasturtij, quę nullã præ se ferunt foliorum Soldanæ similitudinẽ Hic autẽ uberioris doctrinæ gratia super adiungimus autores Arabes, Soldanã herbã neq; ad

caput de Cachile, neq; ad caput de Turbit retulisse, sed Græcorum imitatione ad caput de Caulibus. Est enim Soldana herba uulgo a nobis dicta illa, quã, Dioscor. atq; Gal. Brassicã marinã appellant: quod liquido apparebit, si quis inuicẽ contulerit ea quæ in herba Soldana oculis intuemur, & quæ de Brassica marina Dioscor. scribit. In hac tamẽ herba mihi uident̃ autores Arabes eatenus aberrasse, quatenus de Caule domestico atq; syluestri, ac subinde marino eodẽ capite cõtinuatim tractauerũt, tanq̃ hæ omnes forent eiusdẽ generis ꝓximioris species: q̃d de syluestri q̃dẽ atq; domestico Caule concedi posset: q̃m tantũ satiui atq; syluestris differentijs distant: de marino autẽ Caule nequaq̃, qui omnino ab alijs duobus diuersificat̃, ut non modo Dioscor. sed etiã Gal. testificantur: quorũ autorũ senttentia Brassica marina, & Brassica satiua, uel etiã syluestris æquiuoce dicunt̃. Putasse aũt Arabes Caulẽ satiuũ atq; syluestrẽ, ac prçterea marinũ quandã habere inter se non modo figuræ, sed etiã naturæ affinitatẽ, eo cõstat argumẽto: ꝙ omnes eodẽ, ut diximus, capite cõplectuntur. Et præter hoc etiã uerba Serapionis idẽ ostendunt, qui de Caulibus marinis ita scribit. Marini Caules sunt lõginquiores a similitudine domesticorũ, quã. s. sint Caules agrestes. De illis eñ statim antea locutus erat. Auicena insuper tres hasce species etiã effectuũ cõmunitate consociat, ut cum. 2. Canone de Caulibus scribit in hũc modũ. Syluestris, marinus, ac domesticus maturat phlegmones & duricias. Qui quidẽ effectus a Dioscor. Cauli satiuo atq; syluestri ex parte assignat̃: marino autem Cauli a nemine adscribit̃, & nulla experiẽtia comprobat̃. Verior aũt est Græcorũ opinio a nobis tacta, ꝙ Caulis agrestis atq; satiuus tantũmodo sint figura colore, & naturæ ꝓprietatib. similes, nisi ꝙ agrestis est albior & calidior, & siccior, sicuti omnes aliç plantç syluestres sunt in eodẽ genere satiuis, secundũ has duas qualitates, ut inquit Gal. fortiores: marina aũt Brassica penitus ab illis ambabus euariat. Hæc ideo in Arabicis autoribus notanda cẽsuimus, ne quis putaret nos Soldanã herbã, ut illi fecerũt, forte q̃d esset apud Diosc. atq; Gal. Brassica marina nescientes, int̃ Brassicarũ species cõnumerare. Sed q̃m multa interseruimus ut te pleniori officio demereremur, iam ad illud redeamus de quo præcipue ab initio quærebat̃, q̃d sit Turbit apud Diosc. Forte aũt in tanta tum Arabũ autorũ, tum etiã Latinorũ super hac medicina opinionũ diuersitate, melius quæreret̃, q̃d sit apđ Diosc. radix illa quã pro Turbit officinæ uendunt. Ego q̃dẽ diu multũq; laboraui, ut herbã uirentẽ uiderẽ, cuius radix Turbit nuncupat̃. Nã qui radicẽ tm̃ aridam ad nos afferũt, neq; ubi nascat̃, neq; quali folio, aut flore Turbit insigniat̃ sciunt dicere, nisi ꝙ unus tm̃ pharmacopola id mihi de flore Turbit est testatus, q̃đ de folio Tripolij scribit Diosc. ꝙ uidelicet mane candidus, meridie purpureus, uespere phœniceus appareat. Q̃đ si mihi fuit uere relatũ, ꝓculdubio Turbit, quo nos utimur, est Tripoliũ apđ Diosc. Sed q̃m hoc de flore miraculũ uix forte ipsi Diosc. credat̃, nedum alicui pharmacopolæ, omnino satagendũ, ut foliũ ipsum uiride in-

A — Soldanam esse Brassicam marinam.

B

Turbit uerũ.

C spiciamus, & an sit folio Isatidis aut Ferulæ simile, uel etiã neutro, diligẽti us consideremus. Fieri eñ potest, ut radix illa qua utimur, neq; sit Turbit Mesue, neq; etiã Turbit Serap. tantã uideo in his rebus incuriã, quę sunt in usu frequentissimo medicorũ. Si quis eñ dixerit esse Turbit Serapio. illud obijcere possumus, q̃d Turbit apud Serapionẽ est idẽ q̃d Tripoliũ apud Diosc. Radix aũt Tripolij sc̃d'm eundẽ Diosc. odorata est. Qua uero nos utimur pro radice Turbit, omnino caret odore. Si uero alter afferat hanc esse turbit descriptũ a Mesue, cum sit illud turbit secundũ eundẽ Mesuen ex genere habentiũ lac, seu lacticiniorũ, hoc est, earũ plantarum quę habent lac maxime acutũ: interrogabimus ipsum, quidnam tandem erit ex hijs quæ a Dioscor. uel Serapione describuntur? an aliqua species Thitimalorum? Sunt autem septẽ uel octo, sed nulla earũ esse potest Turbit a Mesue descriptũ. Nulla siquidẽ ex illis habet folia similia Ferulę, qualia habet Turbit a Mesue designatũ, ut constat ex Dioscoride & Serapione, singulas Tithimalorum species per folia ac flores, & reliquas proprietates describentibus. Sed neq; Lathiris est, quã iuniores medici Cataputiam minorẽ uocant, Auicenna autẽ Mendanã, ut constat ex hijs quæ de Lathiri Diosc. & de Mendana Auicenna similia scripserũt: neq; Peplios, de qua Dioscor. agit inter alias quæ lac acutũ emittunt. Huius eñ radix inutilis est, ut inquit Dioscor. & de hac quoq; Auiceña agit secundo Canone, sub nomine Bebilis, capite diuerso a capite De turbit: eadẽ ratione D neq; Peplion, id est, Portulaca syluestris. Nam hanc quoq; Auicenna. 2. Canone Bilomon nominat. Translatio autẽ librorũ Hippocratis de regimine acutorũ Feliciniũ uocauit, & nõ radice, sed folio, uel fructu ad usum medicinæ adhibetur. Habet etiã folia similia Portulacæ, unde illi nomen, non autẽ Ferulę, sicuti Turbit descriptũ a Mesue. Deniq; per singulas species earũ plantarũ, quę succo lacteo & acuto manant, discurrendo, non uidetur cuiq; earũ descriptio Turbit, quæ apud Mesuẽ reperitur cõuenire. Forte autem neq; uere scribitur a Mesue, Turbit esse e genere earum quę lac habent. Siquidem hic idem autor inquit, Mezereon esse plantam lacticiniorũ maiorẽ, quę tamẽ planta ab Arabibus Mezereon nominat̃: eadẽ a græcis Chamælea uocat̃, ut cõstat conferenti caput de Chamælea apud Diosc. cum capite de Mezereon apud Serapionẽ, & etiã apud Auicennã: nisi q͂ Auicenna etiã ipse, licet sub nomine Mezereon, Chamæleã describat, quã constat non esse de numero lactariarũ, siue lacticiniorũ, inquit Mezereon esse lacticiniũ magnũ: ut uideant̃ Arabes, Auiceña præsertim, ac Mesues capite de Mezereon, in duplicẽ errorẽ incidisse, & q̃d Mezereon, quę a Gręcis Chamęlea uocat̃, int̃ lacticinia posuerunt, & q̃d Chamæleontẽ albũ & nigrũ, cũ Chamęlea siue Mezereon confuderunt. Nam Mesuẽ quoq; non fuisse secundi huius erroris expertẽ probari potest ex hijs, quas ipse Mezereon in fine capitis tribuit, ꝓprietates, quas nõ Chamæleę, quam Arabes Mezereon uocant, sed Chamęleonti potius albo uel nigro Diosc. assignauit. Quæ eñ de Mezereon Mesues scribit, q͂

Mezereon

interficit lumbricos, & q̃d collutio eius ex aceto confert dolori dentium, A
& quod fit unguentũ ex eo ad ſcabiẽ bonũ, & linimentũ ex eo & ſulphu=
re delet morpheã, albaras & lentigines, ſunt fere ꝓprietates, quę Chamæ
leonti albo & nigro, nõ aũt Chamæleæ, id eſt, Mezereon a Dioſc. tribu=
untur. Serapio uero etſi capite de Mezereon ſimilẽ confuſionẽ Chamæle
ontis, & Chamęleæ, ut cum de Ixia uerba faceremus oſtendimus, in eo ta
men magis eſt quam Meſues Auicenna probandus, ꝙ Mezereon haud=
quaq; fecit ex genere lacticiniorũ: & qui uerum Mezereon, hoc eſt, Cha=
mæleã agnoſcunt, ſciunt eã nõ habere lac. Dixi aũt uerũ Mezereon quod
a Græcis Chamælea dicitur: quia apud nõnullos Arabes, Ioannẽ. ſ. Sera
pionẽ, ueluti Simõ annotauit, Mezereon eſt Mirdane, uel Mẽdane: quę
autẽ Mendane ab Auicenna uocatur, eſt Lathiris apud Græcos, & Cata=
putia minor apud medicos iuniores: quã certũ eſt, nõ eſſe Mezereon, ne=
q; ab Auicenna, neq; a Serapione, neq; etiam a Meſue deſignatũ, ut ſatis
conſtare ex uarijs deſcriptionibus arbitramur. Et quia aliud caput de Mẽ
dane, aliud de Mezereon Serapion atq; Auicẽna ſcripſerũt: nõ ſolent aũt
autores Arabes duo capita, ſed unũ tm̃ de eadẽ ſimplici medicina ſcribe=
re, niſi forte nominũ uarietate decepti, quę una ſit, geminã eã crediderint.
Nam ꝙ de Auicẽna ſupra dubitauimus, ne forte de Eſula duobus capiti
bus egerit, & capite de Sebram, & altero de Mezetegi, hunc liquido erro
rẽ in Serapione deprehẽdimus, q capite de Tithimalo ultimo loco nomi
nat ſpeciẽ Tithimali, qui dicit̃ Pti as: uult autẽ dicere Pitiuſa, cuius radicẽ B
quidã eſſe Turbit, ut ſupra oſtendimus, exiſtimauerũt. Et paulo infra a=
liud caput ſcribit de Sebrã, in quo eaſdẽ tribuit Sebrã ꝓprietates, quas Pi
tiuſę Dioſc. neq; meminit, ſed de eadem planta etiã inter ſpecies Tithima
lorũ fuiſſe locutũ. Supra aũt diximus, ut ad id propter quod hæc omnia
ſubiunximus reuertamur, Turbit apud Serapionem eſſe Tripoliũ apud
Dioſc. qui q̃dẽ Serapio neq; ipſe Mezereon, ſicuti neq; Tripoliũ Dioſc.
lacticinijs annumerauit, Simon aũt Genuenſis in litera L, ubi de lacticini
is facit mentionẽ, etiã Tripoliũ inter iſta collocauit. Quia eñ Meſues po=
nit Turbit inter lacticinia, Turbit autẽ apud Serapionẽ eſſe plantã quam
Dioſc. uocat Tripoliũ, neſciens Simon hoc nomẽ Turbit apud duos au
tores æquiuoce dici, apud alterũ de planta habẽte lac, & folia Ferulæ ſi=
mili: apud alterũ de planta carẽte lacte, & foliũ Iſatidi, id eſt, Guado ſimile
gerenti, propter uerba Meſue de Turbit, Tripoliũ quoq; inter lacticinia
cõnumerauit. Vide q̃t difficultates, & q̃dẽ inexplicabiles, occurrunt me=
dicis iunioribus, Arabũ autorũ doctrinã ſequẽtibus, ob eorundẽ autorũ
nõ modo a Græcis, ſed etiã a ſeipſis diſcordantiã. Quare nulla alia inter
tot, quę de ſimplicibus medicinis habent̃ ambiguitates relinq̃t̃ uia, niſi ut
ad ſenſum iudicẽ cõfugiamus: ut ſi plantã uirentẽ habere poſſimus, cuius
radix ꝓ uero Turbit affert̃, nunq̃d ſit ex genere lacticiniorũ, uel alia, diſcu
(tiamus.

Mendane.

Cautela

¶ DE BVGLOSSA.

De Buglolla autem, de qua quæris, an ea qua pro Bugloſſa utimur, ſit

C uera Buglossa, si tibi q̃d sentio respondero, uereor ne sicuti tu admodum docte dubitasti, ita ego nimiũ proterue uidear uniuersam nostri temporis medicinã euertere. Nam si probare contendero, Buglossam, quam medici iuniores ad usum medicinę adhibẽt, nõ esse uerã Buglossam, cur etiã inquiet aliquis, Lactucã qua uescimur, uerã esse Lactucã non inficiaris? Non ita tñ sumus animati: absit eñ a nobis tanta temeritas, ut omnia iuniorũ medicorũ placita uelimus demoliri. Sed sicuti multa eorũ probanda cẽsemus, ita plura sunt in quib. autores ueteres magis sequendos iudicamus, atq; in illis pręsertim, in quibus ijdẽ medici iuniores inuicẽ uidentur dissentire. De Boragine Simon Genuensis in litera B, ita scribit. Borago herba nota, cibo apta, & medicinæ: & flos, & folia, & semen Buglossa dicit: spẽs eius syluestris. Non reperio aliquẽ autorẽ autenticũ, facientẽ capitulũ de utraq;: si scribit de una, nõ scribit de alia. Hęc ille. Pandectarius aũt aliter sentit. nam. 2. capite scribit alterum de Boragine, in quo allegat Dioscor. alterũ de Buglossa, in quo citat Serapionẽ ex eiusdẽ Diosc. autoritate de Buglossa loquentẽ. Montagnana uero in q̃dã cõsilio scribit hæc uerba. Borago aũt non placet, q̃a planta multũ uentosabilis, & uentosiua: q̃d ostendit̃ ꝓpter multitudinẽ eructuationũ quas efficit. Et licet ponat̃ temperata, quia est speeies Buglossę, quę temperata est, de ea parum ab autoribus scribitur, & plura de ea credunt̃, quam ratione & autoritate

Borago.

D uerificari possint. Auicenna tamen de ea nihil dixit. Vide quanta sit istorum autorũ discordia. Alter dicit nullum autorẽ de utraq;. s. de Boragine, & de Buglossa loqui: alter super ambabus herbis citat Dioscoridem: alter facit Buglossam speciẽ Boraginis syluestris: alter Boraginẽ Buglossæ tanq; generi subijcit. Auicenna quoq; secundo Canone, capite de lingua bouis, notat sui temporis medicos, qui nõ uera Buglossa uterent̃, sed alia quę non habet easdẽ utilitates. Quare in tanta medicorũ tum latinorũ, tum etiam Arabũ de herba Buglossa controuersia, quid mihi uideat̃ aperiam. Primum illud pro confesso habetur, Buglossam græco interpretamento, Linguæ bouis assimilari. Duæ autẽ sunt herbæ Linguæ bubulæ, atq; ideo etiam inuicẽ similes: altera a nobis Lingua bouis, altera Borago nominatę: sed duę quoq; herbę itidẽ Linguę bubulę similes celebrant̃ gręcis nominibus apd' Gręcos: altera Buglossum, altera Crission ab eisdẽ Gręcis nuncupatę: adeo, ut minime dubitẽ duas illas herbas, quarũ alterã Linguã bubulã, alterã Boraginẽ sermone nostro uocitam⁹, ad duo capita apd' Diosc. debere referri: quorũ alterũ est de Buglosso, alterũ de Crissio. Nam & hoc propter magnam quam habet cum Buglosso similitudinẽ, Buglossum magnũ pariter a Græcis appellat̃. Verũ diligentius considerantib. descriptio Buglossi apd' Diosc. plus Boragini cõuenit: descriptio aũt Crissij, siue Buglossi magni plus alteri quadrat, quã nos uulgo Buglossam, seu Linguam bubulam nominamus: siquidẽ idẽ Diosc. inquit folia Crissij esse longiora folijs Buglossi. Quanq; apud Pliniũ, qui Crissiõ lib. 27. capite. 8. fere eodẽ modo quo Dioscorides describit eandem Crission

Buglossa unde dicta.

habere folia non longiora Buglosso, seu ut ipse interpretatur, Lingua bouis, sed potius minora scribatur. Quē puto errorē ex uocabuli græci similitudine, & codicis mendo quē Plinius habuit, contigisse: quoniam pro macrotera quod uerbum significat longiora, microtera, id est minora scriptū inuenit. Ego uero in multis codicibus græcis nō solum impressis, sed etiam manu scriptis apud Dioscoridem μακρότερα, id est, longiora, non autē μικρότερα, id est, minora reperi. Liquido autē sensui subijcitur, folia herbæ illius, quæ uulgo Buglossa dicitur, esse folijs Boraginis longiora. Itē idem Dioscor. inquit, in summo caule Crissij esse capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines, quod etiam in herba Buglossa a nobis appellata uisu deprehenditur: contra in Boragine capitula cærulea, non autē purpurea conspiciuntur. In autore autem de simplici medicina leguntur hæc uerba: Buglossam Romani linguam bubulam, Lucani Corago. Nascit̄ locis cultis & sabulosis. Forte autem pro Borago uerbo, Corago uitiose scribitur, aut nomen coraginis una litera uariata est, in boraginē uersum. Qđ autē inquit nasci locis cultis & sabulosis, hoc idē de suo Buglosso Diosc. tradit. Pandectarius quoq;, si qua est hui⁹ hominis autoritas, in litera L, Lisinaltaur, quod nomen apud Arabes significat linguā bouis, ipse boraginē interpretatur. Quare forte melius fuerit, cū Buglossam, de qua Dioscor. Gal. & autores Arabes utrunq; allegantes, ad usum medicinæ adhibemus, Boraginē potius, quam illā quæ passim Buglossa nuncupatur recipere. Atq; ita falsum erit id, quod Montagnana existimauit, Auicennā nihil de Boragine dixisse: nā, nisi mea me fallit opinio, caput de Buglossa, seu lingua bouis apud Auicennam est caput de Boragine, sicuti etiam apud Serapionē: falsum etiā erit id quod Simon scribit, qui putauit neminem autorē de utraq; herba simul scripsisse. Siquidē Diosc. apđ Gręcos, & Plin. apđ nos, tam de Buglossa, quā etiam de Crissio fecere mentionē. Negari autē non potest quin Borago sit alterum duorū apud Diosc. aut Crission, aut Buglossum, ab hijs præsertim, qui boraginem buglossę, uel buglossam boraginis speciem confitentur: quando & Dioscor. ipse Crission habere folia similia Buglosso, & Buglossum magnum uocari testificatur. Si tamen borago sit crissium apud Græcos, uerū erit quod a Montagnana scribitur, tam multa de boragine a iunioribus medicis temere prędicari. Nam Dioscor. hoc tantum de Crissio retulit: quod si radix eius alligatur super locum dolentem, sedat dolorem. Plinius autē, quod herba, aut radix alligata, sanat dolores uaricum. Quare medici iuniores utrum uelint acceptent, aut q̊d Borago sit uera Buglossa, ut nos opinamur, aut quod eius herbæ usus non sit ad illa u tilis, ad quæ ipsi arbitrantur.

¶ DE CICERBITA.

CICERBITA autem, de qua etiam scire cupis, est & ipsa sicuti Borago etiam in hoc usu Callimachi carmine inclyta. Est enim illa quā Theseo apponit rustica illa Echate, ut Plinius meminit. Verum in operibus medicinæ minus hodie celebrata; quia forte medici iuniores non noue

C runt quo nomine apud ueteres autores, qui de medicina scripserunt, nuncupetur: atque ideo nesciunt eius utilitates, quod nos nunc indicabimus. Dioscor. ipsam Sonchū nominat, & a Romanis Cicerbitam asperam uocari testificatū: quamuis hoc nomen, ut plæraque alia Romana uocabula, apud Dioscor. sit deprauatū: quia non Cicerbita aspera, sed circita aspra in græco codice uitiose legitur. Idcirco autē a Romanis aspera fuit cognominata, quia spinosa est cum inueterascit. Græci sane adhuc herbā, quam nos latinè Cicerbitā nominamus, uulgo Sonchum appellant: ut mirandum sit, Simonem Genuensem, qui multa herbarum uocabula a græca herbaria didicit, quid tamen esset Sonchus apud Græcos ignorauerit. nā de ipsa meminit in litera S, & adducit uerba Dioscor. de Soncho, quæ tamen herba sit, aut quo nomine censeatū apud nos, dicere prætermisit. Necque minus admiratione dignū, Plinium huic herbæ, tam in usu cibario frequenti, latinū nomen non reddidisse. nam & ipse libro. 22. capite eiusdem numeri, quam nos uulgo Cicerbitam nominamus, græco uocabulo Sonchū appellauit: atque ita ipsam descripsit, ut dubitari non possit Sonchū apud Græcos esse herbā, quā Latini Cicerbitā uocant. Sed prætereа idem Plinius una cū Diosc. tot huius herbę usus enumerat, ut me aliquando pudeat nostri tēporis medicorū, qui tm̄ illa remedia probant, quæ magno impendio parantur, quibus meliora aliquando pauperrimus quisque cœnat: fere tamen, de quo nos etiā magis pudere oporteat, non Indicas, atque

Sonchus. Cicerbita.

Notent Medici ampullosi.

D Arabicas, siue externi orbis quærūt medicinas, sed quas natura illa omnium rerū parēs uulgo etiā exposuit. Mustela pugnatura contra serpentes, pastu se Cicerbitæ munit, atque inter pugnandū eodē crebro repetito se refouet Co〈m〉pertū est hoc apud multos, qui dimicationē consertā uidere. Nos Theriacam contra uenena, ab Aegyptijs magno emimus precio, cuius potissimā partē, quā basim uocamus, illi adhuc ignorant, præter multa alia simplicia medicamenta, ad eandē compositionē necessaria, quæ nostra hac ętate neque a Græcis, neque a Latinis, nedū a Barbaris cognoscunt: quorū etiā uel unius defectus, si Gal. medicorū principi credimus, potest totam compositionē corrumpere. Naturæ uero opera sunt absolutiora, inuentu faciliora, nisi ob hoc ipsum uilescerēt. Sonchū aūt, siue Cicerbitā, cuius occasione hæc interposuimus, magnā habere contra uenena, sed præcipue scorpionū efficaciā, testantū tū Diosc. apud Græcos, tum etiam Plinius apud nos, & ex recentioribus Conciliator: qui Lactucellam, per quā ut puto Cicerbitā intelligit, quæ ut etiā inquit Plinius, Lactucæ similis est, nisi spinosa foret, septē alijs herbis annumerat, quę Theriacę ęqualē habent contra uenena potestatē. Atque insuper Auiceña apud Arabes, si modo Cicerbita sit herba quā ille. 2. Canone Taraxacon nominat, ut scio plærosque ætate nostra medicos celeberrimos, ac præsertim Gerardū Veronēsem axistimasse. Nolo em̄ ego nunc de isto decernere, qui dudū opus ad hoc ipsum destinaui, ad declarandū. s. noīa Arabica. 2. Canone apud Auicennā scripta inueniunt. Quod idē opus forte maturius absol-

Theriacæ difficilis & rara compositio.

Lactucella.

A

uemus. quando te hoc quoqꝫ non minus cupere, quam illa quæ nuper a nobis explananta sunt, intelleximus. Si tamen tuam in hac re auiditatem pluscul um fuerimus commorati, æquo animo patieris, futurum illud ma xime sperans, quod tibi in hac epistola contigit, si modo epistolæ nomen meretur, quæ fere ad uoluminis magnitudinem excreuit, quę quanto tar dius, tanto maiori cum fœnore est tibi reddita. De Cicercia reliquum est, quo tuis quæsitis omni ex parte satis fiat, ut etiã de Cicercia respondeam, hoc leguminis genus uulgo Cicerciam nominatum a Plinio libro. 18. ca= pite. 12. Cicercula nuncupatur a Theophrasto libro. 9. de plantis, & a Ga leno eundem Theophrastum allegante, libro. 2. de alimentis, Lathiron: hoc enim uerbum Theodorus, græce latineqꝫ doctissimus, in translatio= ne Theophrasti Cicerculam interpretatur. Vale Ferrariæ Calendis Fe= bruarij. M. D. IIII.

Cicercia.

¶PANDVLPHI COLLINVTII, aduersus NIC. LEONICENVM Pliniomastigen Defensio.

¶DE PRASIO, & PRASO.

Ad idem caput supra folio. 44. c

B

PRASIVM GRAECE ESSE, QVOD nos Marrubium, Prasum uero quod Porrum dicimus, primum Leonicenus edocuit. Didicit (ut opinor) & ipse boni cuiusdam uiri poëticam medicinam, in qua ita scriptum est, Folia Marru- bij sunt Prasia, Prasaqꝫ Porri. Quæ quoniam Plinius distinguere nesciuerit, Horminum, Balo- ten, Stachyn Porri folijs, non Marrubij, ut oportuit, constare dixit. Tum tres illos testes, qui u- nus sunt, quod supra docuimus, Dioscoridem, Galenum, Paulum, opinioni suæ adstipulantes citat. Vetat Hadrianus Imperator, his testibus fidem adhiberi, qui unum, eundemqꝫ sermo- nem (ut de compacto) afferunt. Verum ipse neqꝫ errasse Plinium patiar, qui Marrubium græce Prasium dici. 20. lib. & Porrum Prasum. 7. &. 29. aperte monstrauerit: neqꝫ Dioscoridem credi- derim, sed hunc ipsum Pliniomastigen: qui ideo Dioscoridem Marrubium intellexisse opina- tus est, quod ipse quæ nam illæ herbæ sint nesciat: placetqꝫ hominis inscitiæ potius, uel codicis uitio, quam Dioscoridis adscribere. Ita enim a Leoniceno nostro fieri oportuit, cum Plinium e- mendaturus uideretur, non quam herbam Plinius pinxisset, negare esse illam, sed quæ, qualisqꝫ illa nunc sit docere: non quid unaquæqꝫ res non sit (quod de Deo dici solet) sed quid ea sit dice- re: non destruere, sed adstruere: non ex Dioscoridis sententia, in re non manifesta Plinium euer- tere. Pariter enim & Dioscorides potest Plinij autoritate superari, sed uel ratione, uel rei ipsius euidentia. Nihil minus philosophi est, ut diximus, quam aliquid sine ratione dicere. In herbis quoqꝫ designandis, non scribentis autoritas, non Leoniceni censura, sed uis & figura, & res ipsa consyderanda sunt, palamqꝫ exhibendum quicquid id est medicamentum, de quo disputatur. Quod si ignoretur (neqꝫ enim scire omnia mortalis est) salua apud nos scribentis autoritas sit, & humane potius ignorantiam nostram fateamur, quam errasse alterum impudenter iudice- mus. Sic nos quoqꝫ de ijs, quoad fieri poterit, primumqꝫ de Hormino transigemus.

¶DE HORMINO.

Ad id cap. supra folio 44. c

Horminum, quæ & Geminalis latine dicitur, frumenti genus esse, & inter frumenta connu- merari, Theophrastus Plantarum. 8. Plinius uero naturalis historiæ. 18. aperte indicant. Nam frumenta ex satis tempore diuidi, Theophrastum secutus Plinius inquit, cum Hyberna facit, ut Triticum, far, hordeum: Aestiua uero frumenta, pannicum, milium, horminum. Galenus quoqꝫ alimentorum primo, quando Horminum in pollinem redigi affirmat, inter frumenta posuisse uidetur. Verum frumentacea omnia harundineo folio constare, tam Plinius, q̃ eodẽ loco Theophrastus de frumentorũ & leguminũ differentijs disserens, scribit. Plinius Horminũ

C

Porri folijs constare dixit: utrū ergo harundineis folijs similius habet foliū: Porrū ne, an Marrubium? Iam si ratione certandū est (ubi res ipsa non exhibetur) Horminū inter frumenta est, frumenta Harundineo folio constant, Porrū Harundini similius habet folium. Qui ergo Horminum Porro similia habere folia dixit, ueriora certe enunciauit, ꝗ qui Marrubio, cui nulla prorsus cum Harundine cognatio. Pari similitudine quoq; Plinius (ut est in tradendis herbarū notionibus acutus ac diligens) in Oriza usus est. Oriza etenim & ipsum frumenti genus est: quod Rizum uulgo dicimus, nulli ignotū. Hanc.18.describens Plinius, Porro similia habere folia dixit: nulla alia ratione, quam qua Horminū quoq; Porri folijs constare scripsit. Porracei enim folij, ad harundinaceum (quo frumenta eisdem censentur autoribus) nulla aptior est proportio. Adde, quod Horminum Plinius, Theophrastusq; Pannico, & Milio æstiuis frumentis adnumerant: at si Milij, Panniciue folia describenda sint, nullius herbæ magis, ꝗ Porri foliorū pingent exemplo. Sic Hormini quoq; folia Pannico, Milioq; connumerata, Porri folijs, non Marrubij (quo nihil in frumentaceis figuris ineptius) effigiari oportet. Hæc de Hormino, rationem sequutus, reiq; ipsius euidentiam scripsi, quæ si Nicolaus penitus inspexisset, nec notissimi frumenti Plinio, nec Prasij Græci uocabuli ignorationem obiecisset.

Oriza
Rizum

❡ DE BALOTE.

Ad idem caput supra fol.44.c

In Balote uero describenda, quid est quod Prasij, & Prasi uicinitate errasse Plinium credamus, quem quæ uera Balote esset (ut quæ plurima ubiq; nascatur) ignorasse non nisi ignorantissimus crederet? Qui libro.20. Marrubium inquit, Græci Prasion uocant: & ex Castoris magistri sui sententia, nigrum etiam Marrubij genus esse scribit: ut sciamus etiam Marrubium nigrum dicere potuisse, sicut Porrum nigrum dixit, cum de Balote ageret. Baloten inquit Plinius, Græci Porrum nigrum uocant, folijs maioribus ꝗ Porri. Addit. Et uestientibus, & graue olentibus, canis morsibus efficacem. In nullo Marrubij genere folij uestiunt: at in Porro, Alio, Harundine uestiunt. Maiora inquit, sunt ꝗ Porri. Magna esse Porri folia, non ignorabat Plinius: ideo maiora, adiecit. Graueolentiam in nullo Marrubij genere (nisi manu teratur) esse, certum est. Ea quoq; genera si terantur, non graueolentiam, sed acrem, neq; iniucundū inter Abrotanum atq; Absynthium odorem reddunt. In Porro nigro recte graueolentiā dixeris: quippe, quod fœtidum, grauem, & capiti noxium odorem referat: atq; ideo in medicamentis non estur, sed apponitur: quod contra in Marrubij generibus euenit. Sed quæ sunt oculis commissa fidelibus, nonne mouere plus solent? Plena Balote sunt prata, atq; in montium præcipue radicibus ijsdem quibus describitur signis Porri folijs grandibus, nigris, maculosis. Vnde ego Baloten dictam existimem. Eam latinorum quidam Vlcerariam, rustici Porrum caninū uocant: ex eo quod putem, dictam, quod canis morsibus aduersetur, nec tam herbæ similis, ꝗ potestatis nomen referat. Quid autem Dioscorides, quiq; eum sequuntur crediderint, Nicolaus uiderit. Nos Plinium Romano ista pensantem iudicio, remq; ipsam audiamus, quamq; & Dioscorides quidem, cum multa Balotes nomina enumeret, inter quæ & Marrubium nigrum est, & magnum Marrubium, & Isionis sanguis. Alios tamē Cynosprason dicere Baloten affirmat: quod aliud nihil ꝗ caninum Porrum significat, ipsumq; nomen ad rusticam simplicitatem manasse iam diximus.

Balote.

D

Vlceraria.

Isionis sanguis.
Cynosprason

❡ DE STACHY.

Ad idem fol. quo supra.

Stachyn quæ tandem sit ignorare me fateor: pari quoq;, uel certe maiori ignorantia uersari Leonicenum arbitror. quippe qui & Stachyn ipsam ignoret, & unius, utpote momenti, Plinium credat errasse: nec Plinij uerba, mentemq; consyderet. Scripserat uicesimo uolumine Plinius, Marrubium a græcis Prasion uocari, & nigrum Marrubij genus inueniri: notiusq; illud dixerat, ꝗ ut indicandum esset. At.4 &.20. libro cum Ampeloprasum, hoc est, uitigneum Porrum, quod nos uulgo Porrastellum uocamus, Porri folijs constare dixisset, continuo adnectens subijcit. Ea quoq; quæ Stachys dicitur, Porri similitudinem habet, longioribus folijs, pluribusq;. Stachys quoq;, inquit Plinius, ut Ampeloprasus Porri similitudinem habet, longioribus folijs. Si Græci Prasio, id est, Marrubio similem Stachyn dixissent: cum exploratissimum habuisse se Plinius Marrubiū referat, quod folijs paruis, & obrotundis constet, tunc eum errasse Plinium credibile aliquando fuisset: si Stachyn ut Ampeloprasum Porro non comparasset, uel simpliciter Porro similem dixisset. Verum quando porraceæ herbę Stachyn adnumerat, & longiora illi folia quam Porro facit, quis iam dubitet, non errasse Plinium in herbæ similitudine, quam compertam habuisse? Porro etenim, non Marrubio nulli (ut ipse inquit) ignoto, longa sunt folia. Accedit, quod qui octauū Galeni lib. de simplici. medicamentis latinū fecit, Stachyn Porro similem esse interpretatus est. Magnum ueritatis argumentum, Plinium, & eum, qui Galenum interpretatus est (qualiscunq; ille fuerit) in eandem de Stachy conuenisse sententiam.

Ampeloprason, Vitigneum Porrum, Porrastellum.

A

De LEVCOGRAPHIDE.

Ad idē cap. supra fo.44. c

Leucographida lapidem esse, non latuit Plinium: quippe qui uolumine.s.&.30. secundā Galatites speciem Leucographidē appellauit, quoniam lactea esset, candidis intercurrentibus uenis. Sicut Leucogeam, quæ lacteo colore simplex esset. Sinopiten uero, quæ sanguineis uenis distingueretur, suasq; uires illis tribuit, ut intelligamus plenius distinctiusq; aliquanto Plinium quam Dioscoriden de eius lapidis generibus tradidisse: Leonicenū uero (qua fuit in diligentia) de Leucographide lapide scribente Pliniū non legisse, atq; ideo in eo calumniando grauius deliquisse: Leucographidem quoq; herbam esse.7.&.20. libro scribit Plinius, eiusq; uires aperit: qualis uero illa esset scriptū se non reperisse inquit. In quo quæso accusator hic noster errasse Pliniū calumniatur? An, quia Leucographida lapidē esse ignorauit? Ast hunc bellissime, ut diximus, distinxit, descripsitq;. Nosq; illum & pulcherrimū habemus, & uiro incomparabili Pico Mirandulæ, & Anthonio Fauentino præstantissimo philosopho cum hæc proderemus, ostendimus. An, quod qualis esset Leucographis herba, non reperisse se fassus est? At de eius figura scribentem aliquem non uidit: sed easdem uires inquit herbæ suæ Plinius, quas Dioscorides lapidi tribuit. Quid si errasse Dioscoriden Leonicene dicerem: qui quæ herba esset, lapidē credidit: qua illum ratione defenderes? Aut si hoc non recipis, nonne communes tam lapidi quam herbæ uires esse possunt? Iaspis sanguinem sistit, Leucogea lactis abundantiam facit, Topazius uenerē cohibet: sed eosdem quoq; effectus Siderites, Lagine, Ligus, atq; herbarum præstant plurimæ. Sed Dioscorides inquis Moroxum quoq; uocari Leucographiden scripsit. Falsum hoc quidem: Moroxum Galenus fortasse dixerit. Morochthum certe Dioscorides, non Moroxum, ut tu peruerse retulisti. Sed & hunc Morochthum lapidem esse non fugit Plinium: qui hunc ultimi uoluminis capite.10. commemorat: quem nos quoq; habemus, & multis ostendimus in cotis attritu lacteo sudore manantem, & candidas lineas, tametsi porraceam uiriditatem p̄ferat, in pannis ducentem. At Morochthum hunc, Leucographiden quoq; dici Dioscorides scripsit. An ideo errasse Plinium p̄dicas, quia de Dioscoridis ignoti sibi hominis appellationibus non diuinauerit? An non satis putas, unum Morochthi nomen adduxisse Plinium, qui Leucographiden, & alium quoq; esse lapidem quam Morochthum ostendit? Tametsi quosdam Leucographiden, Galaxiamq; uocasse illum Dioscorides scribat. Præclara dialectici philosophi argumenta. Fatetur Plinius, figuram Leucographidis herbæ non repperisse se: ergo errat accusante Leoniceno? Quod ingenue fatetur Plinius, quod non temere adstruit, quod nō repperit, quod non diuinauit, ergo errat? Iam uel ex ista argumentorū formula uidere possumus, quo hunc hominem carpendi libido, & nouitatis ostentatio transuersum ferat. Leucographida ergo & lapidem esse, & herbam quoq; esse posse, Plinio docente discamus, ut Prasum quoq;, & Heliotropium tam herbas, quam eiusdem nominis gemmas designant. Morochthum quoq; ideo Leucographiden a quibusdam dictum, quod candidas ducat lineas, uiridis ipse cum sit. Galatitis uero secundam speciem ideo Leucographiden dictam, quod lactea cum sit, candidæ illā inscribant uenæ. Leonicenū uero, qui nec ista pensauit in legendo Plinio, hebetiorē fuisse noscamus.

Morochthus

B

De POLIO, & TRIPOLIO.

Ad idē cap. supra fo.44. d

Polium suauissimam herbam Musæo & Hesiodo autoribus, qualis esset, quibusue polleret uiribus, luculenter (ut omnia) descripsit Plinius. Miraculum addens, ijsdem tradentibus autoribus, quod ter colorem mutet. Tripolij uero rationem figura, potestate, soloq; diuersam suo loco pariter assignauit. Accusator hic noster, omnia fere uerbum ex uerbo quæ de Polio dixit, transtulisse ex Dioscoride Plinium refert, uerum in hoc errasse, quod Tripolij miraculum Polio adscripserit, contra quam Dioscorides fecerit. Simul, quod Tripolij radicem dari epaticis in farre coctam prodiderit: quod apud nullum inquit, grauioris autoritatis medicum legitur. Iam & ex his quoq; non transtulisse ex Dioscoride Plinium satis constat. Verum age Nicolae, effare obsecro, ne nostra fluctuet oratio, sæpiusue idem repetendum sit, Aut Dioscor. non legit Plinius, qnod supra docuimus: & nihil est quod tanto uiro imputes, si Musæo, Hesiodo, Theophrasto, totq; illis autoribus plus minus, contraue scribat quam Dioscorides dixerit. Aut uidit quidem (ut tu autumas) sed nec Dioscoriden per omnia sequi illi uisum est. Et non uideo, cur soli Dioscoridi credendum magis censeas, quam Plinio, tot, tantorumq; uirorum autoritate subnixo: quemq; uerisimile est, in eo tm̄ a Dioscor. dissensisse, in quo uel ratione, uel experientia, uel grauioris uiri autoritate p̄motus, melius aliqd, aut uerius inuenisse putauerit. Non possumus nunc utrius herbę, Polij, Tripolijue, quę tandē illa sit uidere miraculū. Neq; em̄ aut regio, aut tempus patit̄. Sed quis apertam calumniam tuam non uideat: qui ideo errasse Plinium dicis, quod Musæo, & Hesiodo autoribus, eodem libro, duobus in locis de Polio scribat, con-

tra ea quæ solus Dioscorides scripserit? Si Dioscoriden negauero, qua illum ratione, quo auto re defendes? Ego Musæum, Hesiodum Dioscoridi opponam: Plinium quoq; Dioscoridi po steriorem, atq; ideo sapientiorē: qui & Dioscoriden (ut tu credis) & priscos omnes quos citat, uiderit. Tū obsecro quale tuum est hoc enthymema? Non legitur inquis, apud aliquē medicū, Tripolij radicem dari hepaticis in farre coctam: ergo errauit Plinius qui hoc scripsit. Quid hoc argumenti est, obsecro? Quia tu nō legisti, errauit Plinius? Nonne potuit a Castore suo Plinius hoc didicisse: uel experimento comperisse? Nonne ab Hippocrate; Herasistrato, Chrysippo, Praxagora? Num Diocle, Num Herophilo? Num Dieuce, Dionysio Metrodoroq; herbarijs: quos tu nunquam uidisti, nec nos habemus: quiq; uel hoc ipso magnam habere Plinio gratiam debeamus (ut uir rarissimus dicere Picus solet) quod illos nobis utcunq; restituit? An nescis, o portere eum qui hoc argumentandi genere uti uelit, tria primum principia ponere? Legisse se scilicet omnes medicorum libros. Tum uero intellexisse. Postremo memoria tenuisse. Num ti bi hęc adfuerunt omnia quæso, cum Plinium in Tripolio errare dixisti, quia tu nunquam apud aliquem medicum legisti? At nos qui nec medicinæ artis scientiam fatemur, nec græcorum ua nitatibus addicti, tam multa contemnimus: sed nostrorum quoq;, & neotericorum ingenia & admiramur & colimus: nefasq; esse & studioso homine indignum putamus, si oblatum qua lemcunq; librum udl semel non percurrimus. Tripolium ipsum scimus (quando & uirentem Venetijs, & pictā uidimus, & herbariorum narratione didicimus) communi usu Trifoliū ma rinum dici: & Turbitellā, Soldanamq; uocari, & ab remedij ipsius de quo agimus facultate Fi catellam. Epar enim quodcunq; ex eo ficatum uulgo dici cœptū est: ex quo saginatorum fico suum iocinera gulæ proceres laudauerunt. Vnde & Ficatellam Tripolium quoq; nuncupant. quod epaticis (ut Plinius inquit) id est, ficato laborantibus afferre præsidium potest. Plurima enim in Hetruriæ maritimis nascitur: & eo præsertim littoreo tractu, qui a uadis Volaterranis ad ostia Tyberina protenditur. Huic & Iacobus Cornetanus medicus singulare uolumen dica uit: egregiasq; eius laudes epaticis cecinit. Quin & præclarus Auicenę enarrator Gentilis, Con siliorum libro qua parte Hydropis remedia colligit, mirabiles (ut ipse inquit) esse huius herbæ effectus tradit. Et (ut ipsius quoq; afferam uerba) a tota inquit specie confortat epar, & ab eo e ducit aquam, quę duo quasi basis in cura sunt hydropis. Num tibi uidemur grauiorem aliquē medicum de Tripolij uiribus Plinio adstipulantem (quod tu negaueras) inuenisse? Addis & aliud plane frigidius. Galenum autorem esse inquis, quod omnium uiscerum uitijs Polium au xiliatur. Et hoc quæso quid argumenti est? Galenus omnibus uisceribus auxiliari Polium di cit, Plinius omnia ferme uiscera singulatim enumerat, quibus Poliū auxiliatur: in quo igitur ar guis? Ille genus, Plinius generis species distinxit. Miraris preterea Plinium in Tripolio dixisse: uisam illam quibusdam eandem esse quæ Polium: atq; ex eo conijcis, Plinium illorum opini onem sequutum fuisse. Vnde obsecro noua hæc argumentorū ratio? Cum Polij Tripolijq; dif ferentias, nomen, figura, solo, potestate diuersis locis assignauerit Plinius, quia quosdā duas herbas unam putasse dicit (ut omnia quæ de illis scripta sunt referat) tu idem credidisse Plinium arguis, qui iam diuersas esse firmauerat: Quę ista obsecro concludendi necessitas? Dixerunt qui dam. Ergo Plinius, qui contrarium scripsit, credidit? Videre iam possumus, qua contradicendi libidine Leonicenus feratur. Non argumentum, non rationem affert, non autorum numerū, non experientiam aliquam, quibus errasse Plinium necesse sit credere. Errasse (ut summatum di cam) toto hoc suo libello Plinium clamitat: nullo alio fere argumento, quam quod a suo Dio scoride (ut ipse putat) dissentit. Ego contra, ideo Dioscoridi fidem adhibendam non esse con tendo, quando a Plinio doctissimo homine, & romano & posteriore, & multis ac magnis auto ritatibus fulto, solum Dioscoriden dissentire contingat: Plinij quoq; fidei atq; autoritati, aliud nihil quam rationem, exprimentumue contrarium esse posse.

Herbarij ueteres.

Ficatella.

DE PAPAVERE HERACLIO.

Si eam diligentiam Nicolaus noster, operamq; in uestigandis herbarum notionibus differen tijsq; impendisset, quam in cumulandis Plinij (ut ipse putat) erroribus adhibuit, utilius profe cto aliquid uitę excogitasset, nec se magnorum hominum calumnijs inquinasset. Nam dum ali orum errata persequitur, in magnos ipse plurimosq; errores incidit. Quod uel ex hoc Papaue re de quo nunc agimus, perspicuum fieri potest. Radiculam græci Struthiọn, hoc est, Passercu lum uocant: quod cum herba, tum flos ipse, tametsi inodorus sit, egregie tamen pulcher est pas serculorum specie uisendus. Heraclium Papaueris genus, Struthio simile esse, non tam Diosco rides quam. 9. plantarum Theophrastus scribit. Plinius, qui (ut est uidere) si utrunq; scriptorem conferas, ut in plærisq; omnibus sic in Papaueris generibus describendis Theophrastum sequu tus, plura quoq; & notiora herbarum signa commemorat, quoniam herbæ huius quoq; figu ram non ignoraret: Heraclium Papauer inquit, si procul intuearis, speciem passerum folijs re præsentat. Ast hic noster communis salutis (ut ipse de se inquit) procurator, hoc ad Plinij erro-

rem retulit: Probabilius inquiens existimari debere, herbam herbæ, quàm auibus foliũ habere per simile. Sed uideamus hominis literarũ certe aliquem, rerũ uero nullum usum habẽtis errorem. Conueniunt quidem Struthion, & Heraclium Papauer: non figura modo in his quæ diximus, sed & uiribus quadam inter se proportione notãdis. Nam ut Struthion lanis, sic Heraclium linis splendorem affert. Si probabile est, herbam herbæ (quod negat nemo) cur non & probabiliter a Plinio dicitur (ut expresſius herbæ ſigna demonſtret, & nominis ac ſimilitudinis quaſi quandam rationem reddat) Heraclij folia procul intuentibus, ſpeciem paſſerum repreſentare? Non animaduertit in calumniã præceps Nicolaus, cui ſemper noua ſunt omnia, morem hunc Plinij, tum herbariorum omniũ eſſe, qui herbas ipſas compertas habuerunt, atq; ideo alijs cognoſcendas tradiderunt, non herbas modo ſimiles, ſed & animalia, ac ſurdas interdum, & diuerſiſsimas prorſus res ad exemplum citaſſe: quo facilior, promptiorq; ueſtigantis herbas diligentia fieret. Sic & in ſyluestris quoq; Papaueris genere Cornicularium unum dici Theophraſtus ſcribit, quòd fructus inflexi ut cornicula figurantur. Sic cum Pſyllium deſcribunt, flores canis capitibus ſimiles pingunt: cum Echion, uipereis: cum Antirrhini fructũ, uitulinis naribus: cum Myoſotin, murinis auribus: cum Alectorolophon, gallinaceis criſtis: cum Chenopũ, anſerinis pedibus: cum Lagopum, leporinis: cum Hippurin, equinæ caudæ: cum Alopecuron, uulpinæ: cum Scorpiuron, a Nepa: cum Polypodium, a radice polyporum cirris ſimillima nominant. Quin & inſectorũ quoq; ſimilitudinem retulerunt. Cum Aſpleni folijs, Scolopendrarum figuram aſsignent: cum ſylueſtris Seſami ſeminibus, Ricini fœtidiſsimi animalis exemplum. Quid cum Cynosbati folia, ueſtigio hominis ſimilia eſſe dicunt? Cum Omphalocarpi, hoc eſt, Aparines ſemina, umbilico? Cum Pelecynum lentis morbũ, bipenni, aut ſecuri? Cum Centunculum, capitijs penularum? Cum Lonchitidis capitula, perſonæ comicæ linguam exerenti? Quid (quod magis etiã mirere) & cum præfatione pudoris etiã dicendum eſt, nonne Orchis herba, uirilium teſtiũ faciem radice præbet, Cynoſorchis uero caninorũ? Nun herba eſt uulgo nota ad primũ ueris initium, in aruis ac ſegetibus naſcens, acedarijs expetita, Fabarolam uulgus nuncupat, medici Sacerdotis teſticulum, cuius radicem pendentẽ cum teſtibus colem dixeris? Nun Theophraſtus plantarũ octauo ſemina quędam ad mentulæ ſpeciem effigiate, Plinius uero Cynomorion herbam canini genitalis formã præ ſe ferre dixerunt? Et mirabimur, Heraclium Papauer ſpeciem paſſerculorum procul intuẽtibus repreſentare, Pliniumq; illud appoſitiſsime dixiſſe. Multum ſemper artibus licuit, in inueniendis, explicandis, prodendisq; rerum uiribus ac differentijs. Quid noſter hic muſsitat Nicolaus? qui quoniam nec Struthion, nec Heraclium nouit, nec ſimilitudines rerum, cauſſasq; conſyderat, ideo erraſſe Plinium prædicat, quòd paſſerculis folia Heraclij ſimilia dixerit: nec rationem ullam, experimentumue affert, quo conuinci Plinius erroris poſsit.

Herbas etiam ab animalium ſimilitudine depictas.

DE EMPETRO.

Empetrum a noſtris Calcifragum uocari refert Plinius, calculoſque frangere: ac non ideo calculos non frangit, quia nullus ex his, quos Nicolaus legit, hoc ſcripſerit. Hanc ei herbæ uim eſſe Plinius dicit magnus autor, atq; abunde laudatus: cuius ueram eſſe ſententiam, & experimento compertum eſt, & hominum opinione recæptum. Eſt enim Empetrum (quod noſter Leonicenus ignorauit) ea herba, quæ acedarijs gratiſsima nunc habetur: & quam Venetia omnis, una addita, immutataue litera, Sampetram herbam uocitat: Baſichiam multi dicunt: alij Baticulam, Picentes ab herbæ ipſius facilitate Rumpiſaxum uocant, folijs ad Rutam ferme accedentibus, uerum craſsioribus, acutioribusq;: flore, ſemineq;, quæ cum Aniſi, tum Fœniculi ſpeciem in muſcarijs repreſentent: odore iucundo: ſapore inter acidum ſalſumq; cibi appetentiam prouocante. Naſciturq; (ut Plinius quoq; docuit) in montibus maritimis fere, in ſaxis: quod toto illo tractu uidere licet, qui inter phanum Fortunæ, Garganumq; tenditur promontorium: & in Iſtrorum cautibus, Liburnorumq; ſcopulis, unde plurima in Venetos defertur: & ſatiua quoq; in Cœnobiorum hortis non facili cultura ſeruatur. Certis quoq; rationibus adducimur, ut eam putemus eſſe, quam marinam Batin alio in loco Plinius appellauit, aliud Empetri genus quod Saxifragum noſtri uocant. Nec Plinium latuit: quippe qui illud libro uigeſimoſecundo inter Adianti genera poſuit, ramulis nigro colore uirentibus, folijs Filicis, mire calculos pellens, frangensq;: unde & nomen: non quod umbroſis petris (ut Græci forte putauerunt) parietumq; aſperginibus naſci illam uideamus. Non ergo nominum ſimilitudine decæptus eſt Plinius, qui utrumq; Empetri genus, diuerſo nomine Calcifragum, & Saxifragum prodidit, ſed Nicolaus noſter, qui nec Plinij uerba penſauit, nec herbas ipſas (ut accuſatorem decebat) agnouit.

Empetrum. Sampetra. Baſichia. Baticula. Rumpiſaxum

DE BETONICA.

Pari quoq; impudentia fertur, cum erraſſe Plinium ueriſimile ſibi eſſe dicit in deſcribenda

C Betonica, q̃d folio non quercus (ut Dioſcorides) ſed Lapathi ſimilẽ Betonicã pinxit: quodq́;
ea pictura Britannicæ herbæ ex Dioſcoridis ſententia, magis conuenire uideretur. Sed mirum
prorſus, ut indiligens accuſator apparuit, homo alioquin haud indoctus, qui Plinij uerba, nec

Serratula.

penſet, nec referat. Betonica, inquit Plinius, Serratula a noſtris uocatur, a radice ſpargens folia
fere Lapathi ſerrata. Quis Lapathũ ipſum, Betonicamq́; agnoſcens (nemo enim unus eſt, qui
ambas non norit) non graphice deſcriptã a Plinio Betonicã dicat: cum Serratulã uocari, &
folia fere Lapathi, & ſerrata habere illam uideat, meliusq́; aliquanto q̃ quercus ſimilitudine a
Dioſcoride deſignatã? Cum folio quercus, nõ ipſa Betonica (a quercu prorſus diſsimilis) ſed
Trixago magis, & Hierabotane deſcribãtur. Non ergo Lapathi folia ſimpliciter dixit Plinius,
ſed ſerrata adiecit, quod ſubticuit, aut diſsimulauit Nicolaus. Cum in Britannicæ deſcriptione
notiſsimæ herbæ folia nigra, oblongaq́;, eodem libro dixiſſe ſatis eſſe putauerit: nec ſerrata ad
iecit: quoniã inciſuris illis, quibus Betonica diſtincta non ſint. Quid autẽ aut frigidius, aut ini-
quius dici poteſt, q̃ ideo erraſſe Plinium dicere, quia Dioſcoridis uerba, ſimilitudinesq́; in pin-
gendis herbis non uſurpauerit, ſed ſigna alia, & quæ aptiora uidebantur, adhibuit?

¶ DE PARTHENIO.

In explicandis Plinij de Parthenio (ut ipſe putat) erroribus, in magnos Leonicenus erro-
res incidit, ut ex herbarum ipſarum deſcriptionibus, differentijsq́; cognoſcere licet: quas intel-
lexiſſe, diſtinxiſſeq́; Plinium, Leonicenum uero confudiſſe, per illarum ignorationem intellige-
mus. De ijs igitur ſic agemus. Tres herbas Parthenij nomine nuncupatas .21. & .22. uolumine
ſcribit Plinius (nam de quarta quæ Mercurialis eſt, ſermo nunc nobis non eſt) hisq́; omnibus,
ſuas quibus pollerent uires adſcripſit. Ex eorum (ut eſt uidere) ſententia, quos tam multos e-

Parthenij ſpecies.

numerat, prima quæ Parthenium, Leucanthis, Thamnacuſq́; a Græcis, a noſtris, & Celſo
Pelecynum, Muraliumq́; uocetur, in hortorum ſepibus naſcens, flore albo, odore mali, ſapo-
re amaro. Alteram quæ Helxine, & Siderites, & Perdicium, ab aue cognominatur, folia ha-
bens mixtæ ſimilitudinis Plantagini & Marrubio: cauliculos denſos, leuiter rubentes, ſemina
in capitibus lapaceis, adhærentia ueſtibus, unde Helxinem dictam uolunt. Tertiam quæ iti-
dem & Perdicium, & Aſtericum, a noſtris uero herba Vrceolaris dicitur, folio ſimilis Ocy-
mo, nigrior t m̃, in tegulis, parietiniſq́; naſcens. Has Parthenij differenrias ſi Leonicenus cogno
uiſſet, ſimulq́; & diligentius Celſum, & diiucide iſta ſcribentem Plinium, & ſuum illum Dioſco
D ridem inſpexiſſet, non temere adeo obſtrepuiſſet. Quod ut plene intelligere poſſint ſtudioſi, e-
go eas quæ ſint aperiam, diſceptandoq́; proponam, ijs locum faciens, qui ueriora contulerint.

Prima quidem & a floris candore Leucanthis, & a fruticũ, ceſpitisq́; denſitare Thamnacus
nomen accępit. Eadem a Celſo (in his forte libris, quos de agricultura ſcripſiſſe illum conſtat)
ſiue ab odoris ſuauitate, ſiue quod unguentis flos aptiſſime conueniret, Muralium dicta eſt,
quaſi Myralium, y, pſylon in, u, noſtrũ uerſo, quod ueteres (ut in Murrha, Murena, & Mure)

Pelecynum.

frequentiſſime uſurparunt, & familiare eſſe latinis ſcribit Cicero. Pelecynum idem ex eo co-
gnominaſſe uidetur, quod frutex ipſe odoris ſuauitate, ad ſe pelliciat. Siue, quod, ut Pelecynus
quoq́; herba, quæ in ſegetibus naſcitur, adminiculo indigens hortorum, ſepibus ſubrepat:
quod noſtro quoq́; æuo fieri, hominum uidemus induſtria. Hanc nos uulgo Genſeminum uo
camus, flore albo, odore mali, ſapore amaro. Hęc eſt illa Parthenium, quam rectius fortaſſe A-
maracum dixere quidam, quæ ſub ipſa quieſcentẽ Aſcanium, floribus, & dulci aſpirans com-
plectitᷣ umbra. Vnde laudatum illud in Co inſula quondã confectum unguentum, quod A-
maracinum, Sampſuchinumq́; dicebatur. Vnde forte in Genſemini uocabulum uulgus defle-
xit, ut non aliud fruticis uel herbæ genus intellextiſſe illos apud Dioſcoridem putem, qui Par-
thenium Amaracum dixerunt. Alioqui ſi ea Dioſcoridi Parthenium eſt, quam Cautam uoca-
re Tuſcos tradit, quo pacto tam breuis herbæ umbra complexum puerum, dulciq́; ſcripſiſſet
inſignis uates? Cum Cautam ipſam nec umbræ ob breuitatem idoneam, nec odoris unguen-
tiue oblectamento ob florum graueolentiam eſſe plane omnes intelligant. Melius uero, eodem
Dioſcoride autore, & Chamæmilum, & Anthemida quoſdam uocaſſe illam, quæ Cauta dici-
tur, fortaſſe quis putet: cum inter Chamæmili ſpecies, quas eſſe tres prodidit, collocetur.

Duas etenim, quæ nunc etiã Cautæ, uulgo Cotæ dicantᷣ herbas nouimus, unã quæ Sana co
gnominetur, & a quibuſdam Millefoliũ, non recte dicatur, nos Leucanthemon Plinio dictam
21. uolumine credimus, Abrotano odore ſimilem, & flore albo, folioſam, ſuſpirioſis utilem.
Alteram Chamæmilo ſimiliorem, quę ab odoris fœditate putidæ cognomentum ferat. Potuit
& Dioſcoridis Parthenium Millefolium hoc eſſe, ſi non illi Coriandri folia adſcripſiſſet. At ſe-
cunda Parthenium ijſdem quibus a Plinio pingitur ſignis, plurima inſpicitur in aruis, ſtipu-
liſq́; naſcens, folijs fere Mercurialis: cuius ſemen aſperum, nigrumq́; perdices appetant. Eam
quando ſemina inambulantiũ ueſtibus hæreant, ut græcorum quidam Helxinem dictam uo-

fuerunt, Romani herbam Lapariam. Sic uulgus quoq; per hæc tempora Grapellam nuncupat, quasi a rapiendo Rapellam dicas. Tertia uero est ea, quam ex eo quod folia caudiculis stellæ instar circumherentia habear, Astericum dicitur: & quod ipsa rapaci quadam lanugine hærere uestibus possit, a Dioscoride dicta Helxine uidetur. Quod uero tergendis urceolis, uitreisq; uasis experimento sit efficax, a Plinio Vrceolaris, a nobis uulgo quoq; Vitriolum dicitur. Quod uero muris, parietibusq; nascatur, a Celso Muralis. 2. de medicina libro, a nostri temporis Medicis recte Parietaria dicitur. Mineruæ sacra, atq; ideo Parthenium dicta, quod eam dea somno monstrauerit. A

Vides, ut in nullo deceptus Plinius, si qui illum legant, intelligant, ab errore uindicetur? Vides iam Conuoluoli huius nostri manifestam calumniam: ut sese suo cum Dioscoride uelut in Pampino contorqueat? Qui suam Parthenium & Chamæmelum uocet, & Solsequium & Millefolium uocari a Romanis affirmet: quibus quidem appellationibus absurdius nihil dici potest, apud eos etiam qui uel mediocriter herbariam attigerunt: qui & propria illa esse diuersissimarum prorsus a Parthenio herbarum nomina non ignorant. Et Leonicenus in primo quidem Parthenij genere, pro Pelecyno, quod ueteres & impressi habent codices, Perdicium scribit. In tertio pro Murali, Muralium ponit. Et quod de Murali in. 2. de medicina libro Celsus scribit, hic de Muralio in. 3. scribere illum impudenter affirmat. Tum pro Leucanthe candidi floris herba, unde & nomen, Cotam nescio quam, Cautam, ut arbitror, Dioscoridis uertens, autumat: non albo flore, sed luteo, candidis foliusculis coronato: non odore mali, sed Abrotani, ut Plinius, uel insuaui ac tristi: si eam quæ Putida cognominatur intelligit: ut iam quod Plinio primus obiecerat, in Nicolaum ipsum, uehementiusq; aliquanto retorqueri possit: qui non hominum modo, & rerum similitudine, sed græcę quoq; eruditionis opinione deceptus, plurima intemperanter effudit.

DE CYCLAMINO.

B Cyclamini herbæ, quam nunc porcinum Panem uulgus, mediciq; uocant, tria genera, Aristolochiæ uero quatuor aptissime scribit, pingitq; Plinius: at hic noster accusator, Cyclamini radicem dicit ideo existimasse Plinium, uideri Aristolochiæ Rotundæ radicem esse, quoniam radici Aristolochiæ uim necandi pisces adscripsit. Huius rei argumentum hoc afferr, quod ipse (inquit) a uiris grauissimis accæpi, idem nostro æuo fieri, non Aristolochiæ radice, sed Cyclamini. Nonne pręclaro usus uidetur aduersus Plinium Leonicenus, uel testimonio, uel syllogismo? Quia audiui inquit Nicolaus Leonicenus, Cyclamini radice pisces necari, fallitur Plinius etiam cum uidisse se dicat, qui Aristolochiæ radice pisces necari tradidit. O inexcusabilem calumniam: quia Cyclamini radix hoc facit, Aristolochiæ non facit. Quia de Cyclamini radice ab ignotis Nicolaus accæpit, Plinius proprio testimonio de Aristolochia mentirur. En præclari Dialectici argumenta: quoniam Tubere terræ (id est, primæ Cyclamini radice) fit ut pisces necentur, Malo terræ, hoc est, Aristolochiæ rotundæ radice fieri non potest. Fallitur Plinius, qui id uidisse se scribit: non fallitur Nicolaus, qui audisse se dicit? At Plinius inquit, radicem Cyclamini id etiam efficere scribit. Verum id quidem Leonicene: sed tertiæ Cyclamini, cognomine Chamæcissi, cuius non rotunda, sed sparsa sit radix: ut tandem agnoscas sine mente te debere, quod de Rapo terrę audisse te persuadere conaris. An cæcũ, uel mendacẽ fuisse Pliniũ putas Nicolae, cum Campanos piscatores Malo terræ calcem miscere, piscesq; necare uidisse se scribit? num impossibile quiddam, aut supra fidem dixisse tibi uisus est Plinius? Sed & Tithymalum cognomine Corymbiten lib. 6. & 20. & Lactucam caprinam libro. 20. eosdem præstare in necandis piscibus effectus, idem ipse Plinius tradit. Verbasco herba tam fluuiales, quam lacustres pisces interimi. Et marinos etiam a Phœnicibus hoc modo cap. 7. historiæ animalium Aristoteles scribit. Nos quoq; experimento, uisuq; didicimus, & Cucumerem Asininum, & uiridia nucũ putamina contusa idem efficere posse. Quoniam ergo & Cyclamino, & Corymbite, & Lactuca caprina, & Verbasco, & Cucumere asinino, & Iuglandium corticibus pisces necantur, errat Plinius, qui Aristolochiæ radice necari dixit. Num tibi carneadea ista uidentur, Aristotelicæue demonstrationes, quibus inexpugnabile uerum necessario sequatur? Tum concludens pergis, atq; in hunc modum dicis. Aut igitur fatendum est, duas esse radices, quæ eosdem præstent effectus, aut illud dicendum erit, Cyclaminum rotundæ radicis, quartum esse Aristolochiæ genus. Vnde ista obsecro fatendi, dicendiq; necessitas Nicolae? Primum quidem non duas modo herbas, quæ pisces necẽt, sed sex adduximus: multasq; alias idẽ efficere posse, nõ dubitamus. Num grande, aut mirandum quiddam putes, si duæ pluresue herbæ idem possint? Deinde quia Cyclaminus pisces necat, Aristolochiæ genus erit quartum? At quintum dixisses. Aristolochiæ em̃ genera quatuor Plinius enumerat. Pari ergo ratione Corymbites, Tithymalus, & Lactuca caprina, & Verbascum, & Cucumer asininus, & Iuglandium cortices, quia pisces necant, inter

Tuber terræ. Malum terrę.

Pisces necantes herbæ sex.

C Aristolochiæ genera reponentur: quasi unum effectum, non nisi unius herbæ genus præstare possit. Quod nec aniculæ quidem dicerent, aut empiricorum quisquam. At de Aristolochia quod pisces necet, a nullo inquis autore scriptum reperitur. Legisti ne omnes autores Leonicene? Nonne ego te in Tripolio monui, oportere eum, qui ita arguit, legisse, intellexisse, & memoria tenuisse omnes, qui unquam scripsere autores: quo argumenti huius formula & ratio constare possit? Sed nonne omnibus autoribus rei ipsius euidentia potior? Hanc radicem etiamnum Campani Melum terragnum, hoc est, Malum terræ uulgo dicunt: & in piscatu passim adhibent. Quod uir illustris, acerrimique iudicij Sigismundus Estensis frater tuus dux inclyte (cum hæc proderemus) nobis retulit. At quæ nam ista peruicacia? quæ frontis duricies? quæ impudentia est? a nullo autore scriptum inquis, cum Plinius scribat. Et quia nullum id scribentem reperisti, quoniam paucos legisti, ideo Plinio, qui se uidisse affirmat, credendum non est? qui tibi te audiuisse dicenti credi putas. Cui ego in his quidem, quamuis iurato, metuam concedere testi? O infelicem Plinium, O cassa literarum studia, O uanos integerrimi uiri labores, lucubrationesque miseras. En post annos mille & quadringentos, sophistes unus, in hoc tandem uæsaniæ genus prorupit, ut non errasse modo, rerum, uel nominum similitudine deceptum (quod & hominis erat) sed & mentitum quoque Plinium insinuet, quia id uidisse se affirmat, quod Nicolaus Leonicenus a nullo scriptum reperit. Non ergo de Plinij doctrina, sed fide nunc agitur. Præclare mehercle cum studijs actum: piget, pudetque aduersus hunc hominem uerbis agere, qui iam non uerbis (ut Aristoteles inquit) sed pœna indiget. Iam uel hoc solo hominem intelligere possumus: qui etiam græcissans addidit (ut obiter & sua quoque pensemus) Cyclamini radicem, Rapum terræ uocari. Ex Dioscoridis magis sententia, quam Plinij autoritate latini hominis, & tuber terræ uocantis: quasi & hortense rapum, non terræ olus sit, sed aquæ, sola uero Cyclaminus rapum terræ uocari debeat. Tum non Cyclaminum (ut Celsus, Pliniusque latini homines, & a Græcis ducta ratio postulat) sed Cyclamen, præclarus literator enunciat. Sed minutias istas persequi, operepretium fortasse non est: nunc ad reliqua pergemus: deque Intibo & Heliotropio disseramus.

¶ De HELIOTROPIO.

In Heliotropij descriptione non errasse Plinium, intelligat quicunque perpenso iudicio æquus rerum existimator aduertet animo, Plinium ipsum Intybacei generis, Heliotropijque notissimarum herbarum species, figurasque primum descripsisse, tum etiam uim facultatemque illarum adiecisse. Neque uerisimile esse, eruditissimum hominem in his quæ graphice adeo adnotasset, uno uerbo lapsum, clarissimarum herbarum noticiam confudisse. Quapropter codicis (ut opinor) uitio potius, quam tanti uiri autoritati unius uerbi adscribemus erratum. Diligentius igitur oro ista considerentur, differentiasque notemus.

D

Intybus nec ex lactucineo genere, nam ex alio dici potest. Nam omnia huius genera ita Lactucæ cognata esse uidentur, ut unum ex alio nasci uideatur, posteriore semper per ratam aliquam rationem decrescente, Lactucamque in aliquo referente. Et Intybus olus quidem est partim hortense, partim (ut Theophrastus inquit) aruense. Hortense dico, quod satiuum est: aruense, quod spontaneum, syluestreque dicitur. Satiuum Intybi genus Seris dicitur: syluestre uero, Erraticum. Seridis autem, idest, satiui Intybi duæ sunt species: quarum una ut ipsum genus satiua dicitur: syluestris uero altera: tametsi utraque hortensis sit. Satiua Seris, idest, satiuus hortensis Intybus, Lactucæ simillima est, candidior, latiore folio quam syluestris, caule crassiori, cui florum cauliculi per internodia ferme hæreant (ut in Pulegio solet) ab his internodijs ramusculi prodeunt. In quibus etiam flores cerulei nascuntur, qui & celerrime marcescunt. Hæc cibis grata est, sapore fere Lactuceo, atque inter hyberna olera deputatur. Syluestris uero Seris, idest, syluestris hortensis Intybus medicatior: æstiuumque olus est, angustiori, longiorique constat folio quam Lactuca uel satiua Seris, colore nigrior. Huic etiam caulis unus, & qui in sublime feratur, ramosque late spargat: atque ex ipsis ramis cauliculos, Acedarijs non ingratos. Et ex ipsis geniculis, unde cauliculi prodeunt, folia acutiora quam quæ a radice proficiscuntur. Flos uero ceruleus, satiuæ non absimilis: sapor ad amaritudinem uergens: in quo quidem apertissime differunt. Cum & amaris Intyba fibris Virgilius quoque prodiderit. Hæc est laudata illa herba, cuius in medicina nostro æuo frequens est usus: quamque uulgus nunc, medicique omnes Endiuiam uocant: quasi paululum deflectens Intybiam dixeris. Erratici quoque, hoc est, aruensis syluestrisque Intybi duæ sunt species. Vna quam Ambubeiam Celsus, & quidam dixerunt. Vel eo dictam: quod ad solem ambire uideatur, quasi Ambubeliam dixeris (tametsi praue in Plinianis codicibus Ambugia legatur) Aegiptij Cichorium, & torpenti grata palato, Cichorea a Columella dicta. Syluestri Seridi similior, amaraque est. Et ipsa notior quam ut describi oporteat. Hanc quoniam magni in medicina usus sit ex græcis alij ab eximia utilitate Chreston, quidam Pancration, quasi omnipotentem cognominarunt. Vulgus quoque pro locorum uarietate Cichoream, Radiculum,

Intybus duplex.

Seridis species.

Endiuia.

Ambubeia.

A

Porcinum grumnium, Sponsam solis uocitant. Et quoniam ipsa ceruleum florem noctu claudat, solemque sequatur, a plærisque & medicis etiam Heliotropium non modo dicta, sed credita. Altera erratici aruensis syluestrisque Intybi species Seridi similior, crispæue Lactucæ (unde & Picentibus nomen) amara quidem, nisi senescens, non est, caudice, folijsque interdum rubentibus, crispis: flore in pappum desinente: cuius folia, radicesque coctæ, crudæque eduntur, cœnis gratę. unde & nomen Dipnoides. Patauini Lacticinum, Crispinū Picentes, nos Cicerbitam dicimus.

Quatuor hæc Intybi genera Dioscoride, Plinio, Syluatico, atque herbarijs tradita, quantum potuimus expressimus. Illud addendum uidetur, ne quid forte ex nominis uarietate dubitationis subrepat, Intybum apud multos Intubum scribi: eandem tamen herbam significari. Sed græcum illud, y, psylon, nos in. u. nostrum uertere interdum consueuimus: ut cum de Parthenio ageremus, a nobis dictū est. Vtrumque igitur tam Intubus, quā Intybus rectissime dicit.

Intybus.
Intubus.
Heliotropiū.

Ast quæ græco nomine Heliotropium, latino Solaris, Verrucariaque a quibusdam dicta est, uulgo Girasolis, ab radice statim ramosa assurgit, atque ab radice florere incipit. Huius quoque duo sunt genera. Heliostrophiū, Tricoccumque. Heliostrophio latiora quā Ocimo folia, ad Maluam fere uergentia. Flos maluaceus, pendulus. Cognatione etenim quadam ista similia sunt, similiterque mouentur, Heliotropium, & Malua (quod Theophrastus ait) atque elegantissimus hortensium uates, Et Malache prono sequitur quæ uertice solem. Plinius quoque cum tres colores purpureum referentes scribat, Vnus inquit in Heliotropio est: & in aliquo ex his plærunque saturatior. Alius in Malua, ad purpureum inclinans. Alius in Viola conchyliorum uegetissima. Tricocco uero folia Ocimi, flos candidus subrubēs, incuruus, Scorpiurusque ideo dictus: quod semen, floremue ferat scorpionis caudę persimile. Ambobus æterna folia, perpetuo enim Solaris uiret. ut Theophrastus inquit. Alioquin haud satis rusticis natura consuluisset, si non toto anno illum solis rotatum, horarumque circuitum nubilo etiam die spectare possent. In quo ergo obsecro Intybaceum genus Heliotropiumque conueniunt, ut falli potuerit Plinius, qui ista descripsit, uiresque suas singulis assignauit? Intybis folia decidua, Heliotropio æterna: Flos illis ceruleus, huic rubens: Folia illis ad Lactucam pro portione respondentia, huic Ocimo similiora: Facultates uiresque diuersæ, has quoque Plinius ut notissimas scripsit. In quo ergo errauit? In eo, Nicolaus inquit, quod Plinij. 20. uolumine ita scriptum inuenitur. Heliotropium noctu contrahit ceruleum florem: Heliotropio uero non ceruleus, sed rubens flos est, ut diximus. Quid si ibi non ceruleum, sed purpureum, uel puniceum, uel subrubentem scriptum esset? tum quadrarent omnia, tum nihil haberet Nicolaus quod obijceret. At quæ nam ista inhumanitas, quæ imprudentia est, Plinium nostrum inscitiæ potius accusare, quam librarios erroris damnare? Si ea quę maiora potioraque uidentur, hoc est, figuras, colores, potestatesque diuersas notissimarum herbarum tradidit Plinius, cur uno uerbo eum lapsum Leonicene putas, qui tot uerba congessit, ut duas, & eas diuersas herbas esse monstraret? Non sunt ista Nicolae, non sunt hominis ista, non philosophi, quo plures grauissimi uiri errores (ut ipse inquis) cumularentur: ea quoque dispunxisse, in quibus errasse Plinium dicere, tam sit nefas, quam absurdum, familiarissimas etiam rusticis herbas illum ignorasse.

Heliostrophium.

Tricoccum.

B

Vide obsecro Nicolae, qui te philosophum nuncupes, quantum inter sophistam, & grauē bonumque uirum intersit. Atque ipsum audi Augustinum, Augustinum inquam non grammaticæ subtilitatis, nec gręce uaniloquentia, sed uere philosophiæ professorem, de se ita loquentem. Ego inquit his scriptorum libris qui iam canonici appellantur, hunc timorem didici honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere: Aut si aliquid in eis offendero, quod ueritati contrarium uideatur, nihil aliud existimem, quam mendosum esse codicem: uel non esse assequutum interpretem quod dictum est: uel me minime intellexisse non ambigam. Hæc bonitas, hæc ueritas, hæc philosophi hominis moderatio. Hos animos, hanc mentem induere studiosos oportet, cum magnorum uirorum libros beneque de litteris meritorum legunt. Tollendum ergo abradendumque ceruleum illud (quod subditicium esse nemo non intelligit) & puniceum, uel purpureum, uel subrubens inserendum est: qualem paulo infra Plinius florem supraque designauerat. Et quoniam his quas supra diximus rationibus monstratum satis est, errare Plinium in re quam ipse manifestam fecisset non potuisse, mendosi codicis uitium unius uerbi abolitione castigandum est. Quod si ideo errasse Plinium Leonicenus putat, quod Ambubeia quoque solem ceruleo flore sequatur. At hoc & Tithymali quartum genus, & syluestre Sesamum utrunque Heliostrophium e re ipsa dictum, & Malua, & Lupinum, & Lotus ęgyptia faciunt, herbarumque plurimæ. Nec quod Heliotropium in cibis placere dixerit, ideo errasse Plinium putandum est. Neque enim uideo, cur tantus ille syderis amor impedimento sit, ut Heliotropium decoqui, mandique non possit. Sileant ergo boni huius uiri præclara commenta. Et quoniam ipse neque Heliotropium herbam cognoscit, atque ideo neque decoctā gustauit unquam; patiatur obsecro & Plinium scribere, & nos credere, quod Heliotropium quoque, ut Intybus in

Augustini modestia.

C cibis placere possit? si ipse nec rationem ullam, nec experimentum quod obstet afferre potest.

De PENTAPHYLLO.

Egregie defensum a nobis in Heliotropio Plinium, negabit nemo, quod unius omnia interturbantis uerbi uitium, non Plinio, sed codici, ut par erat, tribuimus. Nam & eodem argumento in Quinquefolio, ut ipse inquit, excusare Pliniū, paratus fuerat Nicolaus, nisi delicatus nimiū exactor, quod omnia ad numerū opinioni, quā de Pentaphyllo cōceperat, non responderent, satisfactum sibi non putauit. Sed tam in Plinio excusando nunc primus ipse, q̄ in accusando (ut semper) errare uisus est. Quod in hoc de quo agimus Quinquefolio perspicuum faciam. In hoc maxime errasse Pliniū Leonicenus credidit, quod Quinquefolium herbam, etiam fraga ferre dixerit. nam quæ fraga fert herba, inquit, non quinis, sed trinis constat folijs. Verum triplici in errore uersari Leonicenum, ante omnia scire oportet. Primum quidem, quod Quinquefolium illam esse arbitratur, quę & in hortis, & agrorum limitibus, tum semitis, ubiq; passim conspicitur, quæ quidem uulgo, & Quinquefoliū, & Pes Coruinus dicitur. Hanc enim Quinquefoliū esse, de qua ueteres medici loquerentur, affirmasse illū plærisq; constat: cum de nostra hac defensione, deq; sua accusatione sermo forte incidisset. Auulsumq; terra ramusculum (nam & in horto res agebatur) ostendisse, dixisseq; illam Quinq;folium esse, in qua Plinius tam euidenter errauerit. Deinde, quod per imperitiā herbā fraga ferre posse nullā credidit, nisi eam, quæ trina folia habet, q̄q; melius Trifoliū dici adseuerat, & quam docti, uulgusq; Fragariam herbam noscunt, pariter & appellant. Tertio, quod Foliū quid sit, quoue modo accipi oporteat, in saluberrimæ herbę descriptione parū intellexisse uisus est. Adde si placet & quartū (quando & ipse minutissima quæq; in Plinio carpat) quod fructus hos, siue Quinquefolij, siue Trifolij, non fraga (ut semper Vergilius, & in suo Palemone noster Maro) sed inscite fragra Leonicenus appellat. Nos cum Theophrasti, mox Dioscoridis, postremo Plinij, de Quinquefolio dicta excusserimus, & uerum esse autorem Plinium, & calumniatorē esse Leonicenum ostendemus.

Pes Coruinus, Leonicene est Pentaphyllon.

D Quinquefolij, siue Quinquepennæ radix (lib. 9. Theoph. inquit) cum effoditur, rubra est: inarescens uero nigrescit, atq; quadrat. Habet foliū Vitis, sed pusillū, & colore simile uitigineo est, & augetͤ, & desinit cum Vite: folia oīa quinq;, unde & nomen. At quarto Dioscor. cū multa Pentaphylli noīa enumeret, inter quę & Pentadactylon, & Pseudoselinon, & Quinq;foliū sunt, Ramos inquit fert tenues, unius palmi, in quibus fructus: folia habet Menthæ similia, quolibet in surculo quinq;, raro uero plura, in circulū sinuatim diuisa, Florem habet cum pallore subalbidum (ita enim ochroleucon interpretari posse uideo) radicem subrussam, oblongam, Helleboro nigro crassiorem, quæ plurimum in usu est.

Quinq;foliū.

Plinius uero quinto & uigesimo, Quinquefolium inquit, nulli ignotum. Cum etiam fraga gignendo, commendetur. Græci uocant Pentapeton, siue Chamæselinon, siue Pentaphyllon. Cum effoditͤ, rubrā habet radicem. Hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit & desinit cum Vite. De Pentaphyllo igitur, hoc est, Quinquefolio hæc habentur. Nullus etiam, quod sciam, his autoribus uetustior, illam pingit. Nam Galenus eius tantum uires, non figuram aperit.

Primū illud ex his satis constat, uulgarem illam Leoniceni Quinquefolium, nō esse hanc de qua agimus. Nam & illi nec flos albidus, nec in surculis fructus, nec radix rubra, nec crassa, nec inarescens, aut quadratur, aut nigrescit, nec uitis egressum, digressumq; sequitur, sed perpetuo uiret. Hæc si quis neget, herbæ ipsius conspectione conuincitur. Sed & illud quoq; liquido constare arbitror, cum Plinij autoritate, tum Dioscoridis pictura, Pentaphyllon hanc nostram, fructum quoq; ferre: cum etiam fraga gignendo, cōmendari illam scribat Plinius: tum ramos unius palmi tenues, in quibus fructus sint, habere illam Dioscorides referat. Folium uero non esse, quale Leonicenus arbitratus est, ex omnium descriptionibus intueri licet. Nam Theophrastus folium habere illam Viti simile prodidit, & folia omnia quinq;: Dioscorides uero folia illam sinuatim falcatimue diuisa, quolibet in surculo quinq;. Tum in nominibus Penda&ylon illam uocat, quo nomine & Cici quoq;, siue syluestre Sesamum cognominatur, cuius folium palam est Viti simillimum esse: tum Pseudoselinon, quod falsum Apium dici, potest.

Plinius uero Chamæselinon, quasi humile Apium, eadem uterque ratione cognominant, quod & Apium Viti simile quiddam habere uideatur, & folia ad hunc quoq; modum sinuata, a quorū deinceps numero Quinq;foliū, & Quinq;peña dicta est. Quæ cū ita sint, ideo Quinq;foliū dicta est, q huiusmodi integra folia, quinq; ab radice emittit: nec foliusculis quinq; (ut quā Pedē coruinū uocari supra diximus) aut uulgaris Leonic. Pentaphyllō distincta, sed porrectioribus quinq; (ut ita dixerim) angulis, ad Vitis, Apijq; similitudinē in sequentē ferme modū effigiata est. Hæc & Pentaphyllon illa est, quę Diosc· autore fructus edit, quę fraga ab Plin. appellanͤ, cuius eximiæ a Diosc. uires Plinioq; tradunͤ, quę in Theriacę compositionibus additͤ,



quę purgandis domibus adhibet, cuius radicẽ plurimũ in usu esse, Dioscorides dixit. Quæ si Leonicenus noster, acrioribus oculis inspexisset, nec uilissimam herbam, cuius in medicina nullus usus esset, pro utilissima & celeberrima demonstrasset, nec intempestiue adeo in Plinium adlatrasset. Herba uero illa, quæ distincta tria folia habet, quamq; in Italiæ montibus plurimam & cœnobiorum hortis satiuam passim fraga ferre uidemus, suum nomen habet, Fragaria ab herbarijs, a Plinio Fraga dicitur. Nec uerisimile cuiquam fuerit, hoc loco Quinquefolium, tot appellationibus, tot etiam signis demonstrare uoluisse, si Fragariam intellexisset herbam quæ uulgaris est, & quam ipse fraga in superioribus appellasset. Atq; ideo non simpliciter Quinquefolium fraga ferre dixit, sed copulæ etiam scilicet adiectione descripsit, cum commendari illam etiam fraga gignendo dixerit: neq; enim etiam augentem copulam addidisset, nisi & aliam esse herbam, quæ fraga ferret, agnouisset: ut quam ipse prioribus uoluminibus indicasset.

His illud adijciendum uidetur (ut minus mirum sit, Quinq; folium quoq; fraga ferre posse) Fragariam illam nostræ huic Pentaphyllo, de qua agimus, proportione quadam similem adeo esse, ut eiusdem generis cum ipsa esse uideatur. Nam & ipsam hæc commentantes obseruauimus, radicẽ subruffam habere, & digito sæpe crassiorẽ, & senescentẽ nigrescere: tum nõ nisi ramusculos quinq; ab radice emittere, raroq; plures, in quib. prima illa foliuscula diuidantur.

Duas ergo herbas esse dicimus. Vnam quæ fraga, aut certe fragis similes fructus edat, quæ Pentaphyllon, & Quinquefolium Dioscoridi, Plinioq; uocetur, quæque ad medicos usus eximia sit. Alteram quæ uulgaris est, & fraga ferat, nulloque alio, quam fructus ipsius nomine designetur: cuius decimoquinti primi & uigesimi uoluminis capite Plinius meminit. Quod si me interroges, quid nam & hodie Quinquefolium hanc esse putem, quamue eius appellationem credam? Dicam quid uestigans inuenerim, atque ut nihil unquam decernens, sic nihil retinens, quod studiosorum ingenia ad ueritatis inquisitionem mouere, excitareque possit. Est Venetijs in eo uico, quem Specierium uocant, seplasiarij cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo insignique sit Aethiopis caput. In ea liber est Herbarius, tanta arte ac diligẽtia pictus, ut natas paginis illis suis herbas, non effigiatas credas: in eo pictam uidimus ijsdem prorsus quæ hic diximus signis herbam, folijs quinque, quę & ipsa quoque ut pinximus, porrectiores angulos, sinuatosq; haberent. Sed & fructus, quos Fraga dicas, tum ad ipsam herbam latinum nomen Sanicula, Germanicum Sanickel scriptum est: citanturque inibi, de Sanicula hac scribentes, in Diadimidijs Galenus, & Petrus Hispanus is, qui postea summum Pontificatum gessit, & Ioannes uigesimus primus nuncupatus: q cum de medicina librũ scripsit, qui Pauperum thesaurus inscribitur: tum Ceruiensis Episcopus quidam, & Laudensis Maphæus, & Gilbertus Anglicus, Chirurgi. Ea Sanicula, Pentaphyllon ne sit, cur affirmem non habeo, cur negem non uideo. Hæc habui de Pentaphyllo, Fragis, Sanicula, quæ dicerem, per quæ fateri oportere censeam, non errasse Plinium, sed iucundissimæ herbæ nomen, potestatemque docuisse.

Fragariæ herbæ duplices.

Sanicula.

❡ De ADARCA.

Similis quoq; intelligentia transuersum hominẽ rapuit, dum errasse in Adarcę descriptione Plinium calumniatus est. Neq; enim esse aliud Adarcam credidit, quam quod in suo Dioscoride legerat: quippe qui unius addictus iurare in uerba magistri, quicquid oculis primum offertur arripit.

Interrogo te Nicolae, quoniam Dioscoride autore Adarca, siue Salsilaginis, siue spumæ cuiusdam species est, nonne & eodem Adarcæ nomine Harundinis genus esse potest? Non credo inquies: quoniam triumuiri isti mei de una tantum Adarca loquuti sunt. At si Plinius & Harundinem, & spumam esse dixisset Adarcam, num putares homini credendum & eruditissimo? Quid hæres? quid subsistis? Agnosce tandem quæso tuam istam in euoluendo PLINIO, librandisque scriptis indiligentiam: qui nec ADARCAE uocabulum latinum putes: cum Adarcen pronuncies. Audi Plinium plus aliquid dę Adarca, quam Dioscorides suiq; illi

C adfeclæ differentem. Est & in Italia (16. uolumine inquit) nascens Adarca nomine palustris: ex cortice tantũ sub ipsa coma utilissima dentibus. qm̃ uis eadẽ est quæ Sinapi. Tum. 32. uolumine de eadẽ Harundine uerba faciens, Sinapis inquit naturã, eosdemq; effectus habere tradit Adarca inter syluas tacta, cortice pleniore sub ipsa coma nascens. At. 16. primi & trigesimi uoluminis capite, Inter aquatilia inquit dici debet: & Calamochnus latine Adarca appellata: nascit circa Harundines tenuis spuma aquę dulcis & marinæ, ubi semẽ miscent: uim habet causticã: ideo acopis addit contra perfrictionũ uitia. Tollit & mulierũ lentigines in facie. An Diosco. Adarcam ignorasse Plinius tibi uidetur? quam ideo latine Adarcam dictam non inerudite fortasse quis putet, quod ei harundinum generi facillime hæreat, quod Adarca appellatur? Inciuile quiddam agis Nicolae (uel Iulio Celso autore) qui nec tota quidẽ perspecta lege audeas iudicare. Quidecimumsextum Plinij librum legeras, primum & trigesimum quoq; & totum legere debuisti. geminam enim Adarcam esse uel sine Dioscoride didicisses: Vnam scilicet quæ Harundo sit, quæ ex pleniore cortice qui sub coma est Sinapis uim habeat, atq; utilissima dentibus sit. Alteram quæ Salsilago, spumaq; sit: & (quod nec Dioscorides quidem docuit) Calamochnus græce dicatur. Adarcam quoq; latinum nomen esse: neq; ideo non latinum nomen esse, quod a græco homine Dioscoride scriptum sit: cum Italicas appellationes græcum hominem scribere, et necessarium quandoq; sit, & nouum non sit. De summi ergo uiri Plinij in Adarca iudicio non ante iudicium ferre debuisti, quam de teipso, deq; tua in legendo Plinio diligentia cogitare.

Calamochnus.

Adarca unde dicta.

Adarca duplex.

¶ De RVBRICA LEMNIA.

De natiuis coloribus agens Plinius, Natiuam esse Sinopiden quæ Rubrica esset edocuit, optimamq; eam esse in Lemno insula. Tum tres Sinopidis species expressit: rubram, minus rubentem, mediam: ijs & pictorium pariter & medicum addens usum. Tum palmam lemniæ dat ei quæ signata uenundatur, Sphragisq; ex eo cognominatur, atq; in medicina præclara habet. Hæc Plinius sua illa inimitabili breuitate percurrens, ac ueluti rerum dicendarum multitudine pressus, reliquorum colorum genera rationesq; persequitur. Posterior Plinio Galenus medicus hoc agens (ut qui tantis occupatus non esset) longam exorsus fabulam, ut Lemnum insulam terræ Sphragidos gratia uenisse se diceret, Itinerarium conscribit, & Cœlesyriam, Palestinam, Cyprumq; quondam lustratas, tum Thraciam, Thessalonicamq; enarrat, & Myrinam Lemni ciuitatẽ ad occasum sitam, incassum uenisse se. Sed properante nauclero tum quidem Lemno D soluisse, Italiamq; petisse, Roma uero redeuntem peragrasse Macedoniam se, Philipposq; commemorat, & Thasum insulam primum, mox Lemnum appulisse: inde in Ephestiam urbem ad Orientalem insulæ plagam positam ueuisse, atq; inibi omnem terræ Lemniæ rationem didicisse. Hæc est Galeni tandem de Lemnia terra elegans historia. Hic Nicolaus noster frigidissima quædam suo more comminiscitur: quasi ideo errauerit Plinius, quia Galenum, qui tum forte nec materno quidem utero prodierat, non imitatus est: neq; aliud ex Nicolai tandem uerbis hoc in loco colligitur Sed in quo errauit Plinius obsecro? An, quia non ut Galenus fabulatus est? Ast hunc Romanæ grauitatis hominem esse diximus, milibus rerum occupatum, nec potuisse tum quidem cum Galeno nauigare. Immo uero quinto & uigesimo uolumine cum de terræ generibus scripturus esset, Singula inquit, a græcis plurimis uoluminibus tractata sunt. Nos in hijs breuitatem sequemur utilem, nihil necessarium, aut naturale omittentes. An ideo errauit, quia non terram lemniam, sed Sinopida, uel Rubricam appellauit? At ea terra rubra est, & illam Vitruuius. 7. Rubricam nominauit. Tum Sinopiden ipsam, coloresq; natiuos omnes, & e terra nasci, & terræ esse genera, Plinius multo ante prædixerat. An quia lauandæ eius terræ, pastillorumq; conficiendorum rationem cum de ipsa ageret non (ut Galenus) edocuit? Sed. 5. & 30. uolumine breuius multo Galeno, aptiusq; descripsit. An quia Galeno terram Lemniam appellare illam uisum est, non Rubricam, Plinius uero solo Rubricæ nomine, uel Sinopidis usus est? Sed sicut de Galeni longe posterioris appellationibus Plinius diuinare non potuit, ita Galeni quoq; autoritate defenditur. Qui. 11. simplicium, de nominibus inquit, ut semper diximus, certare non oportet, sed de rerum ipsarum uiribus disciplinaq; tractare. Ceterum nun tres esse Sinopidis species dixit Plinius? Nun palmam Lemniæ dat quæ signata uenundatur? Nun eius medicinas aptissime docuit? atq; hæc omnia multo ante Galenum? Nun sine Galeno intelligere mortales uel ex hoc ipso Plinio potuissent, esse medicatum in Lemno coloris uel terræ, uel luti genus aliquod, quo & pictores uti possent, & quod remedijs efficaciter adhiberetur? Quid Plinio uel admirabilius, uel salubrius, Galenus, Dioscoridesq; de terra Lemnia retulerunt? Quinam tandem error Plinij? Quænam ista insolens Nicolai accusatio, eruditorum omnium uocibus scriptisq; ferienda? Plura in hoc dicturus non sum, Plinium lege, enarrationemq; Galeni, & calumniantem in his Leonicenum inuenies, Dioscoridemque mendacem: cui nec Galenus quoq;, eius ante laudator, falsa dicenti pepercit.

Galenum taxat.

Irrisum enim se a peritis in Ephestia inquit, quod Caprinũ sanguinem terræ Sphragidi misceri, ex Dioscor. lectione crediderit. Hæc est illa de qua ante loquuti sumus uanitas. Verte in Dioscoriden tuum tela Nicolae: qui in librorum suorum initio testatus est, non se illa quæ in his scribit ex aliorũ uanis opinionibus didicisse, sed uisu, experimentoq́, uel concordi scriptorũ narratione comperta habuisse. Vbi ergo caprinum sanguinẽ, lemniæ terræ misceri Dioscorides uidit? Irrisere Lemnij Galenum, Dioscor. autoritate de caprino sanguine interrogantem. Quamq́, ut hoc quoq́ obiter notemus, non recte in Coriandro loquutum Dioscoriden, septimo simplicium Galenus arguit: ne semel tantum aberrasse Dioscoriden putes.

A

Non hæc a Plinio Nicolae legisti, qui parce, modesteq́ de seipso prædicans: quę uana, supra q́ fidẽ sunt, obiter uel notat, uel reijcit, uel in his autorũ fidẽ appellat: tũ audita ab se, tum lecta, tum uisa diligenter ac summa cum fide distinguit. Quæ dubia scriptorum uarietas facit, ea legentium iudicio examinanda relinquit: ab se uero ignorata generose fatetur: ut plane intelligere possis, Plinium Romanum hominem grauissimum scriptorem, naturæ, & artis miracula referentem, solo Dioscoridis, & quandoq́ etiam errantis iudicio, multoq́ minus tuo taxandum carpendumq́ non esse.

❡ De CISSO, CISTHO, LADA.

Propter Cissum Cisthumq́ orta est (ut ille inquit) tempestas ista: nec ulla fere est taberna, quæ Leoniceno isto, suo cum Dioscoride exultante, non Cissum, Cisthumq́ personet: nullæ scholasticorum aures, quas sua cum Cistho Cissoq́ non obtuderit, atq́ ad fastidium facietatem q́ perduxerit: cui non satis fuit a Politiano nostro tum egregie defensum in his Plinium, tum se amice prudenterq́ commonitum, sed rursus (ut qui deterior si corrigis fiat) non modo prioribus calumnijs incubuit, sed in maiores quoq́ ineptias incidit, & crimina in Plinium molitus est: edito etiam ab se libello, in quo non falsa modo, sed inscitiæ & temeritatis plena cuncta congessit. Cuiusuis hominis est errare (inquit Cicero) nullius nisi insipientis in errore perseuerare. Leonicenus uero in errore illo suo, quem probe Politianus castigauerat, usq́adeo perstitit, ut illud dicere ausus sit: nesciuisse Plinium Cissum a Cistho distinguere: pluribusq́ argumentis demonstraturum se pollicetur, quam in dictatis prius fecerit: tum libellum illum suum Plinij errorum titulo insigniuit. Nos igitur nihil Politiano aduersati, qui grauiter diserteq́ (ut est Herculeo robore) pro Cisso respondit & Cistho: leuiori (ut opinor) uia, & quæ patronum bonam caussã tuentem deceat, de his in hunc modum uerba faciemus.

B

Iam illud primum omnium satis constat, Cissi, Cisthiq́ differentias non ignorasse Plinium, qui. 16. uolumine Cissi, idest, Hederæ uiginti genera luculentissime descripsit: quarto uero & uigesimo Cisthi duo tantum genera: & utroq́ in loco, ita Cissum a Cistho discreuit, magnitudine, folijs, flore, natura, ut nulla ipsas cognatione, præterquam nominis uicinitate teneri dixerit. Hæc quæ diximus, qui utriq́ in locis Plinium leget, facile intelliget in hoc non errasse. Quod uero in marem, fœminamq́ Cissum distinxerit: quoniam communis ea sit, primaq́ inter syluestrium plantarum differentias, mas scilicet, & fœmina (ut Plinius, & de historia plantarum primo Theophrastus affirmat) iam & hic palam est, nec in hoc quidem errasse Plinium: utq́ obiter non uidisse Nicolaum Theophrasti libros intelligas, qui. 6. uolumine Cissum quoq́ in marem ac fœminam diuidit. Sed qua fronte Plinium negat, & Theophrastum? Floris quoq́ differentias in Hederis, hoc est, Cisso Plinium posuisse, quis, nisi Leonicenus, uitio dabit? An quia flores Hedera non habet? At Hederas florere passim uidemus: & plantarum primo Theophrastus scribit. An quia florem similem esse dixit syluestri rosæ? Ast huius florificæ differentiæ e re ipsa fidem sumere licet. Et eodem. 6. uolumine Theophrastus non alij magis plantę utriusq́ Hederæ flores similes esse dixit, quam syluestri rosæ, quamuis minores: & mari quoq́ Hederæ florem ad purpuram inclinatum. Sed & syluestri rosæ similem esse Hederæ florem non incongrue dictum est: color albens, figura, lanugo, foliusculorum quoq́ numerus conueniunt, magnitudo dispar: tum maris flos ad purpuram accedens. Sed tales esse flores Cistho Nicolaus asseuerat: atq́ideo deceptum in Cistho & Cisso Plinium clamitat. Imo uero contra. Nam (ut Politianus quoq́ bellissime notauit) Hederæ flos concolor, utriq́ enim albens, sed mari in purpuram uergens: Cistho uero discolor: mari siquidem rosaceus. Quod si nec Politiano quidem credendum Leonicen. putauit, at suũ Diosc. diligentius inspicere debuit: qui mari quidẽ Cistho mali punici florem (quo nullus rubentior) fœminę uero albidũ pinxit. Sed tam sine oculis, tam sine mente in Plin. ferť, ut nec Pliniũ intellexisse, nec Diosc. aut Theophrastũ. quidẽ legisse uideať. In tanta ergo uiginti generũ Hederę differentia, & duorũ Cisthi tam graphice a Plinio descripta, in notissimę plantę, passimq́ nascentis Hederæ flore, quis, nisi errans, errare Pliniũ potuisse iudicabit: aut tanto autore Theophrasto desipuisse? Sed & in eo q̃q́ ideo errasse Plin. Leonic. affirmat, quod post Hederarũ remedia. 4. &. 10. 51. de Cistho loquens, dicat: Sub his nasciť maxime Hy-

Cissi & Cisthi differentiæ.

C pocisthis: uidetur inquit Nicolaus credidisse Plinium sub Hederis quoq; Hypocisthidem quandoq; nasci. nihil nõ alid' inqt particula illa, maxime, significare uidetur. Vide obsecro quas minutias Leonicen. ut Plin. taxet, inquirat, qbus in reb. urgeat, qui se ꝓ salute hoim disserere testatus est. Post Cissi remedia, græci inquit Plinius, uicino uocabulo Cisthum appellant, fruticem maiorem Thymo: folijs Ocimi. Sub hijs Cisthi generibus nascitur maxime Hypocisthis. Hic Nicolaus inquit, quia, maxime, dixit Plinius, sub Cissi quoq; generibus, de quibus paulo supra dixerat, innuit Hypocisthiden nasci. Innuit (inquit) Plinius. Et quia innuit, errat. Hoc est unum accusationis caput. Audiant obsecro studiosi omnes. Audiant uere calumniantis hominis inscitiam, audiant iniquitatem. Nusquam Plinius nec medicorum, aut herbariorum quisquam sub Hederis nasci Hypocisthiden dixit: ergo innuentem hoc, non dicentem Plinium damnabimus? Aut facta (Claudius Venoces iurisconsultus inquit) aut dicta, aut scripta, aut consilia legibus puniuntur. In Plinio nil horum, sed cogitationem, & nutum, immo nec ista quidem, sed quem Nicolaus opinatus est in Plinio conceptum ipsum animaduersione dignũ iudicabimus? Vnde ista philosophe? qua ex schola promuntur? Non inquit Plinius, sub Cistho maxime nascitur Hypocisthis: sed sic: Sub Cistho nascitur maxime Hypocisthis. Ita sincerus habet codex, non quem Leonicenus praue legit. Atq; ideo ita intelligendus est locus ille, quę maxime Hypocisthis dicitur, ea sub Cisthi generibus nascitur. Hoc transposita illa particula, maxime, scilicet infert. Neq; maxime pręcedentia semper implicat, includitue (quod cum uulgo Leonicenus opinatur) sed id interdum designat, quod solum, tantum, duntaxatq; significant. Quasi maxime id sit, idq; fieri dicatur quod soli illi de quo dicitur competit. Sicut & maximũ dicimus, quod uni soli tribuimus. Atq; hoc præsertim uerum est, si absurdum quidpiam, aut ambiguum, falsumue sequi necessarium esset: si per maxime particulam, quæ iam dicta essent includerentur. Sic eruditiores grammatici, iurisconsultiq; de maxime, aduerbio disputare solent. Hoc est quod Plinius latine expressit: Sub his Cisthi generibus nascitur maxime Hypocisthis. Ne quis forte uel sub Cisso, hoc est, Hedera: uel sub Ladanifera Cistho nasci illam crederet, quam aliud esse Cisthi genus non ignorabat. Sed & alioquin absurdissimum prorsus sequeretur, si Hypocisthidis nomen, quod quasi subcisthium sonat (ut. 6. &. 20. scribit Plinius) alij plantæ, quam huic Cistho conueniret: & quod nullus unquam scripsit, id Plinius tacite intelligi uoluisset.

Maximæ, particulæ significatum.

D In eo quoq; praue legit Leonicenus Plinium, dum inter Hederas mentionem de Cistho factam credidit: ex eo quod libro. 4. &. 20. ita scriptum uideatur. Sub his Cisthi generibus nascitur maxime Hypocisthis quam inter herbas dicemus. Ita uerus habet codex memorabilis uiri Guarini Veronensis castigatus manu, qui in Ferrariensis Cenobij quod ad Angelos uocant Bibliotheca seruatur: Leoniceuus uero (quod impressi omnes habent codices) sic legit: quam inter hederas diximus: quod quidem mendum esse bifariam constat. Nam de Cistho inter hederas nusquam dixit: & de Hypocisthide inter herbas (ut pollicitus est) 6. &. 20. libro scripsit. Tam & si locũ hunc quoq; Politianus noster, qua est ingenij pręstantia, uere latineq; defendit: cum in sua ad Leonicenum epistola interpungi oportere locum illum ostendit: ut scilicet post uerba illa: sub his nascitur maxime Hypocisthis: moram punctumq; adhibeat: tum sequentia uerba, scilicet, quam inter hederas diximus, non ad Hypocisthiden, sed ad Cisson Eritrhanon quę sequuntur, & de qua Erithrano inter hederas uere dixerat, referre oportere non insubtiliter censuit. Si igitur uitiosi sunt qui nunc impressi circumferuntur libri, uetusti & manuscripti codicis & uiri sine ulla dubitatione doctissimi Guarini Veronensis testimonio probe a nobis defensus est Plinius. Aut si nec uitiosi quidem sunt, Politiani ingenium non erudite minus quam eleganter ab omnt Leoniceni calumnia Plinium uindicauit.

Vrget subinde Nicolaus Plinium inexpugnabili (ut ipse putat) argumento: quod pro Cistho Cissum nominis uicinitate decæptus accæperit: dum scilicet libro duodecimo Ladanum a pastu Hederæ barbis hircorum scripsit hærescere: quoniam non a Cisso, hoc est, Hedera, sed a Cistho & Lada id odoramenti genus legatur: pluribusq; ista quam satis sit uerbis exequitur, suosque illos (ut solet) unius uerbi triumuiros citat. Ego uero Dioscoriden legens in primo de Cistho loquentem, & Galeni quoque simplicium pharmacorum septimum, utrumque animaduerti, ambabus de istis plantis, Cistho scilicet, quam & Cissaron, hoc est, minutam Hederam uocant, & Lada, quam etiam Cisthon simpliciter dicunt, uno prope contextu uerba facere. Quin & Galenum quoque post duas Cisthos, Cissum continuo subiecisse. Ipsum quoque Plinium quarto & uigesimo post Cissi remedia Cisthum subdidisse. Tum sexto & uigesimo post Ladani facultates, Ladæq; herbæ mentionem, de Hypocisthide uerba fecisse. Itaque uidentur hi omnes diuersas omnino plantas simul designasse, pariterque illas cognatione quadam similes tradidisse. Cogitatio subit, nulla magis ratione permotos, quam quod nomine, solo, ladaniferaque potestate (ut est clemens rosidumque insulæ Cypri cœlum) uicinæ

essent pariter quoque commemorasse. Quin & Dioscorides ipse, & ladaniferam Cisthum, & eam quæ Hypocisthiden ferat (quæ & Cissaros, & Cistharos quoque dicatur) eiusdem generis fecisse uidetur. Qua quidem ratione permotus Sipuntinus, qui Cornucopiæ scripsit, quem que Leonicenus iniquissime reprehendit, quosdam ait inter Hederæ genera Cisthum connumerasse: quippe quam Galenus & Plinius (ut diximus) cum Hederis scribant: & a Cistho unde Hypocisthis fiat, Ladam, seu Ladaniferam Cisthum diuersam faciant: tum Cistho Cissari (quod quasi Hederulam significat) Dioscorides & Galenus adijciant cognomentum. Quam obrem non absurde fortasse quis credidit tribus illis plantis odorificum illud pingue insidere posse, quod caprinis uillis hæresceret: magis uero in Lada, unde & pingui nomen. Atque ideo forte duodecimo uolumine dixisse Plinium, Hederę flore deroso, pastibus matutinis cum est rorulenta Cypros, hærescere barbis hircorum Oesipum illud quod Ladanum dicitur. neque enim tam Ladæ herbæ succum illud esse crediderunt, quam cœlestem rorem herbis illis insidentem, quem tam Cissus quam Lada, Cisthusue excipere quoq; possent.

Cornucopiæ autor Sipuntinus.

Sed melius multo, certiusque defenditur Plinius, quando nec hanc quidem de Hedera opinionem firmans, imo ut apparet improbans, Esse alios inquit qui Ladam appellent herbam, cui pingue illud insideat: colligendique factitij Ladani rationem docet. Tum sexto & uigesimo uolumine nihil hæsitans, Ladam herbam in Cypro esse confirmat, ex qua Ladanum fiat: & Ladani uires enumerat: ut eum non aliud credidisse sit certum. In quo ergo errasse Plinium dices? Cissum, id est, Hederam agnouit: Cissum a Cistho discreuit: Hypocisthiden unde fieret expressit: Ladam Cypriam herbam esse, ex qua Ladanum fieret, non dubitauit. Quod autem Hederæ flore deroso depecteretur Ladanum, ex aliorum sententia, non sua prodidit: cum eodem loco bis repetat, recentiores hoc tradere: ne suam esse sententiam putaret quisquam, cum mox aliam, ueramque de Lada prolaturus esset. Vides, ut suis uiribus nixa ueritas seipsam probe defendat? ut ab errore Plinius synceriter loquens uindicetur? Non oportet (inquit iurisconsultus Paulus) uerba captare, sed qua mente quid dicatur animaduertere. Sic & Aristoteles dicendi caussam quærere oportet, ait, & quo præterea modo se habet in credendo qui dicit: utrum humano, an ita ut asserat atque persistat. Cum ex tot plantis igitur Ladanum fieri in Arabia, & Nabathæis Plinius scripserit: tum recentiores tradere, quod Ladanum in Cypro fiat Hederæ flore deroso: tum alios esse, qui ex Lada herba, hancque tandem sententiam postremo constantissime teneãt, quis nisi inhumanus, inexperiens, iniquus, erroris Plinium insimulabit? Quis, nisi parum pensitans Leonicenus, qui non errasse Plinium modo, sed cęcum etiam in hoc fuisse imprudenter insinuat? Quis Sipuntinum (ut Nicolaus) accusabit? uirum bene de literaria republica meritum: cuius labores uniuersa iam legit Italia: quia quosdã numerasse inter Hederæ genera Cisthum scribit: quasi grande sit uitium, in tractandis rerum generibus plurimorum opiniones, sententiasq; referre, neq; idipsum in omni disciplinarum genere diligentissimus quisq; factitauerit. Ac non cuiusuis historiæ fides pariter & ratio iubeant, omnia quæ ubiq; tractantur, in legentium notionem adduci.

Sed ne quid telorum præterea relinquat, quod in Plinium si potest non congerat, hoc quoq; argumento errasse Plinium molitur ostendere, quod erodi a capris Cypriam Hederam dixit. Sed uide obsecro (quod sæpe monuimus) ut calumniam suam Nicolaus in accusando Plinio prorsus penitusq; denudet. Platonem legimus, in Oratoribus irridendis oratorem ipsum summum apparuisse. Contra Nicolaus in accusando Plinio, accusatione dignissimus ipse, tum indiligens, maliuolusq; uisus est. Quo pacto inquit Cypriæ capræ Hederam rodere possunt: cum Cyprus ad Asiam pertineat? In Asia uero Hedera non nascitur. Atq; ideo frustra ab Harpalo satam in Asia Hederam, ipse quoq; Plinius refert: hoc Nicolai argumentum est. Dic obsecro Leonicene, age atq; amice responde. Cur tota ista tua accusatione, aut Plinij uerba non discutis, aut subtices, aut inuertis, aut iungis, aut mutilas? quod ex plærisq; nostræ huius defensionibus capitibus uidere licet. In Medis scribit Plinius frustra seuisse Harpalum, non in Asia (ut tu Plinij uerborum peruersor scribis) ergo non de ea quæ proprie Asia dicitur (quippe in qua Media non sit) intellexit Plinius, sed de ea quam tertiam totius habitati orbis partem dicimus, huic (ut opinor) Cyprum deputas. Nam ab ea quæ proprie Asia dicitur, longo distat interuallo. Nulli enim prouinciæ Cyprus adiacet, sed mari omni ex parte circumflua cum sit, & propriam ipsam prouinciam geographi faciant. Pamphilię, & Ciliciæ ad aquilonem occasumq; opponitur: ad meridiem atq; ortum, Aegypto & Syrię. Tertia ergo orbis pars Hedera caret? Ita inquis. Sed nonne, ex India & Mero monte Liber pater, & Alexander coronati Hedera redierunt? Nonne in sacris literis legisti, factum in Assyria Ionæ prophetæ ex Hedera umbraculum? Et quod Tacitus Diurnalium primo & uigesimo scribit: Iudeorum sacerdotes, qui cibia, tympanisq; concinerent, Hedera uinciri solitos? ut intelligas, neq; hoc perpetuo uerum esse, in Asia HEDERAM non nasci; cum & India, & ASSYRIA, & IV-

Cypri situs.

C daea illam ferant, quae Asiaticae quidem sunt prouinciae. Sed ad rem redeo. In Asia inquis Hedera non nascitur. Sit id aliqua ex parte uerum. Et Cyprus ad Asiam pertinet. Et hoc sit sane uerum. Sed hoc quoque uerum est Leonicene, quod parte superiore Syriae itinere a mari quinque dierum Hedera non nasci incipit. Haec est Theophrasti quarto de plantis sententia. Strabo quoque trans Euphratem non nasci Hederam scribit: cis Euphratem non negat. Syria ergo, & citra Syriam quaecunque sunt regiones (in quibus & Cyprus est) ferre Hederam possunt. Tolle ergo tua ista argumenta Leonicene, atque abi. Et quod collegisti de Plinio (ut dicis) iam abijce. Et haec mecum, cumque ipsa ueritate colligere non pigeat. Sed prius quae ipse collegisti, & quae falsa esse docuimus, iam nunc aperiamus. Tua ista sunt uerba.

Possum ergo (inquis) sic colligere. Hedera apud Plinium diuiditur in marem, ac foeminam: utriusque flos similis Rosae syluestri describitur. Eodem autore in insula Cypro Hederae flore de roso, Ladanum hircorum barbis adhaerescit. Sub Hederis quoque Hypocisthiden nasci aliquando significatur. Haec autem omnia a nullo autore, excaepto Plinio de Hederis scribuntur: aut sensu ipso, siue experientia comprobantur. Hactenus tua uerba. Nos ex his quae supra diximus, & quae uera esse Plinium, Theophrastum, Dioscoridenque legentibus apparebunt, atq; ex Plinij sententia sic colligimus.

Cissum, Cisthum, Ladam, diuersas esse plantas: Cissum marem, foeminamque esse, & flores Rosae syluestri similes habere, Theophrastus quoque praeter Plinium scripsit: sub sola Cistho Hypocisthiden nasci, & ex sola Lada Ladanum depecti. Et haec quidem syncerus autor Plinius prodidit: Leonicenus uero, nec Theophrastum legit, nec Plinium intellexit.

DE GLASTO, ISATIDE, Radicula.

Mira est profecto Leoniceni huius nostri, boni alioquin uiri, indiligentia: qui non modo herbarum figuras, potestatesque non discernit, sed nec Plinij ipsius quem accusat, uerba considerat, synceramue orationem ut scripta est refert. Suopte uero iudicio fertur, & mendosos satis, uel impressorũ uitio codices, sua ipse lectione mẽdosiores facit, dum quod taxet inueniat: q̃d & in his quoq; de q̃bus nunc agimus herbis, & tota obiter defensione facile cognoscemus.

D Glasto herba, quae Plantagini similis sit, Britannorum foeminas corpora oblinire, Aethiopum colorem imitantes. 22. uolumine scribit Plinius. Nihil hic de uestibus agitur. Corpora inquit Plinius, non lanam, aut uestes: quod falso Nicolaus retulit. Hanc idem autumat eam esse quam Isatiden Graeci uocant. Hoc argumento, quod Isatiden Dioscorides qua lanarum infectores utantur, a Romanis Gluttam, uel Glastum dici scripserit. Hoc si quis neget, nihil habet Nicolaus quo sententiae suę ueritatem comprobet. Huius rei hoc afferimus argumentum: quod Glasti uocabulo non Romani utuntur, sed (autore Plinio) Galli. Duos praeterea Dioscoridis graecos codices legimus, in nullo Gluttae, Glastiue nomen sub Isatide scriptum est. Sed cum Isatidis duo scribat Dioscorides genera, unum quo infectores utantur, alterum quod medicinae tantum usibus sit efficax, quod agrestem Isatiden uocat: primum illud a Romanis Rhutam, uel Alutam: secundum Rhutam minorem, uel Alutam uocari asserit, illi similem quae infectrix sit. Ex duobus enim codicibus alter Rhutam, alter Alutam habebat: quanquam nos Dioscoridis codices sic castigare recte posse uidemur, si non Gluttam, uel Glastum (quod de suo Nicolaus addidit) neque Rhutam, uel Alutam (quod nostri habent codices) sed Luteam, uel Luteum inseramus. Est enim Lutea (ut tertio & trigesimo Plinius) siue Luteum (ut septimo Vitruuius scribit) herba qua non minus Chrysocollam ceruleumue infici, quã linum, lanamq; tingi prodiderunt. Vnde illam infectiuam quoq; Vitruuius nuncupat. Hactenus ergo non Plinius, sed Leonicenus mihi errare uidetur: qui Plinium, Dioscoridemque uel perperam, uel falso retulit.

Lutea. Luteum.

Quatuor praeterea syluestris Lactucae sunt genera uigesimo libro inquit Plinius, Caprina, Esopos, Isatis, Syluatica. Caprina necantur pisces, Esopos ulceribus medetur, Isatis uulneribus prodest, Syluatica infectores pariter, medicique utuntur. Quam hic obsecro admonitionem Nicolaus desyderat? Syluatica Lactuca tingi lanas, inquit Plinius, primo Isatidis genere DIOSCORIDES. Non negat PLINIVS Syluaticam illam suam graecam Isatiden esse. An graecis adeo addictum Plinium esse oportet, tantumue illis tribuimus, ut nisi de graecorum sanctuarijs promantur, nec herbas quidem describere, nec Romanas appellationes afferre Romanus homo interdum possit? At designare inquit, debuit Plinius, hanc Syluaticam Glastum esse, eiq; Plantaginis folia adscribere: quod in Glasto. 22. libro facturus erat: q̃dq; in hac Isatide Dioscorides fecerat. Vnde ista obsecro admonitionis designationisq; necessitas? Suas Isatides Dioscorides sponte nascentis Lactucae genera non facit: cum eas uocabulo indiscretas scribit. Distinctius aliquando PLINIVS de his tradit, nam

Lactucae genera quatuor.

& alteram, hoc eſt, eam quæ Dioſcoridi ſecunda eſt, Iſatiden uocat. Alteram, id eſt, Dioſcoridis primam (quæ & ipſa Iſatis a Græcis dici poteſt) Syluaticam nuncupat. Re conueniunt: appellationes, diſtinxit Plinius. Admonere potius Dioſcorides debuit ſuas Iſatides, ſylueſtris Lactucæ eſſe genera, & diſtincta illis nomina tribuere. In quo ergo erraſſe arguitur Plinius, qui cum re a Dioſcoride non diſsideat, uberius tamen de re ipſa diſſeruit? Syluaticam præterea, Glaſtumq́ non unam eſſe herbam putauit Plinius, ut admonitione opus eſſet, ſed (ut apparet) diuerſas. Iam & hic non Plinij, ſed alter Leoniceni error oſtenditur: qui Iſatiden Glaſtum eſſe putat: Glaſtum uero noſtri temporis Guadum. Vis hoc quod dicimus, manu (ut aiunt) tangere? Communia, inquit Plinius, ſponte naſcentibus Lactucis ſigna ſunt: candor caulis, ſæpe cubitalis, thyrſo & folijs ſcabricia. Tum propria Syluaticæ Lactucæ ſigna demonſtrat: Similis eſt inquit Lapatho ſylueſtri folijs, niſi quod plura habet & nigriora. Glaſtum uero ſimile Plantagini eſſe dicit. Si ergo Syluaticam (ſiue Iſatiden mauis dicere) Nicolaus putat Glaſtum eſſe, aperte fallitur. Glaſtum Plantagini ſimile eſt. At Plantagini nec caulis unus, nec cubitalis, nec candidus, nec ſcabricies folijs. Si Glaſtum ob id Syluaticum, ſiue Iſatiden credidit, quod Guado, quo noſtri temporis infectores utuntur, Glaſti uocabulum ſimilem ſonum habere uideatur, nihil hoc abſurdius. Guadum enim (ut eſt uidere) Plantagini ſimile non eſt: ut Glaſtum dicitur. Quippe Plantago ipſa uiridis, ſubatra, neruoſa, folijs acutior: nec caule uno, nec candido, nec ſcabro: Guadum contra enerui folio, candicante, caule alto, & ſylueſtri Lapatho, quam Rumicem uocamus, perſimile: cuius folia Betæ candidæ ſimilia tradit Plinius de Lapathi generibus decimoquinto uolumine ſcribens. Guadum præterea cyaneum colorem lanis reddit, Glaſtum uero atrum corporibus Plinio: ita ut Aethiopicum nigrorem referat, cęruleum Cæſari. At uulgus inquit Nicolaus, Guadum uocat, quod paucis mutatis literis facile e Glaſto tranſit. An neſcis Nicolae (ut Anneus quoque inquit) peſſimum eſſe ueritatis interpretem uulgus? Quod ſi a ſono arguendum eſt, quo fictilium quoque uaſorum ſynceritas exploratur, Guadum ex eo uulgus nuncupat, quod cyaneum (ut diximus) colorem lanis reddit: quaſi Bladum dixeris. Eum enim colorem, qui primus candidis lanis a Guado inditur, uulgus Bladum uocat: uicinius uero multo eſt Guado Bladi q̃ Glaſti uocabulum. Quidnam igitur ſimile cum Glaſto habet Guadum? Non figura, non color, non nomen, non poteſtas. Quarto uero Lactucæ ſylueſtris generi, hoc eſt, Syluaticæ, ſeu primæ Dioſcoridis Iſatidi, Guadi ſigna omnia prorſus conueniunt. Ergo ut Iſatiden illam, ſiue Luteam, ſiue Luteum, Dioſcoridis Plinijq́ Syluaticā noſtri temporis eſſe Guadum dicimus. Sic Glaſtum, nec Iſatiden, nec Guadum eſſe credimus: ut certe Guadum ne ſit, non ſine ratione dubitemus: eam uero tranſalpinam herbam eſſe putamus, gallici nominis, Plantagini ſimilem, atrum colorem referentem, qua barbari tingerentur, cuius Cæſar, & Propertius meminere, quo terribiliores hoſtibus uiderentur. In eo uero non conuenire Plinium, Dioſcoridenq́ dicimus: quod Iſatides duas, Dioſcorides non eſſe Lactucæ ſponte naſcentis ſpecies dixit. Tum quæ Plinio tertia eſt Lactuca, non Iſatiden in ſyluis naſcentem, ut Plinius, ſed agreſtem Dioſcorides nuncupauit. Poſtremo, quod infectricem illam Iſatiden, quæ Plinio in ſylueſtris Lactucæ generibus quarta eſt, Dioſcorides etiam Iſatiden ſimiliter ut alteram uocat: & folijs Arnogloſſo comparat (quæ & ipſa non ſimpliciter Plantago eſt, ſed minor Plantaginis ſpecies, ut ex ipſo nomine quinto & uigeſimo Plinius indicat, folijs Rumici certe ſimilior) Plinius uero ſylueſtri Lapatho, hoc eſt, Rumici ſimilem pingit: & Syluaticam nuncupat: ut quæ facultates diuerſas ſortitæ eſſent, & nomine quoque differrent. Ita quanquam in his non paria tradere uideantur, re tamen ipſa, facultateque conueniunt: ſed ita, ut plenius quidam & eruditius in Plinio uidere poſsis. Eos enim ſcriptores tum Ariſtoteles, tum iuriſconſulti maxime probare uidentur, qui in enarrando ita deſcribunt, ita partiuntur, ita dinumerant, ut omnes rei de qua agitur ſpecies & nomina facile dignoſcantur. Sed ne quid ſciens pręteream, quod rei de qua agimus lucem aliquam afferre poſsit, quando in Luteæ herbæ & Guadi mentionem incidimus, ſcio herbam eſſe qua bombycina & quæ ſerica dicuntur inficiant. Ea in Bononienſi ſatiua plurima naſcitur, caule ſingulari, cubitali, colore luteo, minimis ab radice foliuſculis: cuius ſemina ad Bliti ferme ſpeciem totum caulem occupent: Gualdam infectores nuncupant. Eſtiment uolentes, an hanc Luteam illam, ſiue infectiuam eſſe credendum ſit: atque an Gualdæ uocabulum Guado uicinum admoneat, non eſſe a Glaſto Guadum (quod Leonicenus opinatus eſt) ductum. His ingenia ad ueſtigandum excitamus, nihil decernimus: refelli, doceri, corrigi ſine contumacia patiemur, quod hic in plenum, & tota defenſione teſtamur.

Radicula uero quæ a noſtris dicitur, eademque Lanaria, a Græcis uero Struthion, & uulgo Oſtrutium nuncupatur, quid obſecro cum Glaſto, Iſatide, Syluatica commune habet, autore Plinio? Diuerſiſsimæ prorſus herbæ, in quo conueniunt, ut ſeſe ab illis explicandis

A

Glaſtum, Guadum.

Rumex, ſylueſtre Lapathum.

B

Scriptores probati.

Gualda.

C bonus iste uir Leonicenus, uelut in stupa pullicinus hærens, sudare uideatur? Radicula aculeatus suffrutex est, ut in sexto quoque Theophrastus meminit, caule ferulaceo, languinoso, oleæ folijs, flore pulchro, inodoro: Struthion, id est, passerculus a Græcis dictus, non Isatis: (ut tu syncere Plinianæ lectionis euersor addubitas Nicolae,) radice magna, quæ non lanam tingit, sed (ut quarto & uigesimo Plinius scribit) lanam tingentibus præparat, candorem, molliciemque afferens: atque adeo, ut lanas quæ remedijs quibusdam adhibentur, Radicula curari non oportere nono & uigesimo scribat Plinius: & oues quæ tonsuræ præparentur radice lanariæ lauari iubeat Columella. Cuius quidem Radicis tam multæ atque eximiæ adeo in medicina uires, adeo remedijs efficax potentia, ut aureum poculum a Medicis cognominata sit. Quid nam horum unquam Leonicene in Glasto, Isatide, Syluatica, in tuo Guado legisti? Cur Plinium accusas? & tuo isto cum Patauino Antistite torqueris, Petro Barocio, quem ego eruditum hominem, sanctumque uirum esse audio. Tu tuis istis ambagibus, grauissimam illius inferis sententiam, quasi & ipse tecum de his ambigat. Si Plinianos codices, quos & tu mendosissimos fateris, non excutis, non comparas, non æstimas, si nec Plinium eleganter latine, uere, dilucideque loquentem intelligis, si te nominum uarietas implicat, si te rerum obruit multitudo, cur Plinium erroris insimulas? Tingit Glastum corpora, non uestes (tingit uestes, Dioscoride autore) Isatis tingit lanas, Lactuca Dioscoride autore Syluatica. Illę Plantaginis, Lactucæ, Arnoglossi, Lapathi speciem referunt. At Radicula lanam non tingit, nec corpora: acuminata est, oleæ & passerculorum (uude & nomen) faciem præbet. In his ergo, ubi ista quam deploras nominum rerumque confusio? Nun tibi omnia bellissime (ut uides) Plinius explicuit? Tu cur teipsum non explicas? Tu cur nullo iudicio Glastum tingere uestes ais, autore Plinio, quod nusquam scripsit? Cur Isatiden Glastum a Romanis uocari Dioscoride autore impudenter affirmas, quod nusquam prodidit? Cur in Radiculæ descriptione libro decimonono non Struthion, sed Isatiden posuisse Plinium addubitas, qui & alijs quoque in locis Struthion semper, Isatiden uero posuit nunquam? Cur nullo probabili argumento, sed uano quodam, uulgarique sono permotus, nostri temporis Guadum, Glastum esse contendis? Tua ista interpretandi legendique peruersitas, & scribendi in omnes ambitio, non Plinij candidissimi scriptoris diligentia, pariter & elegantia, in caliginem, confusionemque perducunt. Quod uero nobis (ut facis) & Serapionem, & Auicennam, & Pandectarum scriptorem obijcis, praue (ut putas) de Isatide, & Radicula sentientes, De his nihil est quod respondeam: illi uiderint quos medicinæ artis scientiam professos, in te ut arietent iam intentos paratosque uideo. D

Radicula, aureum poculum.

Verum priusquam Plinianæ defensionis, quod reliquum est, absoluamus, uel hoc unum breui oratione perstringere placuit: ut intelligas quo iudicio, quam indigne Nicolaus noster uirum bene de se meritum, suo isto libello pulsauit, Pandectarum scilicet scriptorem, a quo tam multa de simplicibus medicamentis hausit: quemque ferunt Nicolaum ipsum in manibus semper habere consuesse: atque ex eo libro tanquam ex oraculo, de simplicibus medicamentis uerba facere. Is de Isatide (ut diximus) obscurissime, ambitiosissimeque differens, post Auicennam, Serapionemque districtos, in autorem tandem Pandectarum inuehitur, scriptorem mendaciorum, ignarumq; appellans. Tum quod nescierit, quid apud antiquos Catapotia sit, accusat. Pandectarum scriptorem bonum certe hominem, multa studiosissime collegisse uidemus, dedisseque operam, ut & ipse (si qua posset) posteris aliquando prodesset. Non asse cutum fortasse, sed nec sic quidem contemnendum: immouero (quod sæpe quoque usurpari conuenit) Aristotelico more, gratiam illi habendam censeo, quod uera multa cum scripserit, ueris etiam inueniendis uiam (uel perperam scribendo) monstrauit & docuit. Quantum uero ad Catapotia pertinet, in quo noster hic tantopere assurgit, sic dixerim. Non ignorauit Pandectarum autor quid Catapotia uerbum signaret. Nam & in C. literæ descriptione, Catapotia inquit, pillulæ sunt. Et post paucos uersus, in eo quo de Cataputia herba scribit capite, semina eius herbæ accipi, & sicut Catapotia mandi insinuat: quæ Dioscoridis quoque uerba uidentur, sic in Chamæleæ descriptione, ex Dioscoridis sententia trochiscos ex Chamælea & Absinthio fieri docet, ut Catapotia, pillulas certe designans, non herbam. Non enim ex Chamælea, Absinthio, & Cataputia (ut Nicolaus insimulat) sed ex Chamælea, & Absinthio ut Catapotia. Sic unius literæ mutatione: qui, ut, dixit, &, dixisse a mordaci homine accusatur.

Padectarij defensio.

Catapotia.

Vides iam apertam Leoniceni de utilissimo scriptore calumniam. Nesciuit (inquit Nicolaus) quid Catapotia esset Pandectarius: at ille in C. litera pillulas esse monstrauit. Cataputiam inquit herbam addit Absinthio & Chamæleæ: & hoc quoq; falsum est. Nam ex Absinthio & Chamælea trochiscos fieri docet, ut Catapotia, id est, pillulas.

Et quoniam sæpe illum de sua ista Cataputia clamitantem, atque in medicos inuectum esse audiuimus, hoc quoque his subnectere benigna interpretatione (ut hominem decet) uisum

A

est. Non latuit nostri temporis medicos, catapotia pillulas significare: quippe quod Pandectarius ipse (ut diximus) & is quem Aggregatorem uocant, catapotia exponentes, pillulas dixerunt: sed quoniam in nulla pene herbarum frequentius, aut efficacius euenit, prçterquam in huius genere: ut eius semina (quæ & Ricinos ab insecti specie appellant) pro catapotijs, hoc est, pillulis sumantur (quod Dioscoriden quoq;, & cæteros tradidisse uidemus) ideo herbam ipsam catapotiarium semen ferentem (quam propria quoq; appellatione nuncupant) singulari quadam demonstratione, et ob remedij præstantiam seminumq; ipsius usum, ut Cataputia passim diceretur receperunt. Est autem Cataputia herba, quam uulgus per hæc tempora Cazzapuzolam, nunc Guardalhortum uocant. Proprium uero eius nomen Lathyris est: cuius quarto uolumine Dioscorides, 7. uero. & 20. Plinius & uires & figuram scripserunt. Quod uero ut iam non catapotia, sed cataputia dicatur linguæ usus increbuit, nequaquam mirandum. Cum, u, &, o, uocalium tanta cognatio sit, adeoq; in uerbis po llens magister usus, quod ut quondam uultis & uoltis, & uiuus & uiuos, & curuatus & coruatus, & poblicum & publicum, & colpam & culpam, & Herculem & Hercolem dixere prisci: ut est in ueteribus tum libris, tum epigrammatis uidere: sic Cataputia pro Catapotia non incongrue, aut certe sine piaculari crimine enunciare possimus. Hæc pro Pandectarum autore bono certe homine, aduersus Leoniceni contumeliã, quasi ex itinere respondisse sufficiat. Nunc ad Plinium reuertamur.

Lathyris.

¶ DE ECHIO, & ALCIBIO.

Eandem herbam esse Echium, & Alcibium Dioscoride & Nicandro autoribus Leonicenus putat. Quoniam uero utriusq; seorsum Plinius mentionem facit, hoc quoq; inter errores deputat. Is mihi errare uidetur, qui sciens, prudensque compertum se habere aliquid affirmat, atq; in eo obstinatius hæret, cuius contrarium plures sapientioresq; constituunt: in hac causa nemo, nisi peruersi iudicij errare Plinium dicet. Echij Plinius genera, faciem, uires, usumq; describit: Alcibium quale esset, apud autores non reperisse se dicit. sed cuius herbç figuram non reperisse se dicit, eius uires quas reperit tradit: uel ex hoc intelligere omnes possunt, Plinium Dioscoridis libros non uidisse. Nam & Alcibium quale esset a Dioscoride (si modo illam posuit) didicisset. Nicandrum nobis uidere non contigit. Dioscorides certe non Alcibium, sed Alcibiadiũ, & Alcubiacum scribit Echion uocari. Si eadem herba est Echius & Alcibium, atq; eadem utriusq; potestas, atq; idem usus, unam habes herbam duobus nominibus a Plinio descriptam: qui Alcibij qualitatẽ non reperisse se fateri maluit, quam impudenter aliquid affirmare: si diuersæ sunt herbæ, nomen utriusq; habes & uires. In quo ergo uel eruditorum aures, uel medicorum industria, uel ægrotantium desyderium, uel uita offenditur? Quis errare confitentem hominem nisi errans Nicolaus iste contendet? Numen confessis aliquod patet, Ouidius inquit. Fatetur ingenue Cicero, se nescire quod nescit. Si ergo uerum fateri, si impudentem non esse, si non temere aliquid affirmare error est, errauit certe Plinius. Quam sint friuola, q̃ nullius ponderis Leoniceni nostri inuenta, uidere iam licet: qui (ut opinor) nulla magis ratione adductus in hos sermones incidit, quam ut Nicandros nobis & Pamphilianos efferret: quasi ipse ideo magnus censendus sit medicus, aut Plinij censor, si speciosa nobis græcorũ nomina, magno ore ꝓnunciet.

Plinius Dioscor. nõ legit.

B

¶ De CENTVNCVLO.

Clematidis apud græcos genus primum, Italos Centunculum uocare scribit Plinius. At Dioscorides Gnaphalium græce dictam herbam a Romanis Centunculum uocari affirmat. Dioscoriden ueriora dixisse his argumentis Nicolaus insinuat. Primum quidem, quod idem effectus dysenterijs utiles Gnaphalio, & Centunculo a Dioscoride tribuuntur & Plinio. Deinde, quod in Clematidis speciebus describendis, nullam Dioscor. rostratis folijs pingit, ut Plinius. At nos uel uno uerbo quçstionem soluere facile posse uidemur. Plinius Clematiden Centunculum uocari ab Italis dixit: Dioscorides huic appellationi contrarium nihil scribit, sed Gnaphalium ab Romanis Centunculum dici tradit. Vtrunq; uera dicere potuisse, absurdum non est. Nam quid prohibet, & Romanos Gnaphalium, & reliquam Italiam Clematiden cognominare potuisse Centunculum? Huic sententiç fidem facit: quod Romanos nõ Centunculum modo, sed & Tucularem, & Albinam uocare Gnaphalium in tertio Dioscorides scribit. Plinius uero in sua Clematide, quoniam non de Gnaphalio, neq; de Romanis, sed de Clematide, & de Italis loquebatur, ex his appellationibus nullam posuit. Leoniceni præterea argumenta quid habent roboris? quid dialecticum sapiunt? Nonne easdem uires ad dysenteriam efficaces, nõ Gnaphalio modo & Centunculo, sed & ipsi Dioscoridis Clematidi, tum innumeris pene herbis legimus? Neq; satis infert syllogismus: Duæ herbæ eosdem præstant effectus: ergo non duæ, sed una censeri debent: tum quod Clematidis Centunculi figuram non pingat Dioscor. qualem Plinius, non ideo erroris conuincendus est Plinius. Neq; enim probe claudit enthymema Nicolai, in describenda clematide. Signa quç Dioscorides non commemorat, ponit Plinius: ergo er-

Crat Plinius in demonstranda Clematide? Nam (quod in superioribus quoq; diximus) mos ille Plinij, diligentiumq; herbariorum esse uidetur, quo faciliorem cognoscendis herbis uiam osten dant, ut similitudines afferant plures aptioresq;. Centunculi, idest, primæ Clematidis folia inquit Plinius, rostrata sunt ad similitudinẽ capitij penularũ, nõ capitis, ut praue Nicolaus scribit. Non tollit hæc descriptio Dioscoridis signa, sed auget. Non ideo Centunculus, qui ab Italis dicitur Clematidis primum genus non est, quia euidentiora signa Plinius quam Dioscorides attulit? Non uideo præterea, cur de Italica cuiusuis herbæ appellatione, barbaro potius græcoue, quam Plinio ipsi in Italia nato & educato credendum sit. Cum præsertim (si uerum & cum ueniæ præfatione fateri uolumus) aberrasse plurimum Dioscoriden in romanis herbarum appellationibus nemo sanus negabit: quod multarum exemplo manifestum fieri potest. ut cum Parthenium a Romanis Solsequium uocari, Betonicam uero Rosmarinum, Abrotonum quoq; Absynthium ponticum, Hedyosmon autem quæ Menta sit Nepetam, Melanthium uero quod Gith dicitur, Papauer nigrum appellari dixerit: cum apud Romanos diuersas esse tam herbas quam appellationes istas, non Plinius modo, sed & Celsus & Columella, & nostrorum temporum usus, & nomina in posteros seruata testanrur: quare nihil est quod Dioscoriden, externum hominem, in latinis herbarum nominibus, Plinio fideliorem putemus. Nam cum Clematiden & Gnaphalium diuersas herbas Plinius probe cognouerit: quippe qui utriusque diuersa signa effectusq; prodiderit: & non Gnaphalium, sed Clematidis genus primum Centunculum cognominasse Italos dixerit, quid aliud arbitrandum est, nisi aut Italicum hominem Italicas appellationes multo Dioscoride melius cognouisse: aut duas herbas Centunculi cognomento sic uocare potuisse: ut Parthenij quatuor, Ambrosiæ item quatuor, Helxines tres, Heraclij plurimæ cognominibus claruerunt.

Taxat Diosc.

Diuersas autem herbas esse & Centunculum, & Gnaphalium, uel hinc perspicuum est. Centunculus in aruis iacet: sic Dioscoridis Clematis, sarmentis, pampinisue super terram longis (quod & ipsum indicat nomen) folijs uirentibus, Lauri specie, sed breuioribus. Adijcit Plinius (quo manifestior herba fiat) ad similitudinem capitij penularum rostratis. Penula enim pluuiale est tegumentum, ut in Hadriano Spartianus, & in Alexandro Lampridius testantur, cui a tergo Capitium aduersus hymbres futurum tegmen adnectebatur. Quod non intellexit Nicolaus: qui capitis scribit, non capitij. nam penulæ nihil accedit quod caput dici possit, cuiusq; ad exemplar effigiari herba queat: Sed rostratum capitium accedit. Gnaphalium uero folium habet molle, breue, album, tomento simile. Tomentum enim molle illud linum, stupam, lanamue significat, quod etiamnum uulgo quoq; tomentellum dicitur, quo in fulciendis, replendisque tum culcitris, tum mattis (quas nunc etiam mattarassas uocant) utimur. Atq; ideo Gnaphalium dicta est herba ipsa, quod græco uocabulo gnaphalos, minuta illa lana sit, atq; (ut ita dixerim) tonsura quæ in fullonica arte ex carduorum, aut forficum ductu trahitur atque excidit, qua ad tomenticia quoque utebantur: ex eo & ipsa dicta, quod gnaphos carduus sit: Gnaphalium ergo herba ita cognominata est: quod breuitate, mollicieq; gnaphalon, hoc est, tomentum repræsentet. Atq; ideo Plinius & Tomento similem, & pro tomento in usu esse dixit. Quare haud negauerim, potuisse Dioscoriden qua ratione Gnaphalium interpretati sumus conijcere atq; opinari, Gnaphalium etiam a Romanis Centunculum uocari: quod illo uelut tomento centones quoq; in rustica supellectile ut mattæ concinnari possent. Sed non ideo errasse Plinium dicere æquum est, cum primam Clematiden homo Italus ab Italis Centunculum uocari dixit.

Penula. Tomentum. Tomentellum. Gnaphalij etymologia.

De LAGINE.

Possumus in hoc quoq; accusatoris ingenium, iudicijq; prauitatem damnare: quod librariorum, impressorumq; errores, quibus pleni sunt Pliniani codices, Plinio quoque adscribere non uereatur. Aut si id comprobari non posse uideat, uel in hoc taxet: quod Plinium frustra aliquid posuisse calumnietur, ut de Lagine quoq; fabulatus est. Lagine ante omnia (quę nisi græca impediat declinatio, a lacte gignendo nomen traxisse uideri potest) secunda Clematidis species est: non lagine, ut Nicolaus titubans legit. Frustra autem a Plinio eadem herba repetita non est (ut Nicolaus carpit) qui neq; Plinij mirum in describendis plantis ordinem consyderat, neq; quo pacto bis idem repeti non modo possit, sed & debeat. Volumine. 22. Plinius, in quo de his agit qui inter aruensia olera, in usum quoq; cibarium ueniunt, Laginem suo ordine commemorat, describitq; eius etiam facultates quasdam, non omnes tamen aperit. At. 4. & .20. cum clematidis enumeraret species, ne quis Laginem secundum esse Clematidis genus dubitaret, Laginem illam uocari ab alijs dixit. Tum Lagines quoq; uires uniuersas adiecit: ut intelligerent secundum Clematidis apud græcos genus Laginem quoque esse. Neq; enim libro. 22. de Clematidis speciebus dicturus erat, sed de ea tantum Lagine quæ aruense olus, esculentumque

Lagine.

esset: ut eodem quoqꝫ ordine, & capite de Scandice, Hellaphobosco, Sioqꝫ dicebat. Ast ubi de Clematidis speciebus dicendum fuit (cum non omnis Clematis esculentum olus sit) quæ illa Clematis esset quæ Lagine diceretur edocuit: pariqꝫ illam effectu scribere græcos notauit, & quas facultates in Lagines mentione omiserat addidit. Scio & laginem quoqꝫ, siue laginem. 21. uolumine scriptam esse: sed uel aliud herbę genus, uel mendosum codicem putauerim: quando hanc de qua agimus Laginem, foliosos ramos habere, atqꝫ humi adrepere ad Scamonij speciem scribant: illam uero unum tantum folium habere: quo fit ut diuersas prorsus herbas esse credamus.

A

Nec minus ineptam, superuacuamqꝫ nominis in Lagine mutationē Helxines, & Eusines Nicolaus molitur. Nam dum. 4. &. 20. secuudam Clematideu Laginem ab alijs, Echitenqꝫ dici. Plinius scribit, suspicari se inquit Nicolaus, ne codicis uitio lagine & echite, pro Helxine & Eusine positum sit, et sua quędam iamdudum trita de Helxine comminiscitur. Nos de his ad hunc modum dicendum putamus: Laginem pro Helxine non scripsit Plinius cum de triplici Helxine in superioribus dixerit: & de Lagine. 22. uolumine dixerit: Eusinem dicere non oportuit. quamuis enim Lagine (ut & uerum esse uidemus) Cissampeli, hoc est, Inuolucri speciem repræsentet, non ideo Eusines nomen quod Inuolucri proprium est Lagini tribuisset, sed e re ipsa quod longius serpendo feratur elegantissimo uocabulo Echiten uocari ab alijs illam scribit. Est autem Lagine quam plerìqꝫ uulgo Corrigiolam dicunt (non eam tamen quę Poligonia sit) Picentes a floris figura Campanellam uocant: qua ratione Conchylium quoqꝫ uocari scribit Plinius: eaqꝫ in esculentis, & eo præsertim cibarij genere quod tortā dicimus utunt̄: mulieres quoqꝫ in aqua & uino decoctam etiamnuuc lactis gratia sorbent. Neqꝫ absurde tenue Scamonium quoqꝫ dicta est, quod illi non absimilis uideatur: nisi quod minoribus longe folijs, leuioribusqꝫ nec crassis uestitur. Quæ hic autem de Ligustro Nicolaus adiecit, ea sunt quidem & iamdudum a nobis decantata. Sed & Ligustrum ipsum Oliuastella nulgo dicitur. In eo tamen Leonicenus fallitur, quod Caprifolium uocari a quibusdam de caprarum pastu autumat. nam nec nomen, nec nominis ratio uera. illum enim seu fruticem, seu arbusculam dicas, capræ non attingunt: Caprifoliū uero non Ligustrū, sed Pixacanthus est, cuius quoqꝫ nominis Syluaticus meminit.

Echites.

Lagine quæ sit.

B

¶ De ARCTIO, SIVE PERSONATA.

Vis & aliud uidere, indiligentis hominis argumentum de Personata. Plinium taxat, quod duplicem illam esse crediderit. Tamen ut id uerum esse comprobet, ne quid integri ad defensionē Plinio relinquat̄, nulla ratione Echion, pro Arctio, codicis uitio positū dicit. Sed ne sic quoqꝫ Plinium, aut seipsum intelligit: quod uerum esse mox agnosces. Post Agarici descriptionem, Echion herbam. 25. uolumine continuo subiecit Plinius. Quæ quoniam capitula habeat, uiperis similia, ideo Echios, quasi uipera cognominatur. Duo huius genera, Pulegio similia, floribus coronata. Tertium lanugine spinosa, distinctum pingit. Addit præterea. Quidam Echion Personatam dicunt (non Arction, ut praue inserere Nicolaus uoluit) quorum opinionem, quoniam longa foliorum & floris diffrrentia improbaret, subijcit. Cuius scilicet Personatæ folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Ac si dicat. Tria Echij genera diximus Pulegio similia, cui parua sunt folia, & quæ floribus coronantur. Falluntur qui Echion dicunt esse Personatam, grandes lappas ferentem, cuius folio nullum est latius: quæ omnia a Pulegij similitudine maxime discrepant. Non intellexit in morsum præceps Leonicenus Plinij uerba, illorum sententiam apposite improbantis, qui Echion Personatam esse dicebant. Nam ea parte, qua Plinius scripsit, Cuius folio nullum est latius: Leonicenus, cuius illud, ad Echion retulit: non ad Personatam, ut Plinius, & grammatica ratio postulabat. Neqꝫ enim ideo duplicem Personatam esse credidit Plinius, quia quosdam Echion Personatam dicere, & ex aceto radicem dare scripsit. Nam hic de Personata non agebat, sed de Echio: de qua ut quæcunqꝫ ab autoribus scripta compererat aperiret, ideo quosdam Echion dicere Personatam scripsit, & ex aceto dare potui. Non enim probe claudit (quod sæpe diximus) Quidā dicunt, ergo Plinius credidit: ac præsertim cum Echion triplicem pinxerit, & ex foliorum & floris differentia non esse Echion Personatam apette senserit: atqꝫ ideo post paucos uersus, non iam de Echio, sed de Personata notissima herba speciatim uerba facit: eamqꝫ Arction & Personatam Græca & Latina appellatione nuncupauit: neminemqꝫ illam ignorare dixit: ut eos etiam uidelicet destringeret, qui supra Echion paruis folijs herbam Personatam latissimis constantem putauerunt. Bene ergo omnia quadrant. Sciatqꝫ deinceps Nicolaus, hoc in loco bellissime significasse Plinium, atqꝫ ita credidisse, aliud Echion esse Pulegio similem: aliud Personatam folijs maioribus cucurbitæ: quas unam herbam esse quidam putauerunt.

Sed quoniā de Arctio sermo incidit, quando & pro Plinio & studiosis scribimus: ut hæc no

C stra legentes (quantulacunq; illa sint) aliquid semper arripiant, quod in communem utilitatem conferre possint (quod tota defensione, quantum potuimus obiter curauimus, Leonicenus uero uitauit) hoc subnectere uisum est: quod Arction græci duplicem esse tradiderunt. Vnam quidem, quæ & Arcturion diceretur: cuius folia Phlomo (quam latine Verbascum dicimus) similia, crassiora tamen & rotundiora esse dixerunt: semen uero minuto Cymino simile: quod tam ipsum quam radix ischiadicis & dysuriam patientibus efficaciter daretur. Alterum, quam Arction, & Prosopiten, & Prosopion, & Aparinem dicerent: nos Personatam & Lappam. de qua egimus: ambas quarto Dioscorides pinxit, Plinius primam septimo & uigesimo: Alteram, quo diximus libro tradidit. Sed Aparines nomen a Dioscoride positum, non probauit: quando aliam esse a Personata Aparinem, & figuræ & uirium diuersitate monstrauit.

¶ De CHAMAEDAPNE.

Quo plura in Plinium congerere Nicolaus nititur, eo se pluribus inscitiæ notis commaculat: ut qui nec Plinij uerba, nec scribendi ordinem, nec rerum consyderet differentias. Itaq; manifestas ineptias iam satius est ridere quam refellere. Eidem plantæ Plinium, hoc est, Chamædaphne diuersas descriptiones afferre, Leonicenus dicit. Sed quam diuersus sit ipse ab eo quem putabamus, ex hac ipsa Chamædaphne consyderemus. Plinius .15. in describendis Lauri arboris generibus inquit. Est & Chamædaphne syluestris frutex: neq; ultra de Chamædaphne uerba facit: neq; illam pingit (ut Nicolaus prius arbitratus est) ex nomine uidelicet addubitans, ne herba esset, quam fruticem nominauit. Hic igitur uerborum Plinij textus puncto (,) signandus est. Tum pergit enumerando Plinius Lauri genera atq; inquit. Et Alexandrina, quam aliqui Ideam, alij Hippoglottin, alij Daphnem uocant. Hanc uero Alexandrinam Daphnem pingit. Hęc q; illa est, quam Dioscorides quoq;, cęteriq; describunt. At .4. & .20. uoluminis .14: capitulo cum fruticum, subfruticumq; genera multa descripsisset, His subnectemus inquit, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, an arbores essent. Tum proximo capite continuo de Chamędry, Chemędaphne, Chamęlea, Chamęsice, Chamęcisso, cæterisq; huiusmodi uerba facit. Atq; inibi Chamædaphnem describit: quam uolumine .15. tantum attigerat. Hæc igitur D ita se habent. Enumerat .10. Plinius Lauri septem genera: tum tres Laurei fruticis species, Chamędaphnem, Alexandrinam, Daphnoiden: & Alexandrinam quidem, & Daphnoiden pingit: Chamædaphnem uero, quoniam inter illas relaturus erat quas nominum communicatio (ut ipse inquit) dubias fecerat, an arbores essent, an herbæ .4. & .20. libro pulchre descripsit: in quo de similibus herbis suo ordine loquebatur. Vides ut ob punctum (quod in iocis quoq; dicitur) Leonicenus captus est? Si inter duo ista nomina, Chamædaphnem, & Alexandrinam .15. illo libro, moræ aliquid, punctiq; interiecisset (quod uel ipsa gammaticæ ratio per, &, copulæ interuentum postulabat) non in hos laqueos incidisset. Mirum subit boni huius uiri, & amici quidē Leoniceni naturam consyderanti: quem si ambulantem uideas, lentum magis & tardū, quam citatum uel celerem dicas: in accusando uero Plinio adeo præcipitem currere, ut in eo legendo, percensendisq; accusationis capitibus, moram omnem, tarditatemq; oderit: non spiritum teneat, non animam, nihil interpungat, nullo puncto consistat. In hoc quoq; sagacissimi ingenij uir Politianus, in ea quam de Cisso & Cistho ad hunc ipsum Leonicenum scripsit epistola, egręgie notat, cum .4. & .20. uolumine capite .10. quia non interpunxit Nicolaus inter Hypocisthis, &, quam inter herbas dicemus, parum sapere uisus est: maleq; eo loco sensisse de Cistho: ita ob punctum, ut diximus, sæpe conuincitur.

Punctorum ratio & utilitas.

Sed ne Chamædaphnes nomen dubium aliquando legentibus ingerat, duas esse plantas scire oportet: quæ Chamædaphne pariter nuncupentur. Hanc ipsam .f. de qua agimus, quæ uulgo Laureola dicitur: & eam quæ Vincaperuinca dicitur, coniugalibus coronis expetita: folijs quam Lauri longe minoribus: humi ad serpilli morem reptans: flore ceruleo, inodoro, rotundo, foliusculis quinq;, sed continuis distincto.

Chamædaphne duplex.

¶ De OXYMYRSINE.

De Oxymyrsine nihil est quod differamus. Nam cum frigida quædam Leonicenus afferat, quibus conijci posse (ut ipse putat) uideatur, Plinium de Oxymyrsine, Rusco, & agresti Myrto quandoq; dubitasse: cum Plinio tandem conuenit. Voluit (ut arbitror) Nicolaus ostendere, scire se, quod Oxymyrsine Bruscus esset, quem ueteres Ruscum dixerunt, autore Plinio: quasi grande aliquid, ac secretius quiddam in herbaria prolaturus. Etsi facultates suppetijsset, Pliniū quoq; redarguisset, qui non ideo Oxymyrsinem non agnouit, quia plures de ea sententias recitauit. Sicut cum inueniri aliquos dixit, qui Acorum Oxymyrsines radicem esse crediderunt. Sed inuenit tandem Nicolaus, Plinium a Castore suo, a quo tam multa, & hoc quoq; didicisse, quod Oxymyrsine Bruscus esset, Atq; ita nisi subuenisset Castor, interierat Plinius. Vide

quam sint ociosæ hominis huius commentationes.

A

¶ De AERA, & LOLIO.

Herbarij boni officium.

Qui de herbis dicturus est, eum ego non tam librorum quam telluris, non tam literarū quā agrorum studiosum esse oportere censeo. Nec satis esse ad herbariam perdiscendam tradendamq́;, herbarios scriptores legere, plantarum uidere picturas, græca uocabularia inspicere, magistri unius uerbis addictum esse, sed rusticos, montanosq́; homines interrogare oportet: herbas ipsas inspicere, uestigare differentias, & si fieri potest periculum facere, experiri: rimari quid una quæq́; in morbis possit. Cum hæc uidenda sunt, tum uero illud est hominis eruditi, grauis atq́; prudentis, cum de magnis uiris iudicaturus est, diligenter eorum uerba perlegere, librare, excutere, sibiq́; ipsi persuadere, nihil frustra, nihil temere a tantis uiris dictum esse. Tum uel benigna interpretatione, uel constanti iudicio quæ scripta sunt tueri. At si id quoq́; fieri nequit, & suadente ueritate contradicendū omnino sit, tum (quod in Empedocle desyderat Aristoteles) ualidissimis ea rationibus, argumentis, demonstrationibusq́; consellere. Hæc cum in superioribus in Leoniceno nostro semper desyderauerimus, in quibus certas calumniæ notas contraxit, in his præsertim Lolio scilicet & Auena de quibus nunc agimus, mirū in modū errasse uisus est.

Aera & Lolium Leonicenus inquit idem sunt: Auena quoq́; & Aegilops, idem. Mirari se ait, cum sint eadem, Plinium illa pro diuersis accepisse: aut græcis cognominasse uocabulis, cum latina suppeditarent. Miror ego Nicolaum ipsum unus cum sit, tam diuersa a ueritate sentire: & latinus homo cum sit, græcis magis uocabulis quam latinis rebus insistere. Ac primum quidem est, Aera & Lolium idem sunt: si Auena & Aegilops idem, non uideo, cur mirabundus adeo toto isto suo libello Leonicenus errori tribuit. Si Plinius eandem herbam nunc latina, nunc græca denominatione commemorat, quod non Plinius modo toto opere, atq́; in mentione piscium præcipue, sed quicunq́; litteris aliquid mandauere, factitarunt. Nam si error est, utranq́; linguam nosse: et error est, eandem herbam utraq́; lingua describere. Sed nos ideo diuersis appellationibus cognominasse illas Plinium dicimus, quia quamquam unius sint generis, diuersæ tamen & figura & potestate sunt & natura: in his primum Plinij autoritas, tum ratio, proxime res ipsa argumento nobis erunt. Sic igit ordiemur ut rem ipsam lucidius explicemus.

B

Noxia frugū uaria.

Frugibus, siue ea legumina, siue frumenta sint, quicquid noxium esse solet, diuersis nominibus a Plinio, Columellaq́;, tum accuratissimis quibusq́; scriptoribus appellatur. Nam quod cœlo prouenit noxium, id nunc malum, nunc iniuriam uocat Plinius: ut hymbres, nebulas, uentos, grandinem, robiginem, uolucres. Quæ uero a terra afferuntur damna, nunc frugum pestes uocant: in quibus uligo, amaror, caries: tum eruca, culex, limax, talpa, phalangus, atq́; huiusmodi bestiolę continentur. Nunc morbos appellant. ut Lolium, Tribulos, Lappam, Aeram, Aegilopen, Pelecinum, atq́; eiusmodi cætera. Quæ uero uel ipsis seminibus accidunt, ita ut corrupta uel mutentur, uel degenerent, siue interiori ipsorum seminum caussa, siue cœli terræq́; intemperie, ea frugum uitia nuncupant. In hijs abortio, luxuries, uanitas, bromus, auena, urtica, siligoq́; connumerantnr. Hæc Plinius ingeniosissimus scriptor, sua illa incredibili diligentia, miro ordine (si qui illum Leoniceno diligentiores inspiciant) exequitur. De cœlesti iniuria, deq́; terræ pestibus nunc sermo nobis non est: de uitijs, morbisq́; agimus frugum: ut intelligamus, non de uocabulis, sed de rebus agi. Nec uerborum significationes Plinium, sed rerum naturas scribere: tantoq́; grauius Leonicenum deliquisse, qui non res ipsas (ut Plinius) sed glossas, uocabulariaq́; ad Plinij accusationem induxit. Morbus igitur propria significatione (quantum ad rem pertinet) Sabino, Modestinoq́; autoribus, corpori aduenit, temperalisq́; est imbecillitas, & tolli remedijs potest: Vitium uero perpetuum impedimentum est, ut obiter iurisconsultos etiam afferamus. Id noster Plinius latinus homo, ad fruges quoq́; (qua est elegantia) transtulit: ac Lolium Aerem, Aegilopen inter morbos deputat: auenam inter uitia: atq́; ideo Lolio, Aerę, Aegilopi (qui morbi sunt) præsentia remedia sarculum, & cineris cum semen iactatur curam remedio esse dicit. Quæ uero ipsi semini, aut radici insunt mala (quoniam Vitia sint) non præsenti, sed præcedenti cura, neq́; alia tolli posse inquit: atq́; ideo medicari semina tam Virgilius, quam Columella & Plinius docuerunt: ne expectata seges uanis eludat auenis. Lolium igitur & Aera frugum quidem morbi sunt, sed diuersæ herbæ sub uno genere cum sint, diuersa quoq́; ratione fruges lædunt. Nam Lolium recticaulis herba est, & Tritico simillima: nec complecti, nec uincire illud potest: hoc tamen affert incommodi, quod terram occupat, exhauritq́;: & mixtum Tritico secerni oportet. Aera autem ipsa complexu necat. Quoniam uero Lolium notissimū esset, nō pinxit illud Plinius: Aerā uero quod ignotior nostris esse uideret, descripsit. Quod minimū. s. semen (cuius fumo a balneis turba pelleret) aculeato gigneret cortice, & complexu Triticū necaret, quod & reipsa quoq́; manifestū est, in quā degenerare Triticū, & Hordeū

C posse (quod Theophrastus & Galenus scribunt) non negauerim, quippe quod Lolij species Aera quoq; sit. Sicut & illa etiam quam Lillirinam uulgo dicimus, quasi Lolliarinam: seu magis (ex Theophrasto) Limpirinam dixeris: quę longiores quidem spicas, sed breuioribus ac densioribus ferat calamis: nec iunctis spicatim seminibus, sed in ramusculo alternatim dispositis. Lolium ergo triticeis pene folijs recto calamo nasci, nec complexu, uinculoue ullo tritico adhęrescere, plus quam ut probari oporteat manifestum est: spicam uero hordeo similem, uerum angustiorem, ac sine aristis profert: in qua exiguum quidem ut minutæ Auenæ, sed non ut Aera minimum semen, acuminato & obrotundo gerit tegmine: non recticaulis est, uerum implicat, circumnectitq; cum Triticum, tum Fabam, & complexu illo attrahit, necatq;. Quis ergo Aeram & Lolium idem esse dicet? cum & grammatici quoq; scribant, Lolium græco uocabulo non Aeram, sed Zizaniam dici. Hieronymo quoq; in Matthęi interpretatione dicente: Inter triticum & zizaniam, quod nos appellamus Lolium, quamdiu herba est, nec dum culmen uenit ad spicam, grandis similitudo est, et in discernendo aut nulla, aut difficilis distantia. Quid igitur Aeræ cum Lolio Zizaniaq; (præter genus) commune? Age & hoc adiungamus, quod uulgo quoq; & in Cisalpina Gallia, & apud nos herba hæc (Aeram dico) si modo coniectura non fallimur (neq; enim decernentes, sed excitantes ac disceptantes dicimus) Veludula dicitur: quasi uolutula: quod Tritici scilicet, Fabæq; caulibus aduoluatur. Quod uero uertigines illa quoq; in pane si comedatur faciat (quod malũ Lolio tribuimus) non propterea Lolium ipsum erit: cum noxias uires duabus, pluribusue, & diuersissimis etiam herbis esse nihil prohibeat, atq; his præsertim quæ generis unitate conueniunt. Sed & eandem herbam Lolium, & Aeram esse, tametsi Loliũ Aera quoq; a quibusdã dicat, nec Dioscor. nec Galeni autoritate conuincimur: cũ Aeræ quidem uires ambo describant, figuram uero qualitatemq; neuter demonstret.

❡ De AVENA, & AEGILOPE.

Par in Auena & Aegilope ratio. De Auena Plinius, Galenusq;, quod homini in cibatu quandoq; sit, quod iumentis in pabulo referunt, nos quoq; in Gallia passim uidemus equos, D mulosq; Auena uesci: Aegilope uero, quæ syluestris Auena sit, quis unquam uidit uel iumenta uel homines uesci? Tum Auena tritici & hordei uitium est: quod quotiens, quaue ex caussa fiat, duodeuigesimo uolumine docet Plinius. Aegilops uero (ut eodem loco Plinius) Hordei morbus est proprius, non uitium, & hordeo innascitur: quod quinto quoq; & uigestmo uolumine refert: Aegilopas dicens eiusdem nominis herba sanari quæ in hordeo nasci tur tritici folio. Quis præterea nescit (populo etiam teste) duo esse Auenæ genera: Frugiferum unum: Sterile alterum: uel prodente Virgilio, qui bis steriles Auenas dominari cecinit, et uri campum Auenæ frugiferæ segete scripsit. Auenam quoq; satiuam esse, & propriam naturam habere .ii. de agricultura libro Columella demonstrat. Eius quippe sationem docet, & partim in fœnum uel pabulum cedi, partim semini custodiri scribit. Dioscorides quoq; ille (quo uelut Aiacis clypeo tectus Nicolaus insultat) de Auena, Aegilopeq; seorsum tractans, diuersas illas esse indicauit. Nam Bromi quidem duas species .2. uolumine cum referat, secundam a Romanis inquit Auenam uocari: tum .4. uolumine Aegilopem quoq; a Romanis Auenam dici affirmat. Adde, quod Ambabus glummi, quibus semina integunt, eiusdem fermæ figuræ cum sint capillamentis hærentes, non spicis, auenæ tamen frugiferæ densiores grauioresq; sunt: tum semina alba, gracilia, quasi minutum hordeum dixeris: Aegilopis uero maiora, nigra, hirsuta, gemmis bifurcata cuspidibus: quam Auenam græcam uigesimo uolumine Plinius nuncupasse uidetur: cum Bromi similis herbæ (quod & ipsum frugum uitium est) figuram, facultatemq; enarrat. Vis Auenæ & Aegilopis insignes alias differentias referam? Auena ex his est, quæ maxime in frumentaceo genere nuda sunt semina: ut hordeum quoq;, & halica. Ast omnium seminum, maxime Aegilopen, natura operuit. Auena præterea cum Hordeo fere & seritur & metitur: Aegilops uero (quod mirere) non nisi post annum ex semine suo (Plinio autore) nascitur. Si hæc igitur & Dioscoridis, & Plinij scriptis & rationibus, & rei ipsius euidentia, diuersa esse monstrantur, quis Nicolaum Leonicenum non errasse, immouero non piaculariter deliquisse defendet, qui Plinij doctrinam, singularemque diligentiam taxare non sit ueritus? Nec Auenę genera, nec Dioscoridis uerba, nec rei ipsius differentias proprietatesq; perspexit. Quid uero de his uocabulorum interpretes referant, ipsi grammatici uiderint. Nos Plinio, prudentissimo naturalium rerum scriptori, tum rebus ipsis, atq; oculatis (ut aiunt) testibus, credamus.

Auena duplex.

❡ De NARDO GALLICA, & SALIVNCA.

Sed nec in Saliũca qdē, & Nardo gallica felici9 accusator noster Leonic. uersat9 est. Plinio pri

A

mum imputare uidetur, quod Nardum Gallicam appellauerit, quam Dioscor. Celticam nuncupauit. Nonne hominũ uita ex hoc Plinij errore periclitatur? Gallicã Nardũ dixit Plinius, cum Celticam Dioscorides dixerit: quasi quos græci Celtas dicunt, nostri Gallos non appellent: aut non omnes Galli celtæ quondam dicti sint, aut Celtæ galli non sint, ad australem Cemeni montis plagam, & Massiliæ, ac Narbonis pelagus habitantes, rupesq; Alpium attingentes. Latine denominauit herbam Plinius, Dioscorides græce: a prouincia Plinius, a prouinciæ parte Dioscorides: re nomineq; conueniunt, & cognomine quoq; non dissident. Dioscoriden præterea scribere Nicolaus inquit, quod Nardum hanc gallicam, quæ in Liguriæ alpibus nascitur, incolę Saliuncam appellant: unde errasse Plinium insinuat, quod pro diuersis Nardum gallicam, & Saliuncam acceperit.

Nardus Gallica, & Saliunca diuersæ herbæ.

Sed diuersas esse Nardum Gallicam, & Saliuncam herbas, origo primum facit ut credamus: cum in Liguriæ alpibus, uel ad Ligerim amnem, qui in Gallia est (ut ex græcis codicibus unus habet) Nardus nascatur Gallica: Saliunca uero in Pannonia, & Norico, & urbe Eporedia, Alpiumq; apricis. Figura proxime, & herbarum ipsarum diuersa descriptio, quod uel uno quoq; Plinij uerbo facile datur agnosci: qui Nardum gallicam (ut Dioscorides) fasciculis alligari inquit, & comitem illi adnasci Hirculum herbam. Saliuncam uero incomitatam, humilem (ut Virgilius inquit) & breuem, & quasi manu pressam esse: atq; ideo ad coronamenta non pertinere (quamquam nobilissimi odoris sit) quia necti non possit: Tantæ uero soliditatis, ut metallum esse cœperit: etiamsi mendose, non soliditatis (ut uetus habet lectio) sed suauitatis scriptum sit. Facultas tertio itẽ herbarum diuersitatem arguit. Quamuis etenim odoratæ sint ambæ, uires tamen differentes utriq; Plinius tribuit. Nomen postremo herbarum ipsarum differentiam prorsus aperit: cum Nardus illa siue celtica, siue gallica cognominetur: Saliunca uero, & Orcitumyra (autore Seruio) uulgo dicta est, hodie quoq; romana spica dicitur. Sunt qui eam esse putent, quam officinæ Rosam sanctæ Mariæ nuncupent. Quorum opinionem, quando Plinij picturæ multa ex parte congruit, non improbamus, & omnino probare subsistimus. Cum ergo & origine, & figura, & facultate, & appellatione Nardus gallica, & Saliunca differant, nõ errasse Plinium dicere, æquum est: Leonicenum uero iure damnandum esse, qui nec ista priusquam accusaret pensauit.

B

Hoc ex abundanti adijcere uisum est: quod Saliuncam a Nardo Gallica diuersam, Dioscoridis autoritate Pandectarius facit: tantum uero abesse, ut Dioscoridis unam esse crediderit, ut illum inducat eos arguentem, qui Saliuncam Nardum Gallicam esse dixerunt. Hoc tamen in græcis codicibus dicentem Dioscoriden non comperimus: nec Saliuncæ in Nardo celtica mentionem fecisse. Sic qui Dioscoriden (eum dico quem per hæc tempora medici legunt) non tam latinum quam barbarum fecit, si modo ueritatis aliquid ineptus ille interpres assecutus est, Saliuncam & Nardum gallicam (ut diuersa) seorsum scribentem Dioscoriden facit: nos Plinium diligentissimæ eruditionis hominem, rationemq; ut diximus, & rem ipsam complectimur.

¶ De SIO, & SILAO.

Vana quoq; & inepta prorsus de Sio, & Silao disputatio. In erratis Plinij Leonicenus deputat: quod Sium, Silaumq; pro diuersis posuerit. Leoniceni uero rationes superioribus quidem non dissimiles sunt. Quoniam inquit, sine dubio Silai, & Sij descripto ei herbæ quæ uulgo Crision dicitur, competit. At si pro Silao Sion legendum sit, frustra duobus locis eadem herba repetita. Sed uide, ut diligenter inspexit, ut dialectice argumentatus est. Duæ sunt herbæ & Silaus & Sium: nec frustra seorsum positæ, ut dicit. Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis Apij similitudine: coquitur ut olus acidum, siue acedum. Acedarijs enim herba ipsa competit. Hæc Plinij de Silao descriptio. Sij uero hæc est. Sium latius Apio, in aqua nascens, pinguius, nigrius, copiosum semine, sapore Nasturtij: crudum coctumq; sumitur. Hanc quoq; Plinius Lauerem interdum appellasse uidetur. Confer Leonicene, si placet, utriusq; herbæ descriptiones, & tuo Crisioni compara. Silaus Apio similis, Sium latius Apio, pinguius, nigrius. Silaus glareosis, & perennibus riuis nascit: Siũ in aqua quæ & non glareosa esse potest: ut lacustris, fontana, putealisq; est. Silaus cubitalis est: Siũ humile, aquę paululũ quiddã superextans. Silaus coquit ut olus: Siũ crudũ, coctumq; sumit, ut Lauerẽ quoq; Plinius docet. Silaus acidũ olus est: Sio uero Nasturtij sapor. Vnde Nasturtiũ aquaticũ appellasse Siũ recẽtiorũ quosdam inuenio. Sapor ergo, color, magnitudo, ususq; differunt. Quis tam diuersas herbas unam esse dicet? Age, & uires, potestatẽq; comparemus. Calculis, renibus, urinis, lienibus, mensibus, dysenterijs, lentigini, cuti, ramicibus, equorũ scabiei Siũ prodest: Silao nil horũ: sed id solũ tribuit Plinius q̃d magna utilitate uesicę coquit. Si eædẽ herbę erant, cur non eædem ambabus uires? Neq; enim ideo parem potestatem Silao dices, quod uessicæ utilis sit: Sium uero calculis

Sium. Silaum.

C trinisq; prosit: quæ malam uessicam maxime infestare uidentur: quoniã & uessicæ plures etiam morbi contingere possunt: ut collectio, ulcus, scabies: quibus efficax Silai remediũ esse potest. Sed nec putasse Plinium, eandem herbam esse Silaum quæ Sium, ex eo quoq; inspicere licet, quod eodem loco Plinius libro. f. 26. post Silai remedium ad tres fere uersus in calculi curatione, Reliquum inquit ex uino, tum Sio, & Vrtica marina: & daucum, & plantaginis semen ex uino. Neq; uerisimile cuiquam fuerit, eodem pene uersu, Silai, Siiq; (si una herba esset) ut diuersarum mentionem a Plinio factam esse. In quo hoc quoq; est animaduertere (ut mirum Plinij ordinem consyderes) quod ab nono quinti & uigesimi uoluminis capite, unde generatim, membratimq; de singulis corporum morbis remedia subtexere incipit, nullam, aut raram ex his herbam describens pingit Plinius, quas superioribus libris ante descripserat. Magnum argumentum, Silaum, Sium non esse: cum eodem loco Silaum, nusquam alias adductam pingat: Sium uero, quam. 22. pinxerat, nominasse eodem loco satis duxit. Hæc cum ita sint, quis uel accuratum Plinij lectorem, uel iustum accusatorem Leonicenum dicet, qui cum Silaum, & Sium eandem herbam, & quam nunc Crisionem dicimus esse crediderit, hoc saltem ignorare non debuit: Crisionem breuem herbam humilemq; esse: ut iam Silaus esse non possit, quæ cubitalis est.

Vis ut & rei ipsius euidentiam in medium afferamus: ne non tam Leonicenum refellere, quam nostra legentibus prodesse (quantum per nos fieri potest) uoluisse cognoscas: Sium eam herbam esse satis constat, quam togata Gallia Crisionem, Vmbria Lauerum, Picentes Lauendonem uocant: uidentur enim hæ quoq; appellationes cum priscis Dioscoridis, Pliniiq; uocabulis conuenire. Nam Sium, Lauerdum dici Dioscorides scribit. Et Lauerem pro Sio usurpare Plinius uidetur. Crision uero, unius syllabæ detractione, facile transit in Sium. Ipsius quoq; herbæ cum natura, tum bene olens sapor floris etiam, & seminis non iniucundus odor facile persuadent. Silaum uero herbam glareosis, & perennibus riuis nascentem, edulijs gratam, quæ in Ariminensi uicinisq; Flamminiæ uiæ riuis, & in Hetruria plurima conspicitur, cubitalis, sæpeq; altior, Pisaurenses Cannasiolum uocant: Ex eo ut opinor dictam, quod caulem inanem Cannæ similem habeat, quasi Canasilaum dixeris. Nosq; illam aceto saleq; conditam, non ingratam experti sumus, frequenterq; gustauimus, Atq; ut Sium, Silausq; diuersæ apud Plinium herbæ sunt, sic Crision Cannasiolusq; apud omnes diuersi. Hactenus quantum in nobis fuit his respondimus, in quibus Plinium Leonicenus iniquissime damnat: quod scilicet easdem herbas, ob nominum uarietatem, putauerit esse diuersas.

Sium. Crision. Lauerum. Lauendo. Silaum. Cannasiolũ. D

❡ De CINNABARI.

Cinnabarin, qua in pictura, medicamentisq; utimur, quamq; nostra tempora Sanguinem draconis appellant, Dioscorides Metallicum esse putat (Leoniceno autore) atq; in Libya nasci: tametsi fodiendi, concinnandiq; metalli huius (quod in alijs fecerat) rationem, autoritatemque afferat nullam. Leonicenus, qui solius Dioscor. autoritatem, sine iudicio, sine delectu sequendam esse semper censet, ideo errasse Plinium arbitratur: quod Cinnabarin scripserit elephantorum, draconumq; sanguine permixto fieri: dum pugnantes pariter decumbunt, obtrituq; elephanti interit draco. Verum non errasse Plinium tum maxime omnes intelligent, cum de Cinnabari quæ dicuntur, singula quæq; descripsero: & nodos illos quibus intricatum Leoniceni libellum uides, explicauero, priusq; adstipulantem Plinio Iulium Solinum adduxero, de Cinnabari in collectaneis ad hunc modum scribentem. Dum ruunt elephanti, dracones obruuntur: sic utrinq; fusus cruor, terram imbuit, fitq; pigmentum quicquid solũ tinxerit, quod Cinnabarin uocant. Hæc Solinus. Nunc de Cinnabari quantum collegimus eloquamur.

Cinnabaris quidem nomen non latinum, aut græcum est, nec Libycum, sed Indicum, sanguinemq; elephanti & Draconis permixtum significat. ut. 3. & . 30. uolumine autor est Plinius. Barri quoque, barbaro nomine elephanti dicuntur. Victorem, barriq; canem, rabidiq; leonis, geographus uates inquit: & nigros barros Horatius memorat: unde fortasse & nomen ipsum Cinnabaris manare potuisse uidetur. Colorq; est floridus, sanguinem repræsentans, inter eos qui mixtura finguntur connumeratus, medicinæ habilis & picturæ. Cinnabaris quoq; alia dicta in duo diuiditur genera. Vnum quidem metallicum, natiuumq;: quod in Libya, alijsq; in locis effoditur, Hemathiti lapidi colore similis: quemq; a coloris quoq; similitudine aliquos Sanguinem draconis nominasse Dioscorides scribit: & ab Indica Cinnabari nomen accepisse non absurde fortasse crediderim. Cinnabaris alterum genus metallicum quoq; est, sed factitiũ: ex uiuo. f. argento & sulphure. Cuius conficiendi rationẽ Bulcasis quidã arabs cognomẽto Seruitor tradidit, quo pictores per hæc tempora (Cenabriũ uocantes) utunt. Miniũ q̃d græci Milton uocant, metallicũ quidẽ origine est: Plinio, Diosc. q; autoribus, sed fingit, digeriturq; ut Minium esse possit, colorq; floridus. Cinnabaris ergo prima, propriaq; indica, draconisq; sanguis est, Plinio, Solinoq; autorib. Altera quę ab indica Cinnabari nomẽ traxisse per coloris similitu-

Cinnabaris duplex. Bulcasis. Cenabrium.

dinem uidetur, Metallica eſt, in duo diuiſa: Natiuam ſcilicet, cuius Dioſcorides meminit: et Facticiam, quam Bulcaſis docet, approbatq; picturæ Syluaticus quoq;, & Arduinus Piſaurenſis, qui de uenenis egregium illud uolumen ſcripſit quod nuper e tenebris erutum, cum Haliabatis uoluminibus impreſſum uenditur: duo Cinnabaris metallicæ eſſe genera (ut nos quoq; notauimus) prodiderunt. Sed & rariſſimus pictor Ferrarienſis Hercules, noſtri Apelles temporis, uir diligens, natiuę Cinnabaris fruſtum, quod in Italiam rarum inuehi afirmat, nobis donauit, atq; apud nos fidem eorum quæ ſcribimus aliquando facturus ſeruatur. Minium uero non Cinnabaris a græcis. ſed Milton proprio uocabulo dicitur, cuius Plinius, Dioſcorideſq; meminere. Nam qui Minium, Cinnabarinq; ſiue natiuam, ſiue facticiam idem eſſe putauerunt, apertiſſime & pictorum ſententia, & nominis diuerſitate, & re ipſa falluntur. Poteſtatis uero differentia Leonicenus in primis fallitur: qui ſuperuacue (ne inepte dixerim) commonefacit, ne Cinnabarin, quam Cenabrium pictores uocāt, in medicamentis quę deuorantur ponant medici: cum id non ſolum medici, ſeplaſiariiq; fugiant, ſed nuſquam a medicinæ autoribus ſcriptum ſit, metallicę Cinnabaris genera ſorbilibus compoſitionibus, antidotis, catapotiiſue miſceri. Si quis autem e uetuſtiſſimis Cinnabarin forte compoſitionibus uſquam poſuit, de Indica. ſ. Cinnabari, hoc eſt, Draconis ſanguine, cuius periculoſus non ſit uſus, quamq; medicinæ & picturæ utilem Plinius prodidit, intellexerunt. Quatuor igitur hi colores repræſentare omnes ſanguinem uidentur, paulo tamen dilutiorem Minium: unde omnis cum ſcriptorum, tum medicorum error manaſſe uidetur, atq; inprimis Leonicenum noſtrum inuoluiſſe. Nam græcorum quidam Minium Cinnabarin uocauerunt, quos refellit Plinius: quidam Cinnabarin ſanguinem Draconis eſſe dixerunt, quos Dioſcorides, qui Cinnabarin Libycum metallum eſſe dicit. Nec propterea ſanguinem Draconis non eſſe in medicamentorum, uel colorum genere Dioſcor. ait, quia quoſdam a coloris ſimilitudine Cinnabarin libycam nominaſſe ſanguinem Draconis ſcribant. Non enim hoc agit Dioſcorides (ut parum conſyderans Nicolaus arbitratur) ſed eos refellit, qui Cinnabarin quę in Libya naſcitur, ſanguinem Draconis appellabant. Aperte ex hoc inſinuans, & ſanguinem Draconis, & Minium aliam quidem rem eſſe, quam Cinnabarin libycam. Non ergo a Dioſcoride diſſentit Plinius cum diuerſa tradant, ſed cum Serapione potius, Auicenna, Conſtantinoq; negocium eſt, ſi ſanguinem draconis opinati ſunt herbæ eſſe ſuccum. Id quoq; cum pigmenti, tum medicamenti genus, quod nunc uulgo ſanguis Draconis dicitur, q̃d q; ſeplaſiarii mercantur, & quo utuntur medici, duo habet genera. Vnum quidem in maſſam redactum, panis ferme inſtar, grauiuſculum, fabrilis rubricæ colorem æmulans: quo ueterinarii medici ad malagmata, emplaſtraue utuntur, nec niſi appoſitiiis medicaminibus adhibetur. Alterum genus leue, rubens, ſplendidum, minutis glebulis grummiſq; conſtat, ad coagulati ſanguinis atq; atri ſpeciem, pyxidibus aſſeruatur, longeq; precioſius, & in antidotarium uſum uenit. Hæc duo genera (ſi diligentius colorem, leuitatem, nitorem, tum harenularum mixturā, ſaporemq; conſyderes) mecum quoq; fatearis oportet, illam eſſe Plinii, Soliniq; Cinnabarin: nec metallicum quicquam, nec herbaceum ſapere, ſed quod terræ hæſit magis, ac propterea harenoſum, minuſq; purū eſt. Illud primum genus artificio purgari, atq; in eiuſmodi paſtillos digeri, minoriſq; uenire: Hoc uero quod pyxidibus aſſeruari diximus (ut eſt ſincerius) ſole decoctum, ac duratum, Sanguinem dices, uim illam medicam floridumq; colorem ſuſcepiſſe, atq; ideo originis quoq; nomen tenuiſſe. Neq; enim, autore Plinio, uenenum habet Draco, imo ipſius adipem uenenata fugiunt: atq; ideo medicinæ non minus utilis quam picturæ perhibetur. Huius quoq; Cinnabaris indicæ argumentum non leue eſt, quod Cinnabaris indicum (ut diximus) nomen eſt, non græcum, aut libycum: tum quod in hæc quoq; tempora negociantes Veneti, ſanguinem hunc Draconis dictum, non e Tunete, Libycisue urbibus ad Italiam deferunt, ſed ab Aegyptia Alexandria, in quam urbem uelut orientis emporium Indica omnia, & rubri maris, atque Aethiopum mercimonia comportantur. Hunc in modum igitur (quantum ex librorum, reiq; ipſius diligenti ueſtigatione accepimus) iſta ſe habent. Auicennam uero, ac reliquos qui ſanguinem hunc Draconis eſſe herbæ ſuccum putauerunt, refellere propoſitum non eſt: illi de his uiderint qui arabicam medicinam diligentius coluerunt. Nos iſta pro Plinio (ut potuimus) reſpondimus: quemq; in illo literarum omnium, linguarumq; gymnaſio, in illo cōmuni gentium olim atq; artium domicilio urbe Roma, non ſegniter, neq; ocioſe morantem, uirū alioquin diligentiſſimū, ſed inſigni loco & dignitate poſitū, nō Cinnabaris modo, uerumetiā rerū omniū quas ſine ulla exceptione ſcribit, certiſſimas in tanto mortaliū concurſu notiones habuiſſe, ueriſimilius multo eſt, quam quemuis græculum gentis ſuæ uoluminibus inſudantem. Nam quod ad Leonicenum huncpertinet, qui non minori (ut eſt uidere) arrogantia quam in ſuperioribus imperitia, quod a PLINIO de Cinnabari dicitur, putare ſe dixit eſſe fabuloſum, ut qui rerum uſum nullum tam facile mirabundus habere uideatur: non uideo, cur Draconum, Elephantorumque permixtus ſanguis, de quorum inimicitiis,

A
Arduinus de uenenis.

Minium, Milton.

B
Sanguinis draconis duo genera.

C pugnisq; non unus aut alter, ſed omnes fere hiſtorici & naturalium rerum ſcriptores tradunt, in uſu m medicinæ uenire non poſſit. Quaſi non difficilius, aut incredibilius muliſit Chryſocollam, Miniumq;, hoc eſt, auri, argentiq; ſaniem ex intimis terrarum haurire uiſceribus, quam ſu ſum pugnaciſſimorum animalium ſanguinem ex ſumma telluris cute colligere: ac muricum, Purpurarumq; ſaniem maiori certe quam Cinnabaris impendio ac labore conquiſitam uictricis Rom: opibus, & totius orbis luxuriæ ſuffecturam, infectorum quondam oſſicinæ non emerint. Et non Indus quoq;, & felix Arabs odorata illa excrementa (quæ Muſcum uocant) fœtidiſſimi e pardorum genere animalis, petrarum ſaxorumq; mucronatis deraſa uerticibus, ad nos immenſis precijs etiamnum camparanda tranſmittant: ac non lapidem quendam medicinæ quoq; uſibus efficacem Lyncum lotio in harenis gigni, atq; ob id Lyncurium dictum medici crediderint: et humanorum cadauerum ſaniem, in ea quam Mumiam uocant, faſtidienda etiam remedijs mixtione, uel fabuloſiſſima inuentione receperint.

FINIS Collinutianæ Reſponſionis.

HEREMANNVS Comes a Neuenare, Ioanni SCHOTTO. S.

ANnotationes Herbarum quarundam Schotte chariſs. quas ad te miſi, nolim edendas, niſi ęquus lector prius præfatione quapiã ſit admonitus, me iſta annotaſſe anteq; mihi Leonicenus ſit uiſus, quem comperi in eodẽ argumento fuiſſe occupatum: cuius tamen ſententiæ in omnibus non accedo, ueluti de Hypericone, & paucis alijs. Viſus autẽ mihi antẽ multos annos in Italia Leonicen. & illius quædã opuſcula: quas aũt de Plinij D erroribus, atq; in hoc genere ſcripſit adnotationes, nõ uidi, niſi ante paucos menſes, ex quadam impreſſione Baſilienſi. Ne uero lector quiſpiam naſutior, me ob id furti accuſandum putet, quaſi qui alienis uigilijs, tanq; proprijs uti uidear, malim noſtra illa ſupprimi, quam alicui anſam dare falſo calumniandi noſtram innocentiam. Miſſurus tamen ſum Gerardũ noſtrum poſt feſta iſthęc Natalia, qui mentem meam latius tibi exponet. Ille etiam Horatianum noſtrum ſecum adferet, in quo caſtigando adhuc laboramus. Vale, Coloniæ. 16. Decembris. Anno M. D. XXIX.

HEREMANNI Comitis a Nuenare Annotationes aliquot Herbarum.

De Oxylapathio, Lapathio & Rumice.

VNA DESCRIPTIONE DIOSCORIDES tres ſpecies Lapathi confundit: licet alteram ſatiuam, alteram uero ſpeciem ſylueſtrem eſſe dicat. Quod autem Lapathon inter olera antiqui repoſuerunt, facit, ut ego idipſum minime credam eſſe Lapathiũ acutum, id quod hodie ſic uocatˉ, herba ſcilicet omnino inſipida, ſponte creſcens ubiq; fere. Quare mea ſaltẽ ſententia, Lapathon inter olera connumeratũ aliqua eſt ex herbis quas hortenſes & ſatiuas appellare ſolemus. Vnde illam coniectura nõ ualde remota ſuſpicamur eſſe eam, quam hodie Spinachiam appellant, magnam habentem cum Acetoſa ſimilitudinẽ, niſi q̃d folia habet molliora, magiſq; pallentia. Accedit huic ſententię Serapion

Lapathium acutum.

Lapathum Spinachia.

A

in cap. de Spinachia, ubi illi tribuit mollire uentrem, id quod etiam Lapatho Dioſcor. tribuit. Altera autem ſylueſtris ſpecies, folio proxima Plantagini, forte eſt, quæ Lapathium acutum hodie uocatur, Quod autem Oxylapathon uocat Dioſcorides, & ipſum acri guſtu eſſe deſcribit, magis ad eam herbam pertinere exiſtimo, quam uulgus medicorum hodie uocat Acetoſam. Quod & Serapion Arabs in ſua deſcriptione animaduertit. Nam omnia quæ ex Dioſcoride citat in capitulo de Acetoſa, illa a Dioſcor. narrantur de Oxylapathio. Credo autem recentiores medicos erraſſe in hoc; quod Lapathium acutum a foliorum acumine dictum putauerint: cum illud a ſapore potius dictum eſſe intelligere debuiſſent. Nam & ὀξὺ acetum dicitur, unde recte Acetoſam, ſed rectius Lapathium acetoſum uocaſſent. Conſtat autem Acetoſam inter condimenta atq; olera quæ cruda comeduntur, etiam hodie in uſu eſſe coquorū. Vnde a ueteribus Rumex dicta, etiam inter cibos numerabatur. Lapathium autem illud acutum quo ad ſcabiem utuntur medici empirici, tam eſt inſipidum, & etiam palato ineptum, ut nemo unquam idipſum culinæ deputauerit. Alia etiam erroris cauſsa, uideri poteſt ſemen utriuſq; herbæ: quod adeo ſimile eſt, ut niſi folia diligēter inſpexeris, ſæpe unum pro altero ſumere poſſis. Verum Galenus diſtinguit Lapathij ſpecies, eſſe aliam quidem inſipidam, aliam acuti ſaporis. Vnde utramq; herbam ſub Lapathij nomine comprehendere poſſumus. Ego tamen quoties Oxylapathion ab autoribus ponitur, ſiue Lapathium acutum, ipſam Acetoſam ponendum eſſe affirmo, manifeſto errore medicorū prodito in herba quæ Lapathium acutum dicitur. Præterea in capitulo apud Dioſcoridem, omnia quæ de Oxylapathio medicamenta ſcribuntur, multo magis Acetoſæ conueniunt, quam Lapathio acuto: ideoq; etiam a Serapione ad Acetoſam referūtur: uidelicet, quod coliacis, ac diſsyntericis proſit ex uino pota: quod ſtomacho detrahat faſtidia, nimirum propter ſaporis acumen: quod ictibus ſcorpionum medeatur. Quod autem Lapathio acuto magis in ſcabie & pruritu empirici uſi fuerint, errori potius tribuendum, quam experimento putauerim: quandoquidem Acetoſa ſi eodem modo præparetur, molto citius pruritum tollit, ſcabiemq; exiccat & ſanat: quod nos ipſi non ſemel experimento comprobauimus. Quod etiam Dioſcorides ait Oxylapathion locis paluſtribus frequentius naſci, non parum confirmat noſtram de Acetoſa ſententiam.

Oxylapathium, Acetoſa.

B

Acetoſa contra ſcabiem.

CICLAMINOS, CISSAMPELOS, Volubilis.

NOta quod Dioſcorides ſub nomine Ciclaminos, Ciſſamphyllon, uel ut alij rectius legunt, Ciſsampelon ponit. Idq; eo factum eſt, quod mira ſit huic herbæ cum Ciclamino in folijs congruentia. Verumtamen diuerſas eſſe ſpecies etiam Dioſcorides teſtat̃. Porro Ciclamen uerum, id eſt, Panis porcinus, omnibus nota herba, cuius radix in precio habetur purgandis melancholicis humoribus, Altera autē ſpecies, uidelicet Ciſsam

Ciclamen.

Panis porcinus

C phyllon, siue Cissampelos, est Conuoluolum apud Plinium uocatum, a nostris Volubilis media, uulgo Cymbalaris, aut Campanella, Cissampelos a Leoniceno. Dicta est Hædera uitealis: eo quod uitibus adhæreat, quemadmodum Hædera reliquis arboribus. Vnde etiam uineatoribus inuisa est, eam quotannis extirpantibus. Notat Leonicenus apertum errorem Auicennę, qui pro Hedera hac usus est herba, in capitulo Cussos, seu rectius Cissos, quod est Hædera.

Weingart wynd.

POLYGONION, GRAMEN, CENTVMNODIA.

Henggrasz.

HAec herba uerum Gramen est, Centumnodia dicta, siue Proserpinata. Quare ubicunq; Graminis mentio habetur, non alia utendũ est. Miræ efficaciæ herba, cuius si uires recte calleremus, profecto una innumeris morbis satisfacere posset. Recentiores pro Gramine aliquando alijs usi fuerunt herbis quam ista, uerum errore periculoso. Vnde hoc loco id ipsum admonere uolui. Pictura in meo Apuleio tam uiua est, ut exprimi magis dextere non possit.

ANTHEMIS, CAMOMILON, Parthenion, Camomilla.

DIoscorides in huius herbæ uocabulo aliquoties uariat. Nam & Anthemium, & Parthenion, Camomilon ait uocari. Vtrumq; scilicet flore albenti per ambitũ, intus uero aureo colore, siue luteo. Quare secundam spẽm Hermolaus putauit esse Matricariã. Sed falsus meo iudicio, ex similitudine floris quę est Matricarię cum Camomilo. Serapion priorẽ pro Camomilla spẽm recipit, hoc est, Anthemida. Nam quæcũq; in capite de Camomilla ex Diosco. adfert, ea sunt apud Diosco. de Anthemide dicta. Vtcũq; uero res habet, ambarum herbarum descriptio indicat, eas omnino esse unius speciei & qualitatis. Nam odore pomi spirare ipsas nomen indicat Camomilon, hoc est, agreste pomum, flores in ambitu albos, intus aureos habẽtes. Quare siue Matricariam pro altera specie capiamus, hoc est, pro Parthenio, ut Hermolaus credit, siue aliam herbam quamcunq; similem Camomillæ, certe eas esse cõsimilis prope effectus necesse est. Crescit in segetibus uulgo herba adeo similis Camomillę, ut frequenter etiam herbarios decipiat: cum folijs & floribus nihil penitus differre uideatur, odore tamen est detriore. Germani eam herbam, Caninam, siue florem Caninum uocant. Odor eius capiti obest, & si crebro utaris, phrenesim inducere creditur. Forte hanc putauit Dioscorides esse Parthenion, quando illam odore subuiroso esse ait. Crescit inter segetes, & iuxta semitas, intermixta fere semper Camomilo. Quod autem potam cum melle adinstar epithimi, pituitam, atq; bilem per interiora detrahere Dioscorides asserit Parthenion, ideoq; melancholicis & suspiriosis opitulari, indicat ipsam uim habere euacuatoriam, fortioremq; quam Camomilon. Quod ego facile cum ex odore, tum etiã gustu illius herbæ iudicauerim: quam Germani Cynobothanen, siue Cynanthemin uocant:

D

Alia species Parthenij.

Hundtsblům

hoc est quod antea dixi, Florem Caninum: quamquam eam in usu esse non uideam, quare nihil etiã ausus sum diffinire. Quantum uero attinet ad tres species Anthemidis a Dioscor. positas, quarum una albos, altera purpureos, tertia uero mellinos flores habeat, puto de illis herbis esse dictum, quas Frumentarias uulgo appellamus. Inter quas sunt, quæ flores habent purpureos. Quidam Melanthion esse arbitrantur: eo quod semen nigrum habeat. Sed Melanthion odoratius esse conspicitur. Verũ locus subobscurus est, quare alijs coniecturam permitto.

A

BVPHTHALMON, CAPVT MONACHI, CHRYSION.

Hanc herbam ob similitudinem cum Anthemide, nisi quod flores sint paulo ampliores, similitudine oculũ bouis referentes, unde nomen græcum sortita est, ego crediderim esse eam, quæ apud nostrates a quibusdã flos sancti Ioannis dicitur, ab alijs caput Monachi. Quidam etiam uernaculo idiomate florem Orbicularem, siue Annularem, propter rotunditatem qua oculo assimilatur, appellant. Intus flores luthei sunt, in ambitu albi, quemadmodum Anthemis, siue Parthenion, id est, Chamomilon. In campis & circa oppida (inquit Dioscorides) nascitur, apud nos frequentius in pratis & aggeribus prope riuulos. Herba ad uarios morbos efficax, quamquam raro ea utantur empirici nostri temporis. Valet ad tineam, & serpiginem corporis, tam pota ex uino, quã etiam illita foras. Apostemata etiam rumpit potui data, uel tanquam cataplasma superposita. Cum radice & floribus eam carpere utilissimum est. Est & alia Buphthalmon apud Dioscoridem, quæ etiam Chrysanthemon uocatur, ab aureis folijs, ab alijs Chrysion, in segetibus passim crescens, floribus omnino aureis, & oculi figuram referentibus.

Ryngelblũm, alias S. Johans blũm.

B

ARGEMONIA, & EVPATORION.

Nicolaus Leonicenus inter medicos Italię præstantissimus, libro de erroribus Plinij & Auicennę, manifestissimum medicorum Arabum & omnium recentiorum in herba Eupatorio errorem monstrauit. Nam herba, quam hodie medici Agrimoniam corrupte, pro Argemone, siue Argemonia uocant, ea uerum esse Eupatorion, ex Dioscoridis descriptione facile probari potest. Cum contra nemo nisi iudicio penitus carens, Eupatorion esse credere possit, quod pharnacopolæ hodie sic uocant, quod & Auicenna & Mesue descripsere. Nam pro Eupatorio quidam utuntur herba Ambrosiana uulgo dicta, alij uero quadã herba, quæ iuxta aquas frequens reperitur: quarum nulla flores habet lutheos, neq; semen quod cum maturuerit uestibus inhęreat prętereuntiũ, deinde nec serratim inter secta folia uelut Canabis: quę omnia in Agrimonia luce clarius uisuntur. Quamq; autẽ Diosc. Eupatorion quibusdã etiã uocari Epatitin scribat, quasi ad epar referendũ sit τὸ ἐυπατόριον ἀπὸ τοῦ ἥπατος. i. iecur: tamẽ ipsum ab inuẽtore Eupatore, quẽadmodũ Valerianã, Centaureã, atq; alias eiusmodi dictam potius putauerim. Quare quisquis est medicorũ qui posthac Eu-

Agrimonia uerum Eupatorium.

C pātorio uti uelit, Agrimonia Eupatorij loco utatur confidenter. Quę autem sit Argemone, siue Arthemon, ut Dioscorides uocat, non est meum diffinire. de prima enim specie apud Dioscoridem nihil adhuc certi possum statuere. De altera uero opinor idem quod Leonicenus, esse eam, quam Argentaream recentiores, & Apium hemorroidarum uocant, a colore foliorum dicta fortassis ἀργημόνη. i. argentea.

¶ BORRAGO, BVGLOSSA.

Quę hodie Borrago ab Empiricis, & tota neothericorum schola uocatur, uerum est Buglossum: ut interim admirari etiam cogar Hermolaum Barbarum, cur dubitauerit Borraginem inter Buglossi species connumerare. Nam & foliorum habitus, & flos, & tota uirtus Buglossi cum Borragine omnino conuenit. Verū id quod uulgo nunc appellant Buglossum, syluestre genus, & uirtute etiam multo inferius est illo, quod in hortis seritur. In meo exemplari Apulei reperio Buglosson tam graphice depictum, ea similitudine qua Borrago passim uidetur, ut mihi propter uetustatem codicis, ea pictura sola satisfacere possit, si alia argumenta penitus deessent.

Apuleiana pictura.

¶ SANGVINARIA, GALLI CRVS.

Herba Sanguinaria de genere Graminis est, in Italia crebrior nascitur. Pueri naso summitatem imponentes, mox sanguinem profluere faciunt. D Ea Galli Crus a ueteribus dicta fuit. Quare errasse Hermolaus uidetur, qui Galli crus putat esse Cristam gallinaceam, similitudine quadam nominis falsus, cum crista gallinacia apud Dioscoridem manifeste sit species Verbenæ, Sanguinaria uero Graminis.

¶ CHAMAEPITYS, & HYPERICON.

Leonicenus Chamæpityn eandem esse putat quam & Hypericon. Licet autem Dioscorides Hypericon a quibusdam etiam Chamepityn uocari asserat, ac Rutam quoqꝫ syluestrem, tamen uti diuersas postea species describit singulatim: Hypericon enim Rutæ folijs, alterum uero Semperuiuæ, atqꝫ illā aureis, hāc uero albis floribus. Quare inesse differentiā ambabus aperte reperitur. Verū nostri temporis medici aliam somniauerunt Chamepityn, herbulam passim in segetibus crescentē, odore nullo, flosculis subglaucis. Ego suaderem loco Chamępitys Hypericon dari: idqꝫ multo magis uellē, quam herbā illam insipidā, nihilqꝫ omnino habētem cum Chamæpity cōmune. Cum Hypericon etiā a quibusdam Chamæpityn dictam Dioscor. attestetur. Porro quę a Diosco. Ruta syluestris uocatur, eadem est cum Hyperico. nam una oīno descriptio est utriusqꝫ.

¶ ASPLENION, SIVE SCOLOPENDRION, & POLYPODION.

Scolopendrion quæ hodie a Medicis uocatur, non est ea quam Dioscor. & ueteres descripserunt. Nam ea neqꝫ pilosa, siue aspera folia habet, neqꝫ scolopendrę serpenti assimulatur maculis. Vnde licet Dioscor. a Polypodio eam discreuisse uideatur, tamen quia & Polypodion etiam Sco-

lopendron dicit uocari, uel unam esse herbam, uel certe non admodũ natura ac specie diuersas. Quare malim medicos ea uti herba pro Scolopendrio, quę Polypodion hodie uocatur, in saxis nascens, hirsuta, & maculis ueluti serpentis distincta. Verumtamen reperit̃ alia huic admodũ conformis, ut ego unam fere speciẽ ausim affirmare, tametsi altera paulo magis referat Filicem, uulgo dicta a multis Cytracis. inter has alterutrã Scolopendriam esse putauerim: adeo omnia cum Dioscoride conueniunt. De Polypodio id animaduertit Nicolaus Leonicenus

A

¶ PENTAPHYLLON, & TORMENTILLA.

Vir acris ingenij Io. Mainardus Ferrarien. errorem manifestum deprehendit neothericorum in herba Pentaphyllo, Nam quam hodie Pentaphyllon uocant, herba est frigidę complexionis, ubiq; crescens, insipida penitus, & radices habens adeo tenues, ut uix appareãt. Cum Pentaphyllon herba a Dioscoride descripta, quantum ex uirtutibus & efficacia illius deprehendi potest, natura acri & calida esse uideat̃, habeatq; radicem subrubram, oblongam, Veratro nigro crassiorem. Quod autem uenenis præcipue medeat̃, fecit, ut Mainardus putarit esse eam quam hodie Tormentillã uocant: quæ licet plærumq; septem folijs constet, tamen multis etiam locis quinq; foliorum reperitur. Ego huic opinioni facile accederem, nisi Diosc. in descriptione subderet, eam habere flores in pallido candidos, quamquã Ruellius uerterit, in luteo pallidos, quod magis placet. Tormentilla autem plane luteos, id est, aureos habet flores. Deinde idẽ Dioscor. dicit eam habere radicem oblongam, crassiorem, quam Veratrum, digiti maioris crassitudine: Tormentilla uero radiculam habet raro articulum digiti maioris excedentẽ, crassitudine nunquam maior auriculari digito. Nisi fortasse regionibus calidis, ubi Dioscor. uixit, crassioribus radicibus nasci Tormentillam suspicandum sit. Quod autem Dioscor. scribit, Pentaphyllon a quibusdam Hermodactylon. i. Mercurij digitum uocari, nonnihil confirmare uidetur opinionẽ Mainardi. Nam & Tormentillæ radix abrupta est, & oblonga, ad instar articuli, siue digiti. Vtcunq; tamen uidentur omnes effectus a Dioscor. attributi Pentaphyllo conuenire, cum illis quę neotherici Tormentillę tribuunt. Nam & ipsa uenenis medetur efficaciter. Dissenteriã radix curat. Constringendi uim habet. Vnde etiam ad oris atq; gulę uitia accõmodatur. In febribus etiam indifferẽter ea utimur. Vulnera consolidat. Breuiter, omnia præstat, quæ in Pentaphyllo narrat Dioscor. Quare moneo Empiricos, ut frigidam illam herbam, Pentaphylli loco nõ ponant inter antidota. Nam illa repercutiendi uim habet, unde intus sumi non debet: cum omnia illa nisi in acutissimis morbis ex caliditate, usui sint penitus interdicta.

B

Ruelli uersio probatior.

Tormentillæ uirtus.

¶ VERBASCVM, ENVLA CAMPANA, TAPSVS BARBATVS.

ENulam Campanam Dioscorides Verbascum Ideam uocari ait. Est autem Verbascus de genere Phlomidum. Phlomidẽ autẽ esse, ex descriptio-

C ne eam herbam quam hodie Tapſum barbatū uocant, mea ſententia fert. Indicat id flos lutheus, folia cū caule hirſuta, ſed mollia, Lychnitim a græcis uocatam: quod ad lucernarū uſum eſſe uideatur. Vnde apud nos uulgo Candelaria, ab alijs uero propter molliciem tactus, Lanaria dicitur. Quidam hac herba pice parumper illita, pro lucerna utuntur nocturnis temporibus. Apuleius Verbaſcum pro Enula Campana poſuiſſe uidetur. nam & folijs, & floribus Enula Campana cū Tapſo barbato magnā habet ſimilitudinem. Radix autem Enulæ Campanæ acrior, magiſq; efficax ad uaria incommoda pellenda. Vnde Apuleius eam a Mercurio Vlyxi oſtenſam dicit, cum ad Circen ille tranſiret, aduerſus maleficia efficacem. Itē & ad podagras. Dioſcorides addit, ad uenena. Orthopnoicis, ruptis, atq; conuulſis medetur. Quæ etiam Phlomidi apud eundem Dioſcoridem tribuuntur. Vnde manifeſtum eſt, unius eſſe generis Verbaſcum, Enulam, & Phlomides. i. Enulam Campanam, & Tapſum barbatum, licet ſpecie ſint diſtinctæ.

Candelaria.
Lanaria.
Wullkrut.

¶ STRICHNOS, SOLATRVM, VESICARIA, ALCHEKENGO.

QVam Dioſcorides Strichnon, alij Solanum, recentiores uero Solatrum uocant, illius porro ſpeciem quandam hortenſem, ſiue ſatiuam Dioſcor. facit. Reperitur & hodie oleris quædam ſpecies foliorum magnitudine ut Britannica, ſiue Beta, diſpoſitione autem ſimilis Solatro. Quæ autem ſylueſtris eſt, in tres quoq; uel quatuor ſpecies diſcernitur. Vulgatius illud eſt, quod circa ſepes crebrius naſcitur, etiam in agris aliquando, corymbis uirentibus ſemper, & herbaceis. Repercutiendi uim habet, refrigerat ex caliditate apoſtemata, locaq; exulcerata. Altera illius ſpecies, quam ex ueteribus Veſicariam quidam uocitauere, corymbis in ueſica recluſis atq; rubentibus: eam hodie Alkekengi Arabica uoce nominant pharmacopolæ. Tertia ſpecies a quibuſdam Hypnoticon, ab alijs Manicon. i. ſoporiferum. i. inſanum uocatur. Ipſum hodie uocant Solatrum mortiferum, corymbos habet in ueſica nigros, magnitudine cerasij ſyluatici: quorum ſi unum quis comederit, longiore ſomno obruitur: ſi plures, moritur. Ad nil ualet, præterquam ad ſomnifera & merito inter uenena numeratur.

D

Veſicaria.

Solatrum mortiferum.

¶ NYMPHAEA, VNGVLA CABALLINA aquatica, Nenufar.

NOn dubium, quin apud Dioſcor. & Apuleium Nymphæa eadem ſit quam hodie Vngulam caballinam aquaticam, ſiue Arabice Nenufarum uocant recentiores, Duplici flore reperit, albo, atq; aureo. Idē Dioſcor. etiam teſtatur. Frigida eſt. Vnde acutis & calidis morbis appropriatur. Floribus potiſſimum utimur. Radix omnino inutilis eſt. Quæ albos flores habet, ad remedia magis conuenit. Eadem uero utriq; foliorū amplitudo & habitus. Flos albę paulo laxior, magiſq; ad Roſæ ſimilitudinem uergens: altera in modum Lilij aperitur. Quę omnia ex Dioſcor.

quocꝙ descriptione licet deprehendere.

A

¶INTVBVS, ENDIVIA, CYCHOREA.

INtubum ueteres uocauerunt, quē barbari corrupte Endiuiam uocant. Recte id notauit Hermolaus. Est autem herba inter præstantissimas numeranda quæ satiua est, & inter olera habetur. Endiuiam uocamus. Syluestris uero Cychorea, siue Intubum erraticū uocatur. Endiuia certe prēstantior quantum ad medicinam attinet. Inter harum species Taraxicon, & Scariolam ponit Dioscorides. Nam quod prestantissimum est Intybi genus, Scariola uocatur, hodie medicis incognitum. Vidi apothecarios pro Scariola speciem quandam Lactucæ agrestis, maxime syluestrem, folijs nigrioribus, magisꝙ crispantibus quam sit Lactuca agrestis, siue Leporina, carpere, magno scilicet errore: cum sint natura ualde dissimiles herbæ. Ego Endiuiam comunem sumerem.

Sewdystel/ uel Gensdystel.

¶PES LEPORIS, DENS LEONIS.

LAgopus apud Dioscor. non describitur ex folijs & floribus. In exemplari tamen peruetusto Apulei, herbā sub nomine Pedis leporini pictam reperi, ea certe similitudine, quæ nobis exprimeret herbam uulgo dentē Leonis appellatam. Idꝙ etiam ex effectu uidetur non fore alienum a ueritate. Scribit enim Dioscor. Lagopoda uentrem contrahere, & discutere duricies apostematū: quē ambo præstat & Dens Leonis. Est enim admodum amara & stiptica, daturꝙ apostematibus in potu cum uino cocta. Vnde a quibusdam in uernacula nostra uocatur Apostematica herba. Febribus etiam medetur ex aqua decocta & bibita. Hermolaus uidetur putare Lagopoda esse eam, quæ Caryophyllata nunc dicitur, ab alijs Benedicta, quod mihi non arridet. cum nulla foliorum similitudo sit cum Pede leporino: neꝙ id quod dicit cum maturuerit furfuribus assimilari in Caryophyllata conspicitur, uerum in Dente Leonis, cum flos exaruit, uelut in fauillam uertitur, atꝙ unico uel flatu, uel contactu dispergitur furfurum more. Est etiā huic similis herba quæ Lactuca agrestis dicitur, licet folia habens latiora, tamen in eundem morem intersecta, flores etiam lutheos, & cū maturuerunt lanuginosos, albentesꝙ: eam Itali uocant Casa lepore. i. leporis domū: quod ad nomen aliquantū quadrare uidetur.

Pfaffenkru

B

Herba Apostematica.

¶CALLITRICHON, POLYTRICHON, Capillus Veneris.

DIoscorides sub nomine Adianthon, describit herbam, quæ Capillus Veneris dicitur, ab alijs dicta Callitrichon: illius altera species est Polytrichon dicta: ambo in saxis humentibus & puteis crescunt. Polytrichon a quibusdam Saxifraga dicitur, folijs constans latioribus quam Callitrichon, & rotundis, fronde oblonga ad modum Polypodij, siue Scolopendrij, intersectis tamē & nō cohærentibus ut Polypodij. Magnus ergo error est neothericorū, qui Callitrichō, siue ut ipsi corrupte uocant, Gallitricū, putāt esse herbā quandā hortensem folijs āplis & odoratis, quē uiru

Steynbrech.

C etiam odore ipso prodit. Caupones cum ea uinum inficiunt. Capiti admodum nocet. Vulgus in uernacula nostra eam uocat Scharlacum. Erit igitur uerum Callitrichum, siue(ut barbari corrupte uocant)Gallitrichũ, herba Adiantes, a recentioribus dicta Capillus Veneris.

Scharlach.

¶LACTVCA AGRESTIS, ENDIVIA SYLVESTRIS.

PAruus error uideri potest, quod pro Lactuca agresti, Endiuiam agrestem uocant medici recentiores. Intubum erraticum, siue agrestẽ ueteres Cichorium uocauere, herbam natura atq; dispositione longe diuersam a Lactuca agresti. Est autem Lactuca agrestis, quam Itali Domum leporis, Germani uero Carduum porcariũ uocant, folio crispanti, adinstar eius quæ uulgo Dens Leonis dicitur: in extremitatibus acumina habet more Cardui, mollia tamen, quæq; non pungant, nisi admodum parum, cum induruere scilicet. Est illius altera species nigrioribus folijs, magisq; aculeatis constans: hanc plærisq; Apothecarij putant esse Scariolam, magna ui delicet iuscitia obcæcati. Priorem Itali inter hortenses herbas receperunt, faciuntq; ex agresti domesticam. Seruit enim illorum mensæ, oleo, saleq; condita.

Lectuca agrestis.
Sew dystel.

¶NARCISSVS.

NArcissus a poëtis olim celebrata, nostris temporibus in obliuionẽ prope uenit, Idq; incuria tam medicorum, quam etiam pharmacopolarũ. Serapion tamen in sua descriptione uidetnr intellexisse, quæ nam herba sit. Est autem Narcissus herba de genere bulborum, folijs Scyllæ, siue etiam D Porri, flore albo, insparso, purpureis maculis, aliquãdo etiã toto candido, aliquando toto purpureo, odoris suauissimi. Vnde apud nos quidam appellant florem Caryophyllaton, licet Itali Caryophyllatum alium florem designent, quem nostri, Violettam uulgo uocitant. Appellantur & ab aliquibus istius herbæ flores lingua nostra Phylliræ, uoce(ut opinor) a græcis mutuata. Habẽt passim in hortis diuitũ, ad coronas texendas idonea.

Narcissus.
Negelblůmen
Grasszblůmẽ.

¶VICTORIOLA, PARITARIA.

NVlli dubium esse debet, quin Paritaria sit ea quæ a ueteribus aliquando Helxine, aliquando Victoriola, siue Victoriæ herba uocatur. Quam barbari ob id corrupte Vitriolum uocant, cum Victoriolam dicere deberent. Errorẽ Plinij notauit Leonicenus, confundentis τὴν ἑλξίνην, καὶ κίσσον, cum & natura & dispositione plurimum inter se uarient. Esse autem Paritariã Helxinem, non modo Dioscoridis descriptio insinuat, uerum & Leonicenus uir acerrimi iudicij, & Hermolaus Barbarus deprehenderunt. Eadẽ quandoq; Perdicaria, siue Perdicia uocatur: eo quod gratus cibus perdicibus esse creditur: & Vrceolaris, quod ad emundanda uasa ea uti solemus.

¶ELATINA, HEDERA TERRESTRIS

ELatinã sub Helxine ponit DIOSCORIDES, folijs nimirũ Helxines, sed rotundiorib. & pilosis. &c. Vnde & ego hanc suspicor esse He-

deram terrestrem uulgo uocatam, herbulam odore acri, gustu adstricto riam & calidam. Constat autem errare recentiores, qui Hederam terrestrem putarunt esse Chamæcisson.i. Hederam syluestrẽ: cum illam longioribus folijs quam Hederam Dioscorides describat: ista uero multo breuioribus, rotundioribusq; constet. A

¶ ISATIS, SCANDIX, ALVTA.

EGo certe quantũ ex Diosc. descriptione cõiectura adsequi possum, Isatis ea est, quam hodie Scandicem, licet falso uocant multi. Est autem, Dioscoride teste, Isatis herba qua tinctores utuntur ad uiridem colorem, Plantagini foliorum dispositione similis: nisi quod folia habet magis crassa, & succosa, colore etiam nigriora: semen in caule duorum cubitorum, flore luteo, siue ceruleo, nigrũ adinstar Gyth, gustu aspero, & cætera omnia, quæ optime quadrant cum ea quam falso Scandicem uocarunt: Alutam a Romanis dictam, Apulei liber testatur. Quædam exemplaria Dioscoridis Rutam (puto errore scriptorum) habent. Hermolaus quædam somniare uidetur de Luta, siue Lutea, ut utrumq; exemplar erroris conuinceret. Nostro tẽpore hæc herba mercatoribus notissima est, qui inde quæstum faciunt haud mediocrem. Contrita olet male. Sine ea uero nihil possunt proficere infectores lanarum. Weyd.

¶ HIPPVRIS, CAVDA EQVINA.

REcentiorum plerīq; pro Hippuri Hippoquistida.i. Caudam equinã, alteram herbam quam describit Dioscorides sumpserunt. Verum a Dioscoride Hippuris, siue Equisetum tam graphice describitur, ut quilibet facile intelligere possit, quæ nam herba sit. Serapion false citat Dioscoridẽ. Vnde etiam recentiores aberrasse putauerim. Ait enim in petrosis nasci eam, folijs rotundis, pilosis, &c. quæ omnia falsa sunt. Nam ut res habet a Dioscoride describitur, iuxta aquas in locis humectis crescere, folio prope iunceo, scabro, geniculato. Pictura in Apuleio meo tam dextera est, ut nihil supra. Ad æmulanda cristallina, ea hodie utuntur Itali. B Roßzagel.

¶ ERINGION SECACVL

LIcet hodie in apothecis pharmacopolarum a nonnullis de genere Tribulorum ea quæ Eringion uocatur in usu sit, tamen multos etiam reperi, altero genere Cardui usos, plane spinoso, hirsuto, floribus purpureis, paulo rubicundioribus. Quod genus Cardui licet ad multa incommoda corporis ualeat, tamen longe diuersum ab Eringio esse dinoscitur. In hoc errore Arnoldum de uilla noua fuisse comperio: quando Iringum comparat moro spinoso.i. Rubo qui tamen nullam cum Eringio similitudinem habet, uerum cum tribulis stipes eius aliquid congruentię habet. Eringion apud nos uulgo crescit locis siccis, harenosis, sterilibus, iuxta fluminũ ripas ubi harena est, & in maritimis, aculeis duris, ac maxime pungentibus. Radicem quoq; profundissime iacit, in terram uixq; reperies qui totam radicẽ unquam effoderit. Hæc ipsa gustu tam suauis est, ut & Pasti-

C nacam non imitetur modo, sed uincat. Quidam lingua uernacula Herbā inquietam uocant: quod exarefacta, lenissimis flatibus auræ huc illuc, uolucris rapiatur. Vnde puellæ suspensam loco coronæ habent sub tectis, semper aliqua parte mobilem. Alij Tribulum marinum uocant: eo quod frequentissima in littoribus maris crescat. Vegetius in sua Mulomedicina, quam nuper in lucem prodire curauimus, graphice eam describit. De reliquis Carduorum generibus mox aliquid dicemus.

¶CHAMAELEON, CARDVS, DRACONTION.

Apuleius ille in herba Dracontio ualde dissentit a Dioscoride, erratq; proculdubio a uero. Nam propter uarietatem coloris quæ ex proprietate uocabuli etiam tribuitur Dracontio, putat idipsum esse Chamæleontem. Nam Chamæleon animal est, quod omnes colores quibus appropinquat imitatur ac recipit. Habet autem herba Dracontion, siue Aron, quam Barbari nunc Barbam Aaron uocant, folia maculis subnigris ac uarijs distincta, quemadmodum serpentes quos Dracontas græci appellant. Vnde Dracontium eam uocauerunt, quidam Serpentariam, alij Colubrinam. Nota est radice albissima, & quæ manducata linguam gutturq; exulceret. est em̄ caustica & mordicatiua. Huic Apuleius tribuit nomē Crocodillij, & Aphrodisis, siue ut ipse Dioscor. uocat τὸ ἀφροδίτης λοῦτρον. i. labrum Veneris, quę omnia ad Dipsacum, siue Chamęleonta pertinent. Breuiter itaq; de Chamæleonte meam sententiam explicabo. Inter Carduos est, quæ albis, siue lacteis maculis inspargitur: folia habens sicut Lactucę pallentia: hunc Chamęleontem album ob uarietatem dictum puto. Vernacula nostra uocatus Carduus Marię. Semine utuntur Empirici nostri ad colicam, & iliacam. Pellit urinas uehementer. Est altera huic folio non ualde dissimilis, nisi quod nigriora habet, inter uulgares Carduos reputata, flore uiolaceo: eam arbitror a nostris Germanis Carduum armentarium, siue pecuarium dici: quod radice illius aliquando animalium saluti succurritur.

Chamæleon.

Germanice Mariē dystel.

Germanice Vyh dystel.

D

¶DIPSACVS, VIRGA PASTORIS.

De genere Carduorum etiam est Dipsacus, quam Serapion meo iudicio recte intellexit esse eam, qua utuntur qui pannos præparant. Nam id ipsum uidetur innuere tota Dioscoridis descriptio. Illius species est syluestris, quæ Virga pastoris appellatur: una omnino herba, nisi quod hęc seritur, illa sponte prouenit. Frigidam esse putant, uimque habere repercutiendi.

Bard kraudt.

¶SCOLYMOS, CARDVS, Cardus benedictus.

QVam Scolymon uocat Dioscorides, hæc Hermolao uidetur esse ea quam Itali Carzophilum, alij Artizocam uocant, etiam nunc in cibum recæpta, immo inter delitias Italorum. Illa quæ seritur, & non

nisi culta prouenit, sapore est gratior: quæ uero agrestis habetur, minori- A bus capitellis, & folio breuiore, eam uocant recentiores Cardum benedi- ctum. Tametsi ego uiderim, qui maluerint hortensi ista uti loco Cardi benedicti, quam agresti. Puto autem uim utriusque esse unam. Similitudine autem capitum, uidetur hoc meo iudicio rectius uocari posse Carduus pinea, quam Chamæleon. Nam ipsa capita Cardi magnam habēt cum pomis Pini conformitatem. Sunt oblonga, uarijs interstitijs distincta, testudinibus ueluti conchiliorum extuberantibus, qualia in Pinis ui- demus.

Cardus benedictus.

LIGVSTRVM, CY- PRVS, Alchanna.

RECte meo iudicio Hermolaus annotauit, Ligustrum dici Arbustum, quod Arabes, & præsertim Serapion Alchannam, siue Henne uocaue- runt, Græci uero Cypron. Apothecarij nescio quam exoticam herbam pro Alchanna exhibere solent. Verum uulgo eam crescere Vergilius te- statur in Bucolicis, quando ait, Alba ligustra cadunt, uaccinia nigra le- guntur. Itali Oliuellam a foliorum similitndine quam habet cum Oli- ua, Germani autem propter ligni soliditatem, eam Hartrigliam nuncu- pant: flores albi figura racemorum, redolentes. Vlcera palati, gutturis, linguæ, uceretri mirifice persanat succus illius, cum aqua rosacea, aut Ar- noglosse mixtus, aut decocta folia cum uino. B

Oliuella.
Hartyglin.
Beynhöltzlin.

¶ Eiusdem HEREMANNI Comitis a Neuenare, FORMVLA quædam ex- cudendi Herbarij, quo pacto in explicandis Her- barum descriptionibus atque uiribus proce- di (suo iudicio) oporteat.

¶ APIVM RISVS, Batrachium, Flammula, Ranunculus

¶ APVLEIVS.

Nascitur locis humidis & aquosis. &c. usque in finem descriptionis cum nominibus prout in Apuleio habent. Nam in Dioscor. nomina ad scripta non sunt. Vel aliter, iuxta uersionem Ruelij.

¶ DIOSCORIDES iuxta uersionem Hermolai.

Batrachion, id est, Ranunculus. Alij Selenon agrion. &c. usque in fi- nem descriptionis.

¶ ORIBASIVS

Si quid apud Oribasium de hac herba habetur, hoc loco reponatur.

¶ SERAPION

Quamuis de hac herba Serapion in capitulo de Apio non faciat men tionem, atque ob id hoc loco citandus non ueniat, tamen in reliquis her- bis suadeo eum post ueteres etiam citari.

C

¶ NEOTHERICI.

Qui scripsit Pandectas, atq; ante illum Symon Ianuensis, herbam Batrachium, siue Ranunculum sub nomine Apij risus, aut Flammulę descripserunt. Nescio tamen, an recte descriptionem Dioscoridis intellexerint. Nam uidetur ideo putare hanc esse Ranunculum, q in fluminibus nascatur, quodq; ranis familiaris sit: cum Dioscorides idipsum Apium syluestre uocatum testetur. Nascitur autē in fluminibus & fontibus herba, folio prope Nasturtij fluuialis, caustica & uehemens, in qua libenter Ranæ uersantur. Nescio an hanc Neotherici putauerint esse Batrachium. Flammula autem quam ipsi uocāt, nequaquam in fluminibus nascitur, sed pratis & hortis. Hermolaus Barbarus putauit eam esse Pedem coruinum. Verum meo iudicio deceptus. Nam Pes coruinus herba uulgatissima, neq; arrodit carnem, neq; risum illum cōmouet mortiferum. Quanquam mira foliorum similitudo huic cum Flammula intercedat. Est autem Flammula folijs strictioribus, paulum subnigricans: puto Ranunculum dici, ob uarietatem macularum, quæ nonnihil ad colorem ranarum accedere uidentur, earum scilicet, quæ maculatæ conspiciuntur, uiridi ac nigro, siue cineracio colore. Herba est satis nota empiricis: solent eam applicare apostematib9 prope maturis loco caustici, uel phlobotomi. Nam mox apostema aperit. Putāt ex hac herba natum adagium de risu Sardonio. In Sardinia enim Dioscoride & Plinio autoribus, uenenata nasci traditur, risuq; comesta exanimat. Dicitur ergo non immerito Apium risus a recentioribus. Veteres etiam Apium syluestre & rusticū uocauerunt.

Bachbuñ.

Flammula.

D

¶ SEQVATVR NVNC EX GALENO qualitas, siue complexio ipsius herbæ: aut si Galenus non ponit, ex aliquo Neothericorum.

Constantinus Apio tribuit tertium gradum caliditatis. Ego Batrachion, siue Apium risus calidū initio quarti, & siccum in tertio crediderim.

¶ Nunc ad remedia ueniendum, & ponendi ex ordine autores iam citati, una cum alijs ueteribus & recentioribus qui herbarum uires explicent, uidelicet

Apuleius	Oribasius
Dioscorides	Cassius felix
Aetius	Paulus Aegineta
Serapion	Mesue
Auicenna	Constantinus
Platearius.	

¶ Vtendum hac in re nonnunquam opera SYMONIS IANVENSIS, atq; PANDECTARII, ubi non hallucinantur, quod illis tamen familiare est. Nam hij ex ueteribus & probatis autoribus permulta congesserunt, quæ cum iudicio oportet recipere. &c.

LEONARDI FVCHSII ANNOTATIONES aliquot Herbarum & Simplicium, a Medicis hactenus non recte intellectorum.

A

De ALOE. Caput .I.

Mesue de simpl. Medic. cap. 1.

ALOE VENARVM ORIFICIA APERtione sanguinem spargente aperit. Et paulo post, Estque maxime nocens hæmorrhoidibus, & ano. Quantum in hoc a uero errauerit Mesue, nemo est, nisi talpa cæcior sit, qui nesciat, quando certum sit ueterum omnium testimonio Aloen habere uim & naturam adstringendi, & sanguinis eruptiones compescendi. Id quod in primis monstrat Dioscorides, qui lib. 3, cap. 24. in hanc scribit sententiam. Aloe uim habet adstringendi, & cum aqua frigida pota sanguinis excreationes cohibet. Quinetiam sanguinis eruptiones ex hæmorrhoidibus factas sistit. Et confirmat eadē Galenus lib. 6. de Simplicibus medicamentis cap. 23. ita scribens, Et glutinat fistulas profundas, & ad cicatricem perducit ulcera quæ difficile sanantur, & maxime ea quæ fiunt in ano & genitalibus. Apertius uero prædictis authoribus Mesue uerba confutat Plinius libro naturalis historiæ. 27. cap. 4. ita disserens. Aloe sanguinis excreationes si modicæ sint, drachmæ pondere ex aqua: si minus, ex aceto pota sedat. Vulnerum quoq; sanguinem, & undecunq; fluentem sistit per se, uel ex aceto. Hęmorrhoidum quoq; abundantiam leniter sistit. Item Auicenna lib. 2. cap. 67. in hunc modum scribens: Aloe quando ponitur cum uino dulci super hæmorrhoidas, & fissuras ani, tunc sistit sanguinem currentem ex eis. Præterea Galenus lib. 4. Therapeuticæ methodi cap. 4. ubi profluuij sanguinis curationem ex professo tractat, nullum efficacius remedium ad sistenda sanguinis profluuia esse docet, quam id quod ex parte Aloes conficitur. Eius autem hæc sunt uerba, Optimum omnium quæ noui medicamentorum, quo etiam ad cerebri membranarū hæmorrhagias tutissime utemur, est quod nunc subijciam. Thuris pars una. Aloes partis unius semissi miscetur: mox cum utendi tempus instat, tantum huius cum oui candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem: hoc dehinc leporis mollissimo pilo excipitur, deinde tum uasi ipsi, tum ulceri toti liberaliter imponitur. Vtitur etiam eodem medicamine Galenus libro de uenæ sectione in glutinanda arteriæ incisione, adeo ut sole clarius sit, Aloen ex natiua ꝓprietate neq; aperire uenas, neq; sanguinē ciere. Quod uero aliquādo sedis uenas aperire uidet̄, hoc ex accidenti fit, qm̄ uidelicet excrementa biliosa id sua acritudine agentia ad ea loca mouet. Id quod & ex alijs medicinis fieri Gal. lib. 6. Aph. 47. scribit, ita inquiens. Huic homini expurgatione ambo hęc optima eueniunt, quod. s. & superfluitates expelluntur, & quod ex acritudine eorum quæ excernuntur, paulatim aperitur os uenæ, quam uocant hæmorrhoidam. Proinde male admodum Mesue uiribus Aloes tribuit, quod magis biliosis excrementis, id sua acritudine agentibus, erat tribuendum.

B

De MANNA. Caput .II.

MAnnam Arabum atq; recentiorum, qua nunc passim ad molliendam aluum nobilium utuntur, esse diuersam a Græcorum, ex eo primum liquet: quod eam, teste Auerroe Cordubense, post Galeni tempora in usum medicorum uenisse constet. Insuper quod etiam diuersa sit eius a Manna Græcorum operatio. Arabum enim Manna medicina est, aluum molliens, Gręcorum uero potius adstringens. Arabum uero mannam mollire aluum, diutina iam experientia comprobatum est, ob id prolixiori demonstratione non opus habet. Mannam autem Græcorum adstringendi ui esse præditam, testatur in primis Dioscorides libro primo, cap. 80. de Manna ita tradens. Manna thuris probatur, quæ candida & pura, ueluti thus grumosa est, Thuri autem eandem uim habet. Thus uero habere uim adstringendi, & cruenta uulnera glutinandi, satis ex capite. 78. lib. primi Dioscoridis liquet. Item Mannam adstringere multo clarius indicat Galenus lib. 5. Thera. metho. cap. 4. in hunc modum scribens. Est autem Manna medicamentum quod magis quam thus adstringit. Idem quoq; docet lib. Thera. metho. 13. cap. 2. dicens, Manna est purgamentum Thuris, leui adstrictione prædita: atq; hoc etiam nomine Thure ipso ad nonnulla utilior. Thus enim purū tantum mouendi facultatem obtinet, utpote nullam adstringendi uim habens. Mannæ uero, etiā corticis Thuris paululū est admixtum, unde scilicet adstringendi uim habet. Ex quibus iam satis constat, Mesuen tribus locis falso Galenum citasse. Primo de simplicibus medicamentis capite de Manna, ubi Galenum mannam cum Scammonia permiscuisse scribit. Secundo, eodem libro capite de Scammonia, ubi iterum impudenter Galenum Scammoniam cum sexcuplo mannæ miscuisse asseuerat. Tertio, in Antidotario suo ubi de medicinis solutius agit, confectionem quandam de Manna ex Galeni inuentione describens. Certum enim admodum est, Mannam hanc de qua scribit Mesue, Galeni temporibus

Manna.

C in usu Medicorum, ut diximus, non fuisse, proinde nec de ea quicquam scribere potuit, incognita enim prorsus erat. Vel si ullus eius apud Gal. antiquosq; usus aut mentio fuit, certe non sub ea uoce fuit, sed potius sub uoce mellis aerei. Quamuis, ut errore decimo quinto clarissime ostendemus, hoc mel aereū alio nomine Saccharū dictum fuit. Praeterea ex praedictis facile iudicabunt studiosi, quantū Petrus Crinitus, lib. 25. de honesta disciplina cap. 7. cecuciuerit. Is em̄, & si alias oculatissimus sit, tamen Mannā graecorū eandem esse cum Arabū astruere nihil ueritus est. Idq; talibus argumentis ostendere conatus est, quae magis, si ad iudiciū exigas, diuersum ꝓbabunt. Proinde caueant medicae professionis studiosi, nominis Mannae similitudine decepti, eandem apud Grecos & Arabes recentioresq; esse existiment, animaduertantq;, antiquis in thure semper, in aerio autem melle nunquam usum eius uocis fuisse.

¶ De RHEVBARBARO. Caput .III

PEr Rheubarbarum nostrum, ne nominum te fallat ignorantia, intellige id quo nunc passim utuntur Medici. Per antiquorū uero quod Dioscor. Galenus, atq; Plinius, & qui istis uetustiores, describunt accipe. Considerandum autem prae caeteris erit, quod uulgus Medicorum Rheubarbarum, & Punici Rauedseni uocant, hoc Galenus interdum Rheon, aliquando Rhiam, interdum etiam Rheam ponticum, Dioscorides Rha, & iuxta quosdam Rheon, secundum alios Rhian, Plinius Rhacoma, Celsus radicem ponticam appellat. Quod ideo admonendum duxi, ne nominum diuersitate quis deciperetur. Verum Rheubarbarū, quo nunc passim officinae utuntur, & quod Mesue describit esse diuersum ab eo, quod Antiqui depingunt, manifestum fit ex eius notis, quę ab ijs quae in eo offenduntur, quod ab antiquis describit, sunt omnino diuersae. Nam Rheon antiquorū, teste Dioscor. lib. 3. cap. 3. radix est nigra, maiori Centaurio similis, minor tamen, & magis rubens, sine odore, fungosa seu laxa, nec ponderosa. Subscribit & Gal. lib. de simplicibus medicamentis ad Paternianum cap. 218. ita inquiens. Rheon quod a quibusdam Rheon ponticū dicitur, radix est magna & nigra, fungosa, leuis, odore carens, gustu calefaciens, & leniter adstringens. Nec dissentit Plinius lib. 27. cap. 12. ita scribens. Rhacoma affertur ex his quae supra Pontum sunt regionibus. Radix Costo nigro similis, minor & ruffior paulo, sine odore, calefaciens gustu, & adstringens. Ea uero quae iam in usu est medicorū, uehementissimum odorem habet, nullumq; cum Costo nigro similitudinem gerit. Et praeter id quod odorata est, leuis etiam non est, immo quanto grauior, tanto melior a Ioanne Mesue & ab omnibus putatur. Adde quod istarū quoq; diuersus est usus. Antiqui enim sua ad uentris purgationem non utebantur, sed ad plaerosq; usus alios adhibebant, quos operepreciū non est hoc loco referre, quando ex Dioscor. Plinio, Galeno, reliquisq; facile disci possunt. Certum tamen est, huic maximam & praecipuam uim adstringendi fuisse. Ita Auicena quoq; lib. 2. sui Canonis cap. 585. purgandi uim Rheubabaro non adscribit, id quod facit & Fen. 16. Cano. 3. Tract. 1. Cap. 4. sed Rheubarbarū inter medicinas adstringendi uim habētes, ut passim quoq; alias enumerat. Nam quantum ipse sciam, nunquā Rheubarbaro usus est Auicenna tanquā medicamento purgante. Nostri uero secuti Ioannem Mesue inter caetera purgantia medicamina tanquam praecellentissimum suum Rheubarbarum collocant: nec enim uim purgatoriam minórem Agarico habet. Quod & uerum esse non solū Mesues, sed etiam Auerrois ac recentiorum omnium autoritate, ipsaq; experientia didicimus. Accedit ijs omnibus quod nostrum non a Ponto, ut ueterū, sed ab extremis meridionalis Indiae partibus ad nos uehitur. Quae singula certe satis superq; declarant, nostrum Rheubarbarum ab antiquorū esse penitus diuersum. Nam si in eo de quo scribunt uim purgatoriam antiqui inuenissent, proculdubio silentio non praeterijssent. Hoc non animaduertens Auerrois ille Cordubensis, satis impudenter Galenum notat, eo quod constringere uentrem scripserit Rheon. Vnum adhuc praeterire non potui: scribit Ioannes Mainardus, reconditae eruditionis uir, libro suarum epistolarum medicinalium sexto, se a Sigismundi regis Sarmatum medicis didicisse, in eo bello quod contra Moschos fortissime rex gesserat, repertum esse aliud Rheon, communi quidem satis simile, sed penitus inodorum: quod dubio procul fuit id quod ueteres pingunt. Omnes enim antiquorū notae in eo deprehenduntur. Affertur namq; ex ijs quę supra Pontum uel Bosphorum sunt regionibus, prope uidelicet Rha flumen, radix nigra, & costo nigro exterius, magno Centaurio interius similis, minor tamen & ruffior, sine odore, calefaciens gustum & adstringens, laxa, subleuis, & dum masticatur pallida, & ad crocum uergens. Quare non est quod post hac haesitent studiosi, Rheubarbarum nostrum ab antiquorum in uniuersum differre.

Rheon.

D

Io. Mainard.

¶ De SIDERITIDE. Cap. .IIII.

OMnes fere nostra aetate Medici Serapionis atq; Auicennae errorē sequentes, id genus Sanguinis Draconis, quod nunc passim in usu habetur, succum herbae cuiusdam arbitrant̄, quae a Graecis Sideritis, a ferro, quoniam glutinandis uulneribus apta pręcipuū in bello haberet usum

uocata est. Verum eosdem esse falsos, manifestissime ostendit Dioscorides Lib. 4. Cap. 32. Nam is de Sideritide herba, omnibusque eius generibus plenissime scribens, ex nulla eiusdem specie talem exprimi succum edocuit, quo Medici pariter atque Pictores ad suum utrique opus uterentur, quod tamen si uerum fuisset, nullo pacto silentio præterijsset. Quare multo probabilius est ita de Sanguine Draconis statuere, quod sit eius generis metallum, quod a Dioscoride Cinnabaris dicitur. Nam huic omnes Cinnabaris notæ, quas recenset Dioscorides Lib. 5. Cap. 63. conueniunt. Quemadmodum enim Cinnabari precium ingens est, ut post Dioscoridem quoque testatur Plinius Lib. 33. Cap. 7. eoque pictores uariandis in pictura lineis, ac Medici ad ea quæ sanguinem sistunt, utuntur: ita duplicem hunc & in pictura & medicina usum compertum habemus in eo quod purum Sanguinem Draconis appellant. Nam rarus inuentu est atque difficilis, nec minus charus quam legitur fuisse apud antiquos, & hoc quando syncerus atque incorruptus uenundatur. Etenim qui passim in Seplasiariorum officinis uenalis habetur, adulterinus est, licet eum pro uero in medicinæ usu recipiamus, ut plæraque etiam alia, sicut in sequentibus fusius narremus. Sentit nobiscum exactissimi iudicij uir, Nicolaus Leonicenus in epistola ad Angelū Politianum. Nemo autem existimet Cinnabarim Dioscoridis esse eam, quam nos uulgo Cenabrium uocamus. ea enim factitia est, ex argento namque uiuo conficitur, uenenumque est. Dioscoridis uero minime factitia est, neque uenenis connumeratur. Quod ideo admonendum duxi, ut hoc pacto medicinæ candidatos ab exitiali errore reuocarem, ne scilicet, si Cinnabarim in Receptis, sic enim suas compositiones uocant, scriptum inuenirent, pro ea nominis similitudine decepti, Cenabrio nostro uterentur, quod uenenum esse manifestum est. Cur autem Cinnabarim hanc Dioscoridis Sanguinem Draconis nominent, ea ratio in promptu est. Nanque durat adhuc antiquorū quorundam in hoc nomine persuasio ac opinio, qui Cinnabarim illam, quæ ad usum picturæ & medicinæ adhibetur, ex draconū atque elephantorū sanguine permixto fieri putauerunt. Hoc quod Dioscorides ijs uerbis indicat. Profundi coloris est. Eamque ob caussam crediderunt quidam Draconis Sanguinem Cinnabarim esse. Opinionem hanc uulgarem secutus est & Plinius libro paulo ante citato. At eam de Sanguine Draconis opinionem esse falsam, liquet ex eo potissimum, quod Dioscorides de Cinnabari non libro secundo inter medicinas ex animalium sanguine sumptas, sed potius quinto inter metalla tractauit. Galenus quoque medicus nobilissimus, suo de Simplicibus medicaminibus libro. 9. Cinnabarim inter metallica recensuit. Auerrois pariter in Lib. 5. Colliget Cap. 43. Sanguinem Draconis inter metalla connumerat, adeo ut luce meridiana clarius sit, Sanguinē Draconis non succum, sed potius metallū esse.

A

Cinnabaris.

B

¶ De NAPELLO, SIVE ACONITO. Caput .V.

AVicenna Cap. 503. 2. Canonis scribit Napellū esse uenenū pernitiosum, destruens bibentē se. At mox oblitus eorum quæ scripsit, capite eodem hunc potari suadet, dum inquit, Delet albaras linitum & bibitum. Quid quæso absurdius aut dici aut scribi potuisset ab homine qui reliquorum se magistrum facit? Annotandum itaque, quod nostræ ætatis Herbarij Napellum nominant, hoc a Græcis latinisque Aconitum uocatur. Et id Plinio Lib. 27. Cap. 2. teste, omnium uenenorum est ocyssimum. Quod etiam confirmat Galenus Lib. de Simplicibus Medicamentis Cap. 20. ad Paternianū, dicens Aconitum ualde uenenatum esse. Ita & Dioscor. Lib. 4. Cap. 71. Aconitū inter uenena recenset, dum ait. Enecat pantheras, sues, lupos, bestiasque omnes inspersum carnibus, & illis in cibo appositum. Hinc cauendū ne in potu aut cibo sumatur. Id quod Paulus Aegineta ijs uerbis monuit. Aconitum quidem cognomento Pardalianches exedentē & letalem uim habet. Eamque ob caussam intus cauendum est. Foris tamen in carnibus quas exedi oporteat uti licet. Ita & reliqui omnes Aconitum laudant, si abstergendum aliquid sit ex corpore: nullus autem unquam preter Auicennam, in potu propinandum docuit. Cæterum idem Auicenna. 2. Canonis Libro, Cap. 554. succum radicis Pentaphylli medicinam pernitiosam esse docet. Eius autem hec sunt uerba. Succus radicis eius est medicina perniciosa. At quam falsa docuerit, ostendunt ea quæ de eo succo Dioscorides Lib. 4. Cap. 39. in hunc modum scribit. Facit & radicis recentis succus ad iecoris pulmonisque uitia & letalia uenena. Quod & Apuleius Madaurensis cap. 2. de herbarum uirtutibus indicat, cum ad morsum serpentis herbam Quinquefolium potam ac contritam mire utilem esse scribit. Quæ si uera, ut nemini dubium esse scio, certe ex diametro cum Auicennæ sententia pugnant. Hæc & si manifesta fere omnibus sint, attamen quia multis errandi occasionem dederunt, ideo hoc loco admonere duxi. Nam Sauonarala celebris sua ætate Medicus, radicem Pentaphylli non aliam ob caussam non ausus est in quartana propinare, nisi quia damnaretur a principe. Ita & Iacobus de Dondis, cognomento Aggregator, huius radicis succū inter uenena perniciosa ex Auicennæ autoritate numerat. Tantā habet Auicenna apud nostri sæculi Medicos autoritatē, ut medicinā mortiferam faciat salutarē, salu-

Napellum, Aconitum.

C tarem uero perniciosam, adeo ut non immerito, rei grauitate commotus, Leonicenus raræ eruditionis uir, in hunc modum exclamauerit. Miseret me humanæ uitæ, quam uideo quotidie sub Auicenna, non tanquam principe, sicut iuniores Medici adpellant, sed tanquam sæuo tyranno periclitari. Proinde ex eo intelligent studiosi, quantum insaniant hi qui malunt cum Auicenna aut aliquo alio, cuius uerba pro oraculis habent, errare, quam cum his qui medicinam a fontibus hauriunt recte sentire. At satis ea de re in præfatione nostra dictum est.

De BVGLOSSA & BORRAGINE. Caput .VI.

Missas hic facio diuersas ac pugnantes inter se recentiorum de Buglossa atq; Boragine sententias, ex quibus facile æquus lector æstimabit, eosdem nihil horum intellexisse, atq; adeo nihil mirũ, si reliquis etiã errandi occasionẽ præstiterint. Vnum autẽ hoc ostendã, Buglossum nostræ ætatis non esse antiquorũ Buglossum, sed eam quam nos Boraginẽ uocamus. Nostram uero Buglossum esse eam herbã quam græci Cirsion, & propter magnã quam habet cum Buglosso similitudinẽ, aliquando Buglossum magnã, appellant. Commutatæ nanq; inuicẽ duarũ herbarũ appellationes sunt, quæ enim huic & illi notæ uiresq; tribuunt, mutatis hac ratione plantis conuenient. Quod equidẽ nõ aliunde certius nisi ex ambarũ descriptionibus deprehendi potest. Buglossi autem descriptio apud Dioscor. lib. 4. cap. 119. hæc est. Buglossus uerbasco similis, folia in terram decidua, aspera, nigrioraq; bubulæ linguæ similia, quæ quidem in uinum deiecta, uoluptatẽ & letitiã animi facere credunt. Paulus præterea Aegineta in sexto de Buglosso itidem scribit, dicens. Buglossum humidũ calidũq; temperamento est, eamq; ob caussam uino iniectũ, lætitiam animi facere dicitur. Galenus quoq; lib. 6. de Simplicibus Medicamentis, cap. 83. nihil a Pauli uerbis dissentit. Quod & Plinius Lib. 25. Cap. 8. facit, dum ait. Iungitur huic Buglossus boũ linguæ similis, cui præcipuũ quod in uinũ deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphrosynon. Iam ista si quis sub examen uocauerit, sole clarius uidebit, Buglossum hanc ueterũ, esse nostrã Boraginẽ. Nam iuxta Dioscor. descriptionem folia aspera & nigriora Boragini nostræ magis quam Buglosso competunt, quæ albicante folio penitus est. Quodq; Buglosso nullus non ex antiquis lætitię & uoluptatis spem, si in uini pocula demittatur, tribuit, Boragini passim adscribitur. Iactatq; quotidie gens nostra ad cordis hilaritatem multo eius cibo utendũ esse. D Porro Marcus Cato Cap. 40. sui de re Rustica operis, insitionem arborũ docens, cum instituisset quatenus & quomodo surculos inseruisse & circumligasse oporteat, addidit. Insuper lingua bubula obtegito si pluat, ne aqua in librum permeet: eam linguã insuper libro alligato, ne cadat. Ex quibus sane constat, in operiendo trunci & insitæ stirpis rotunda sectione, rotundiore potius quam longiore folio uti præcepisse: at Boraginis tale est: eius uero quæ nunc Buglossus habetur, longa folia sunt, ideoq; operiendæ rotundæ stirpi minus apta. Ex ĳs quoq; colligitur caput. 438. secundi Canonis de Buglossa seu lingua Bouis. apud Auicennã esse caput de Boragine uostra. Nam herbam esse habentem lata folia, & cordis confortatiuam scribit, quę singula a nostra Buglosso sunt aliena, at Boragini penitus cognata. Itaq; non immerito Auicenna notat sui seculi Medicos, q̃d non uera Buglossa uterentur, sed alia quæ non easdem utilitates haberet. Cæterũ quod Buglossus nostra sit ea herba quã Græci Cirsion uocant, ex eiusdẽ quoq; descriptione ostendemus. Diosc. autẽ Lib. 4. Cap. 120. eandẽ ita depingit. Cirsion folia Buglosso similia habet, leniter hirsuta, longiora tamẽ, albicantia, & in extremitatibus aculeata. Quod uero in caule summum est, circinnatum, hirsutumq;, capitula habet in summo purpurea, quę postremo in pappos euanescunt. Haud aliter describit Plin. Lib. 27. cap. 8. inquiens. Cirsion cauliculus est tener duũ cubitorũ, triangulo similis, folĳs spinosis circundatus, spinę molles sunt, folia Bouis linguę similia, minora, subcãdida, & in cacumine capitula purpurea, quę soluunt in lanugines. Considera iam, an nõ singula hæc Buglosso nostrę conueniant? Si eñ folia expendes, ea certe in Buglosso longiora, uel ut Plinius ait, minora, in Boragine autem decurtatæ rotunditatis, & multo maiora sunt. Purpurea item in summo caule capitula, quę in Cirsio describũt, eius potius sunt quę Buglossus nunc dicitur quam Boraginis, quæ cæruleos habet flores. Confer itaq; iam cum naturæ exemplarlbus utriusq; historiã, carptasq; ex horto Buglossum & Boraginẽ diligenter contemplare. Sane prior illa Buglossi historia nostræ ætatis Boragini respondebit, posterior aũt Cirsĳ, Buglosso nostræ undiq; conueniet. Sunt enim Buglossi folia longiora quã Boraginis: albicant illa, hæc contra nigricant: illa surgunt & per se stant in altũ nitentia, Boraginis in terra iacent. Quare consulto fecerint Medici, cũ Buglossam ex ueterũ autoritate ad usum Medicinæ adhibuerint, si Boraginem potius nostram, quam illam quæ passim Buglossa nuncupatur, receperint.

Buglossi descriptio.

Cirsion.

De EVPATORIO, &

AGRIMONIA. Caput VII.

A

Fuerunt, & adhuc sunt magnę int̃ Medicos dissensiones de Eupatorio & Argemone, quam corrupto uocabulo passim Agrimoniã nominant. Nam ex ueteribus quidã, quos Diosc. etiam notat, putauerunt Eupatoriũ esse ueram Argemonẽ, cũ tamen ab Eupatorio in uniuersum differret. Qui equidẽ error ad nostra usq; sęcula durauit. Herbã em̃ quę uera est Eupatoriũ, omnes nostrę ętatis Medici Agrimoniã esse credunt. Idq; uerũ esse ex Eupatorij notis a Diosc. lib. 4. ca. 38. traditis, manifestissime deprehendere licet. Quae quidẽ tales sunt. Eupatoriũ herba est fruticosa, singularis: exit ex ea uirga tenuis, lignosa, recta, nigra, pilosa, cubitalis, & aliqñ maior, folia habet per interualla partibus diuisa quinq; fere, aliquando tamẽ pluribus, Quinq;folij Canabisue folijs similia. Nigricant & hæc et ĩã serræ modo in extremitatibus incisa. Semen fert medio cauli adnascens, in terrã annuens, adeo hirsutũ ut uestibus siccatũ hæreat. Insuper quia Plinij lib. 25. cap. 5. descriptio omnino cũ Diosc. quadrat, proinde commodũ duxi eandẽ huic subijcere, ait em̃. Eupatoria regiam autoritatẽ habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti. cubitalis, aliqñ & amplioris, folijs per interualla Quinq;folij aut Canabis, per ambitũ incisis quinq; partito & ipsis plumosis, radice superuacua. Iam si ueritatis diligens indagator, eas notas Agrimoniæ nostræ accomodauerit, huic certe in uniuersum cõpetere comperiet. Est em̃ in ea singularis uirga, lignosa postq; aruit duricies, plumosa, undiq; asperitas, color nigricans, & folia per int̃ualla pendẽtia, serræ modo incisa, adeo ut hanc esse uerã antiquorũ Eupatoriũ nemo nisi Leberide cæcior sit, nõ intelligat. Minime aũt mirũ recentiores Medicos ea in re esse lapsos. cũ em̃ Arabes sequant̃ autores, eisq; in describẽdis plantis fidẽ maximã adhibeant, qui & ipsi alius aliter de eadẽ re tradiderũt, facile illis errãdi ansam exhibuerunt. Auicenna nanq; Eupatorium scribit esse herbã aromaticã, habereq; folia Canabis, florẽ Nenupharis. At q̃d aliã ab Agrimonia nostra herbam esse Eupatoriũ significet, quis est qui nõ agnoscat? Constat enim herbam uulgo Agrimoniã nuncupatã neq; esse odoratã, neq; habere florẽ sicuti Nenuphar, im̃o ita exiguũ, ut uel Nenuphari, uel eius flori collatus, nullã ipsius habeat similitudinẽ. Mesue præterea Eupatoriũ folijs Centaureę minoris, floribus subcitrinis, longitudinis, paucę constare, dicit. Quod certe tam simile uero est, q̃ Centaurij folia Canabinis, & subluteus color albo similis est. Porro q̃d omnium maximũ est, non sine magna temeritate Mesue Eupatorio uim purgatoriã adscribit. nullus em̃ ueterũ nec Auiceñа quidẽ, quicq̃ tale, ne per somniũ etiã, de eodẽ cogitauit. Immo Diosc. contrariã magis uim in eo prædicat dicens. Semen & herba ipsa cum uino pota, dysentericis & morsis a serpentibus opitulant̃. Hoc etiã Plinius confirmat scribens. Semen Eupatorij dysentericis in uino potũ auxiliat̃ unice. Ex istis manifestũ admodũ est, Arabes, Auicennã maxime, qui & alias modicũ simpliciũ medicamentorũ habuit noticiã, atq; Mesuen, Eupatoriũ uerũ nunq̃ cognouisse: atq; adeo nihil mirũ si neq; eorundẽ imitatores. Proinde studiosis indies orandum est, ut bonã fortuna in uerũ peritũq; incidant autorẽ, quando Galeno Lib. 3. de Potentijs naturalibus Cap. 14. teste, in quemcunq; quispiã primũ inciderit pręceptorẽ, talis efficitur, non expectans aliquid aliud ab eo quod didicit amplius addiscere. Hinc tandẽ haud aliter quã Medicus ille olim Romanus omnia sua sorti committunt, monentes ægros ut præcent̃, quo Dij sua cuiq; remedia secũdẽt. Hoc profecto si iuniores Medici animo uolutassent, exq; fontibus magis quã riuulis, bonis quã malis præceptoribus, Medicã artẽ hausissent, in eum errorẽ non incidissent, ut Eupatorio pro Agrimonia uterent̃, sed uerã magis Argemonẽ ad usum medicinæ accõmodassent, cuius iam, quoniam prorsus ignota, omnis apud nostræ ætatis Medicos usus perijt.

Eupatorium.

B

¶ De RVTA SYLVESTRI, & CICVTA. Cap. VIII.

AVicenna Fen. 6. Cano. 4. Tract. 3. Cap. 33. hunc in modũ scribit. Ruta syluestris nõ est Harmel, ut quidã existimauerunt. Quæ sane uerba non paucis errandi occasionẽ præbuerunt, q̃d passim Harmel pro Cicuta interpretati sunt. In quẽ etiã errorẽ interpres Auerrois quinto Colliget lapsus est, dum impudentissime Harmel Cicutam interpretat̃: nõ animaduertens quod eo loco Auerrois Harmel calidã & siccã in tertio ordine scribat, Cicuta autem inter lętalia uenena frigiditate sua enecantia numeret̃ a Diosc. Galeno, Plinio ac alijs. Diosco. nanq; lib. 4. cap. 73. de Cicuta ita scribit. Cicuta inter lętalia frigiditate enecans est. Galenus uero lib. de simplicibus medicaminibus, semen Cicutæ præ omnibus alijs frigidissimũ esse testat̃. Plin. aũt lib. 25. cap. 13. de ea in hunc modũ disserit. Semini & folijs cicutæ refrigeratoria uis: quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Quare a tam crasso errore nullo pacto uindicari potest interpres ille, quisquis tandẽ fuerit. At conniuendũ erat, nisi is error etiã officinas nonnullas occupasset. Nam ijsce oculis Antidotariũ netustũ admodũ uidi, quo ad annos non paucos ad conficienda medicamina usus est Pharmacopola quidã, in quo semper Harmel ꝓ cicutę semine interpretatũ erat: nec animaduertit errorẽ donec per me tandẽ admonitus fuit. Quod uero Harmel nõ sit se-

C men Cicutæ, sed ruta syluestris, manifestissime indicant ea quæ scribunt a Diosc. lib. 3. ca. 49. de ruta syluestri in hanc sententiam. Vocant quidã agrestẽ rutã Harmala. Itidẽ scribit Gal. Lib. 7. de simplicibus Medica. cap. 119. dicens. Rutam syluestrem quidam appellant Harmala. His accedit quod descriptio Harmel apud Auerroim Cordubensem in totum conuenit rutæ syluestri. Ait enim. Harmel calida & sicca est in tertio ordine, incidit humores crassos, prouocat urinã & menses, ualet dolori coxendicum, & pituitam purgat. Has proprietates omnes Galenus maxime, Dioscorides & Plinius Rutæ syluestri tribuunt. Galenus enim lib. de simplicibus medica. cap. 224. de Ruta ita scribit. Vrinam & menstrua prouocat Ruta, colicq; dolorem sedat. Dioscorides autem lib. 3. cap. 49. ita inquit: Apposita menses & urinam cit, & cum uino pota, quartanas finit. Sanat agrestis Ruta itidem coxendicis dolores quadraginta diebus pota. Auicenna præterea secundo canone. cap. 340. omnes prædictas commoditates Harmel adscribit dicens. Est incisiua & subtiliatiua, est bona dolori iuncturarum, & sciaticæ cum desuper linitur. Prouocat urinam & menstrua, & confert colicæ uentosæ. Proinde mirum est istorum deinde in quarto Canone non fuisse memorem. Insuper cum Ruta syluestris, ut ex ueterum testimonijs traditur, habeat uim incidendi & discutiendi lentos & tenaces humores in articulorum doloribus, certum est eam utilius adhiberi ad catapotiorũ de hermodactylis confectionem, quam Cicutam: quando hæc sua frigiditate eosdem potius augere possit, quam tollere: illa uero sua caliditate magis incidere atq; discutere, adeoq; uitium quod ex tenacium humorum multitudine prouenit, auferre. Accedit ijs, quod etsi Galenus lib. quinto de Simplicibus medicamentis probet quædam uehementer frigida hebetandi sensus gratia, ubi impatibiles crucient dolores: usum tamen cicutæ in totum damnat, ut quæ non solum frigiditate, sed etiam superflua humiditate sit perniciosa. Nemo deniq; ueterum Cicuta aliter usus est quam quod extrinsecus eam apposuerit, nullus autem eorum intra corpus adhibere iussit. Id quod omnium maxime ostendit Dioscorides de Cicutæ usu in eam scribens sententiam. Multos habet in medicina usus. Collyrijs quæ somno dolorem leuant, commode miscetur succus. Extinguit idem sacros ignes, & quę serpunt. Quin etiam concisa herba comaq; eius mox testibus emplastri modo imposita, nocturnas libidinum imagines in somno auertit. Languent genitalia emplastri modo imposita. Lac extinguit, & in uirginibus mammarum incrementa compescit, & puerorum testes nutrimento augeri prohibet. Plinius quoq; loco paulo supra citato, pręter prędicta Cicutę nihil tribuit, adeo ut satis iam constet Harmel non esse Cicutam, sed potius rutam syluestrem. Caueant itaq; posthac medicinæ candidati, ne pro semine rutæ syluestris Cicutam, cuius succo Plinio lib. 25. cap. 13. teste olim D Athenienses ad mortem in publicis & capitalibus iudicibus utebantur, ad medicinæ usum adhibebant. Non sit, per Apollinem oro, tanti unus accentus, ut quum HARMEL, apud Arabes scribatur cum aspiratione, ut quidam nugantur, significet Cicutam: cum uero sine aspiratione, Rutam syluestrem: quando interdum ex tantilla notula hominum uita periclitetur. Verum Harmel descriptio potius ad ueterum notas exigatur, ita enim mox apparebit esse rutam syluestrem.

Ruta.

Cicuta.

¶ De ALOE, Caput .IX.

MEsue libro suo de simplicibus Medicamentis, cap. de Aloe in hanc scribit sententiam, Aloe mixtum cum melle est minoris solutionis. Et paulo post, Et adhuc etiam est conturbatiuũ, faciens colorem uentris, & nocens stomacho. Imitatus est autem hoc loco, ut alias fere ubiq;, Auicennam, qui lib. 2. cap. 67. ita de Aloe scribit. Permixtio ipsius cum melle, minuit uirtutem eius: At nihil istis falsius dici potuisse, nemo arbitror, sanę mentis est, qui non intelligat, quando ex diametro cum ueterum planitis, ratione deniq; & experientia pugnent. Quantum eñ ad primum attinet, quis est qui nesciat melli suapte natura inesse uim subducẽdi uentrem? Et ut morosis ueteris inscitiæ propugnatoribus, qui sua mordicus tenent, satisfiat, ecce id ueterum testimonijs comprobabimus. Hippocrates libro de morbis qui extra, de melle ita docet, Mel autẽ cum cæteris sumptum nutrit, coloremq; bonum facit, solum uero potius emaciat quam reficiat, lotium enim cit, supraq; modum purgat. Itẽ Galenus lib. 3. de alimentis, cap. 38. inquit, Mel habet quandam acritudinem, qua ad egestionem excitat uentrẽ. Dioscorides etiam lib. 2. cap. 73. ita scribit. Crudum mel inflat aluum, & tussim proritat. Paulus præterea Aegineta lib. 1. cap. 96. ait. Mel coctum magis alit quam aluum subducat: non coctum, contra. Subscribit Paulo Alexander Aphrodiseus sectione. 2. Proble. 66. inquiens. Mel incoctũ tergit & purgat, coctum alere tantum potest. Adde quod Paulus utitur etiam melle cap. 6. ad deijciendã aluũ puerorũ. inquit enĩ. Porro si pueri aluus adstricta fuerit, mel cibo adiectũ dabis. Si atq; mel se solo uentrem subducere potest, Aloe cur non idem plus efficeret, additũ alteri quod similẽ uim obtinet? Hinc est quod Psellius lib. 1. de uictus ratione, in capite de ijs quę uentrẽ citant, Damascenis, itemq; alijs ut aluum plus subducant mel adijci præcipiat. Ait enim, Damascena humida & arida melle

Mel.

confecta, madefacta, ut plus teneant mellis, mansaq; solitaria. Si bis mellis compositio absorbeatur, plus subducit quam si dulce uinũ potites. Quod uero Aloe iuncta melli plus subducat aluum, testatur in primis Dioscor. ubi supra, ita scribens. Cũ resina aquaue, aut cocto melle excepta aluum pota soluit. Id quod Plinius etiam lib. 27. cap. 4. confirmat dicens, Deuorant pillulæ cum mellis decocto, aut terebinthina resina, ad purganda interiora. At quid opus in re manifesta plus ęquo uerbosum esse? Pergemus itaq; ad secundũ, monstremusq; Aloen non obesse stomacho, ut Mesue insanit, sed eundẽ magis roborare. Hoc quod docet Gal. lib. 6. de simplicibus medica. cap. 23. in eum modũ scribens. Aloe est præ omnibus alijs medicinis stomacho accommodata atq; utilis. Quod & Dioscor. subsequentibus uerbis significauit. Aloe mixta alijs quæ purgando sunt, minus noxia ea stomacho reddit. Prædictis subscribit Oribasius in Compendio medicinæ cap. de Aloe inquiens. Aloe acutũ quidẽ non est catharticũ, stomacho autem aptissimũ. Plinius quoq; lib. 27. cap. 4. ita scribens. Confirmat stomachũ Aloe, adeo ut nulla uis contraria infestet. Ex istis satis liquet, quantum a uero aberrauerit in describenda Aloe Mesue, cuius equidem plura adhuc alia sunt errata, quorum aliqua suo loco attingemus.

A

De CASSIA. Caput .X.

Cassia qua nostri passim nunc ad aluũ leniendam utuntur, antiquis penitus incognita fuit: uel si cognita fuit, certe eam in medicinę usu nõ probauerunt: quando nullus aliquã de ista mentionẽ faciat, sed tantũ de quadam specie lignee, quæ σύριγξ, id est, fistula ab eisdem nominat. Quapropter diligentius aduertendum, ne cum in libris Græcorum Cassiam fistulam scriptum inueniemus, alterã putemus intelligi, de qua Arabes atq; recentiores loquunt. In quem sane errorẽ Leonicenus, uir dignus cui multum deferant bonarum literarum cupidi, in epistola ad Menochiũ, plerosq; ex medicis iunioribus incidisse scribit, seq; cognouisse ait, qui cortice Cassię fistulæ Arabicæ, ad citanda menstrua utebantur, cum Cassiã ligneã potius ad eundẽ usum recipere debuissent, ex Dioscor. ac aliorũ Græcorum medicorũ autoritate. Et cum nullus ferme si Medicorũ qui non sciat ligneã dictam, ab alia Cassia arabica esse diuersam, non necessariũ duxi plura de istac re commentari. Si qui tamen forent, qui ista non caperent, illi utriusq; descriptiones conferant, & mox quod diximus deprehendent.

Vnũ tñ q̃d maiori reprehensione dignũ est hic pręterire nõ potui, hoc. s. Non animaduerterunt nostri seculi Medici uulgarẽ nostrã Cassiã ligneã, a uera multũ abesse. tetra em̃ est, inodora & penitus aspernenda, immo nihil habet quare Cassia putari debeat: id quod Dioscor. atq; Pliniũ legenti, remq; ipsam in manu habenti, facile constabit. Dioscor. etenim lib. 1. cap. 12. de eligenda uera ac optima Cassia ita scribit. Eligito rubescentem, amabili coloris bonitate præditam, corallio lapidi similem, angustã ualde, longam crassamq;, & fistulis plenam, erodentem in gustu, & cum feruore aliquo adstringentẽ, aromatum modo odoratam, uini odorem, referentem. In eandem sententiam & Oribasius lib. 2. de uirtute simpliciũ scribit. Eligenda Cassia est, quæ rubea est, boni coloris, corallio similis, tenuis, nitida, ualde longa, & pinguis in fistulis, & in gustu erodens, stiptica cum igne multo, uelut aromatũ similis odore. Vbi, ut obiter moneã, non dipticis legendum, sed δηκτική, id est, erodens. Nec dissentit a dictis Plinius lib. 12. cap. 19. Adde quod Cassia tenuitate corticis, odore. & gustu adeo similis est Cinnamomo, ut duplum eius Dioscor. & Galeno lib. de simplicibus medicamentis ad Paternianũ cap. 73. testibus, pro Cinnamomo poni possit: quorum certe nihil in Cassia nostra deprehenditur, adeo ut uix credibile sit nostrã hanc esse uerã Cassi, sed eam magis quam Diosc. falso Cassiam appellatam esse scribit, miror cum reliqua similitudinis, quæ gustu nec acri, nec odorata, inhærentemq; medullæ corticem habentem deprehenditur. At relinquimus ista ueritatis exquisitoribus diligentius pensitanda.

B

Cassię electio.

De RADICE. Caput .XI.

Annotandũ est in primis, autores Græcos de ea radice sub nomine Turbit nihil penitus scripsisse, barbara em̃ uox est Turbit, & a posterioribus medicis quæcunq; ea sit sic appellata. Nam quod apud Diosc. lib. 4. cap. 156. de Pityusa hæc uerba grece inserta sunt, Quam uocant Turbit, id a posterioribus factũ est, & Dioscor. adiectũ. ea enim in nullis ueteribus græcis aut latinis leguntur codicibus, nec etiã legi debent. Proinde cum greci nihil de ea certi tradant, necesse est, nostræ ætatis Medici eius radicis descriptionem ab Arabis petant. Quod etsi tentauerint, non est tamen quod certi quicquam de ea radice apud eosdem offendere queant: quando quid per TVRBIT intellexerint, difficile, imo ferme impossibile, fuerit diuinare. Aliud enim de

C ipſo ſcribit Serapio, aliud Meſue. Serapionis equidē hæc de Turbit uerba ſunt, Turbit eſt plan-
ta quę in littore maris naſcit̄, in locis. ſ. quę mare cooperit quando creſcit: quando uero eſt tran
quillum non tangit ea. non enim naſcitur intra aquā, nec procul ab ea. Habet folia ſimilia folijs
plantę quę dicitur Araſatis (quāuis hoc uerbum corruptū ſit, ac pro eo legendū, Iſatis) niſi quia
ſunt craſſiora. Habet ſtipitē duobus palmis longū, diuiſum in ſummitate. Flos eius mutat colo
rem ſuū ter in die: quia mane eſt albus, & meridie declinans ad purpureū colorē, in ueſperis ue
ro fit rubeus. Radix uero eius odorifera eſt, & alba, quę quādo maſticat̄ calefacit linguā. Quod
ſi uerū hoc eſt Turbit a Serapione Mauritano deſcriptum, certe nihil a Tripolio differt. nam o-
mnia quæ Serapio de Turbit ſcribit, ea Dioſcorides ac Plinius Tripolio tribuunt. Dioſc. nanq;

Tripolium.

lib. 4. cap. 126. de Tripolio ita diſſerit. Tripoliū naſcitur maritimis locis, quo fluctus peruenit &
regreditur, non tamen in arida, neq; in mari. Folia habet Iſatidi ſimilia, craſſiora tamē. Caulem
dodrantalem in ſummo ſe diuidentem. Fertur flos eius ter quotidie mutare colorem. Matutino
enim albet, Meridie purpureſcit, Veſpere puniceo colore fit. Radix illi eſt candida, odorata, gu
ſtu feruida. Plinius uero lib. 26. cap. 7. Tripolium in hunc modum depingit, Tripolium in ma-
ritimis naſcitur locis, ubi allidit unda, neq; in mari, neq; in ſicco, folio Iſatidis, craſſiore, palmo
alto, caule in mucrone diuiſo, radice alba, odorata, calida guſtu. Hinc Pandectarij deprehendi-
tur error, qui in ſuis Pandectis, multa mendatiorum plauſtra continentibus, duo facit capita,
unum de Tripolio Dioſc. alterum uero de Turbit Serapionis: quaſi Turbit apud Serapionem
ſit aliud a Tripolio Dioſcoridis. Verum Serapionis Turbit, quod idē eſt, ut iam oſtendimus,
cum Tripolio Dioſcor. non eſſe Turbit quo nunc paſſim officinæ utuntur, ex eo manifeſtū fit:
quia radix Tripolij ſecundum Dioſcor. & Plinium odorata eſt: qua uero nos utimur pro radi-
ce Turbit, ea omnino odore caret, proinde Serapionis Turbit eſſe non poteſt. Quod autē Tur-
bit Meſue non ſit Tripolium apud Dioſcor. adeoq; diuerſum ab eo quod Serapio deſcribit, fa-
cile ex eiuſdem uerbis animaduerti poteſt. Inquit enim. Turbit eſt radix herbæ cuius folia ſunt,
ſicut folia ferulæ, minora tamē, & eſt ex habentibus lac. Horum nanq; nihil in Serapionis Tur-
bit deprehendere licet. At nec Turbit deſcriptio, ſecundum Meſue, ex genere habentiū lac con-
ſtare poteſt. Nam ſi uera eſſet, conſequeretur Turbit a Meſue deſcriptum uel eſſe aliquam ſpeciē
Tithymalorum, uel radicē Pityuſæ, quorum tamen neutrum aſtrui poteſt. Sunt etenim ſeptem
Tithymalorum ſpecies, Dioſcoride lib. 4. cap. 155. teſte: ſed nulla earum eſſe poteſt Turbit a Me-
ſue pictum. Siquidē nulla ex illis habet folia ſimilia ferulę, qualia habet Turbit Meſues, ut con-
D ſtat ex Dioſcor. ſingulas Tithymalorum ſpecies per folia, ac flores, & reliquas notas deſcriben-
te. Neq; Turbit a Meſue deſignatum Pitiuſæ lactariæ herbæ radix dici poteſt. folio enim piceæ
conſtat, non ferulæ: quemadmodum ex lib. 4. cap. 156. Dioſcor. liquet, cuius de Pitiuſa hęc ſunt
uerba. Caulem ex ſe mittit cubito maiorem, multis geniculis interſectum, acuminatiſq; foliolis
ueſtitum, piceæ ſimilibus. Nec diſſentit Plinius lib. 24. cap. 6. dicens, Pitiuſam quidam in Tithy
mali genere numerant, frutex eſt ſimilis piceæ. Accedit ijs quod hæc radix Pitiuſæ non Turbit a
Serapione, ſed Scebram, id eſt, Eſula nuncupatur: id quod palam fiet conferenti ea quæ Sera-
rapio de Scebram ex Dioſcor. autoritate ſcripſit. Quod ſi uero quis contendat Turbit a Meſue
deſcriptum eſſe poſſe uel Lathyrin uel Peplion, quando & illas inter lactarias herbas connume-
ret Dioſcor. is ſciat neutrum fieri poſſe: cum utriuſq; radix a Dioſcoride cenſeatur inutilis. Vide
ant iam ueritatis amatores quot difficultates, & quidem inexplicabiles occurrant Medicis, A-
rabum placita ſectantibus. hi enim non modo a Græcis, ſed a ſeipſis quoq; diſſentiunt. Proinde
ſi ueritatem rimari animus eſt, omnino ſatagendum, ut folium uiride inſpiciatur, & an ſit folio
Iſatidis, aut ferulę ſimile: uel etiam neutro, diligentius conſyderetur. Scribit autē Ioannes Main
ardus, exacti iudicij uir, primo ſuarum Epiſtolarum libro, ſe a fide dignis intellexiſſe, quod ea
radix qua pro Turbit utimur, ex planta accipiatur, quę folio Myrti conſtet. Quod ſi uerum eſt,
certe ſecunda Tithymalorum ſpecies erit. Hęc enim ut ſcribit Dioſcorides, folia habet Myrto ſi
milia. Clarum itaq; ex iam dictis, utroſq;, & Serapionem & Meſuen, aberraſſe. Plura ea de re le-
gito apud Leonicenum in Epiſtola ad Hieronymum Menochium.

❡ De SANDARACHA. Caput .XII.

ARabes uniuerſi Sandaracham eſſe gummi ſcribūt, quod alio nomine Vernix appellatur.
Id quod in primis Serapio indicat ita ſcribens. Sandaracha eſt gummi calidæ & ſiccæ comple-
xionis, & eſt ſimile Karabe, ſed non eſt ita durum, & in eo eſt parum amaritudinis, & affertur a
terris Chriſtianorum. Græci contra & Latini per Sandaracham lapidem metallicū intelligunt.
Fuitq; quondam Græcis & Latinis ſcriptoribus duplex Sandaracha. Metallica pluribus locis
foſſilis. Galeno enim Libro de ſimplicibus Medicamentis ad Paternianum Capite. 139. teſte, af-
fertur a Ponto, Cappadotia, & Cilicia, & eſt lapis ignei coloris. Plinius quoque Sandaracham
libro, 34. capite, 18, inter Metalla connumerat dicens, Inuenitur & in aurarijs & in argentarijs

A

metallis, melior quo magis ruffa, quo magis uirus redolens, ac pura friabilisq;. Dioscorides etiam Lib. 5. Cap. 76. inter metalla de Sandaracha agens, hunc in modū inquit. Eligenda Sandaracha est, quæ ad satietatē flammeo colore ruffescit, fragilis, plana, puraq;, & cinnabaris colore aliquo, sulphuris etiā uirus olens. Altera deinde fictitia & adulterina Sandaracha est, quę ex cocta cerussa fit, qua fœlicius pictores quā medici usi sunt. De qua Plinius Libro quinquagesimo quinto, Cap. 6. ita scribit. Fit adulterina & ex Cerussa, in fornace cocta. Et Victruuius septimo suæ architecturæ comentario, Cerussa, inquit, cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendij Sandaracha fit. Lapsos itaq; arbitror Arabes, quod Sandarachā esse gumi putauerunt, cū eandē ueteres omnes inter lapides metallicos connumerarint. Id quod ex eo etiā colligi potest, Arabes omnes uires quas Prisci uerę Sandarachæ, quę metallū est, tribuunt, suę quoq;, quæ gummi est, adscribunt, quod fieri non posset si diuersæ essent. Vix enim duas res inuenies quarū uirtutes ex æquo sibi conuenient. Quod autē Arabes easdē, quas Græci suæ Sandarachæ tribuerint, facile ostendemus ex ijs quæ utriq; de ea scripserunt. Inter Græcos autē Diosc. hæc tradit de Sandaracha. Vires cocturamq; easdē Auripigmento habet. Resina excepta capilli defluuia sanat. Cum pice scabros pellit ungues, pediculosis ex oleo prodest, panos cum adipe discutit. Nariū & oris ulceribus accomodata est, & cū Rosaceo cæteris pustulis & condylomatis. Dat & contra purulentas excreationes cum mulso, & contra ueterē tussim, cū resina incenditur per fistulā uapore eius in os attracto. Vocē purgat cum melle lincta, & suspiriosis cū resina deuorat. Eadē uero inter Latinos Plinius, ubi supra, de Sandaracha quoq; scribit, inquiens. Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. Suma eius dos stiptica. Explet alopetias ex aceto illita. Additur oculorū medicamētis. Fauces purgat cū melle sumpta. Vocem limpidā & canorā facit. Suspiriosis tussientibusq; iucunde medet cum resina terebinthina in cibo sumpta. Iam istis Arabū de Sandaracha placita confer, & nihil quod a prædictis pugnet offendes. Sed ne plus æquo uerbosior sim, unus Auiceña, qui Lib. 2. Cap. 627. de Sandaracha in hanc sententiā scribit, sufficiat. In ipsa est stipticitas & proprietates retinendi sanguinē. Desiccat fistulas quādo cum ea suffumigatur. Eius sumus prohibet catarros. Fluxum deniq; sanguinis & asthma humidum sua exiccatione arcet. Vtuntur ea luctatores, ut difficultatē anhelius non incurrant. Quare, ut finē tandem faciam, errasse Arabes uerisimile est, Sandaracham gummi statuentes, cum ex ueterum decreto potius lapis sit metallicus.

Sandarachæ uires.

B

¶ De SACCHARO. Cap. XVII.

SAccharū antiquorum est id, quod Dioscor. Galenus ac Plinius describit, speciem mellis esse dicentes, & ob eam etiam rem de eo inter mella loquuntur. Dioscoridis autem hæc de Saccharo lib. 2. cap. 73. sunt uerba. Vocatur & quoddam Saccharum, quod mellis genus est in India, fęliciq; Arabia concreti. Inuenit id in harundinibus concretione sua sali simile, & sub dentibus instar salis confringitur. Galeni uero lib. 7. de simplicibus medicamentis, cap. 97. de Saccharo hæc est sententia, Saccharū aūt uocatū ex India fœliciq; asportat Arabia, in harundinibus concretū, estq; mellis species. Hactenus Galeni uerba recitauimus. Plinius etiā lib. 12. cap. 8. de Saccharo scribens, nihil a superioribus uariat, eius hæc sunt uerba: Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Amplissimū nucis auellanę magnitudine, ad medicinæ tantū usum. His quoq; subscribit Alexander Aphrodiseus lib. 2. problem. 74. ita inquiens. Quod Saccar Indi appellant, mellis coagulum est, sole cogente rores, conuertenteq; ad mellis dulcedinem, quod idem monte etiā Libano fieri certum est: fit Saccar id proximū salis glebulis candidū, fragile, uim id quoq; tergendi purgandiq; melli similē habet. Saccharon uero hoc antiquorū nihil differre a salē Indo in primis ostendit Archigenes, antiquissimus medicinę professor, qui id Indicū salē, & harundineū mel uocauit. Paulus itidē Aegineta lib. 2. Saccharū salē Indū nominat. ait enim. Et sal Indicus colore quidē & concretione communi sali similis, gustu autē melleus. Hoc idem Auicenna quoq;. 4. Canon. capite de asperitate linguæ febricantiū scribit, inquiens: Teneat in ore salē qui ab Indis deportatur, colore salis, dulcedine mellis. Cur autē Saccharū salē Indū nominarint, nulla alia caussa est, quā quod sua concretione sali simile sit, candoremq; ac friabilē in eo siccitatem, & cū diluitur humore aliquo, liquefactionem, quę in sale sunt, una hac similitudine ostendat. Dictū est & hoc Sacchari genus, q̄d ex India fœliciq; Arabia portabat, Candū, quia nimia solis excandescentia multū obduruerat. Est autē sal Indus, seu Saccharū Candum, aliud a Zucharo nostro Candi atque Taberzeth. Nam Zuccharum Taberzeth nostro tempore non portatur ex India, sed ex Zuccharo nostro quater uel quinquies excocto, lucelli maioris corradendi gratia, seplasiarij Veneti facere didicerunt: harundines quoq; immittentes, supra quas uideri possit conglobatum: & gosapio inuoluentes, ut naui ex Orientalibus regionibus inuectum putetur. Ita etiam nostrum ZVCCHARVM Candi res facticia est, cuius mate-

Archigenes.

C ria eſt Zuccharum albũ. Proinde errant Auicennę expoſitores, Gentilis Herculanus, & alij, per ſalem Indum Zuccharũ Candi intelligentes. nam pręter hoc quod non eſt narurale, ſed factitiũ, etiam colore non eſt album, uerũ potius ſubluteum. Candum autem naturale, antiquis Saccharum nominatum, in fœlici Arabia, ut diximus, & India tantũ in harundinibus, maioribus fruſtis, maioriq; duricia, ob uehementiores radios ſolis, aptioraq; ad id tolerandum harundinũ folia, coagulatur. Eſt uero Saccharum hoc antiquorum a Zuccharo noſtro diuerſum. Nam res Zuccharum a noſtris dicta, nihil aliud eſt, quam ſuccus a proprij generis planta bene contrita expreſſus, calore ignis plus minusue excoctus, coactus ac defęcatus, in Zuccharũ tanto candidius & durius euadens, quanto plus concoctionis defęcationiſq; tolerauerit. Et ut Iohannes Mainardus, acerrimi iudicij uir, in ſuarum Epiſtolarum medicinalium libro ſecundo, ſe a Luſitanis & Siculis cognouiſſe ſcribit, planta, a qua Zuccharũ exprimitur, humectis locis proprio ſemine ſeritur, exteriore quidem ſpecie arundini magnæ ſimilis, interiore ſubſtantia ualde diſſimilis. Pulpoſa enim eſt, grauis, mollis, & ſucci plena: quum arundo e contrario ſit leuis, dura, uacua. Quare ſi iſta cum antiquorum Saccharo contuleris, nihil quod eidem conueniat, deprehendes. Nam cum antiqui omnes Saccharum ſuum, ut paulo ante diximus, mellis materiam ac rorẽ eſſe fateantur, certe ab eo tam differt Zucchari materia, quã planta differt ab aqua. Forma deniq;, quam illi adſcribunt, minime huic noſtro congruit. A Dioſcoride enim ſalibus, quo ad conſiſtentiã concretionemue ſimile, ac dentibus, ſalis inſtar, perfringi dicit, & a Plinio gummi modo candidum. Noſtrũ uero, priuſquam coquatur, colore potius nigricãs, & ſubruffum, quam candidum inuenies: nec dentibus fragile, ſed per ſuctum, non per dentium attritionem deglutiendum. Efficiens quoq; noſtri primum eſt forma ipſa plantæ: ſecundum artifex calore ignis coquens & defęcans: & demũ in hanc, quã uidemus metę formam in ligneis quibuſdã uaſculis deducens. Antiquorum autẽ Saccharũ noctis primo frigus adglutinat, dehinc ſuperueniens ſolis calor obdurat. Noſtrum etiam plantæ pulpa in Siciliæ & Canariæ inſulis continet, effigie tantum arundini ſimilis. Illud ſupra arundinis ueræ folia in India fœliciq; Arabia, & monte D Libano, teſte Galeno, libro tertio de alimentis, cap. 38. & Alexandro Aphroſidieo, coagulatum inuenitur. Noſtrum gulę proceribus ſuauiſſimas dapes miniſtrat, illud ad medicinæ tantum uſum, Plinio ſcribente, uenit: & ut docet Dioſcorides, εὐςόμαχον, id eſt, uentriculo bonum exiſtit. Noſtrum potius pectori quam uentriculo utile experimur. Illud poſtremum non ſiticuloſum, teſte Paulo, ſicut mel: noſtrũ uero non minorẽ ſitim quam mel facit. Quis eſt iam, qui Saccharum antiquorum, & Zuccharum noſtrum eſſe res diuerſas ambigat? quando forma, materia, efficiente, loco, uiribuſq; longe euarient.

Zuccharum.

¶ De CISTHO, SEV LAVDANO. Cap. XIIII

AVuicenna. 2. Can. cap. 432. de Laudano ſic ſcribit: Laudanum eſt humiditas pendens in pilis caprarum paſcentium, & barbis earum, cum paſcunt plantam, quæ nominatur Cuſus. Quibus ſane uerbis Auicenna innuit, Laudanũ eſſe ſpeciem Cuſi, id quod & cap. 172. manifeſtius indicat, dum inquit: Et una quidẽ ſpecierum eius eſt, quæ nominatur Laudanum. Cuſum autẽ Auicenna corrupto uocabulo pro Ciſſum poſuit. Miſcuit autem & hoc capite Auicenna Hederæ uires cum alterius herbæ, quæ Ladanum fert, uiribus, id quod perſpicuum erit, hoc caput de Cuſo conferenti cum capite de Ciſtho apud Dioſcoridem. Serapio quoq; haud aliter quam Auicenna de Laudano ſcribit, dicens: Laudanum colligitur ex una ſpecie Ciſſi. Ex quibus etiã uerbis manifeſto deprehendimus, eundem perinde ac Auicennam Hederæ naturam, quæ Græcis κισσὸς dicitur, non ſatis cognouiſſe: nec enim a Ciſſo, hoc eſt, Hedera, Ciſthon herbam Ladaniferam ſecernere potuerunt, ſed nominis uicinitate decepti, quæ Ciſtho debentur, una tantum mutata litera, ad Ciſſon tranſtulerunt. Nam pingue illud, quod a Lada herba, quæ Græcis etiã κίσθος dicitur, Ladanum nuncupatur, barbis hircorum adhęreſcit, non de Ciſſo ſiue Hedera, ſed de Ciſtho, quemadmodum Dioſcorides, Galenus, Paulus, & alij ueteres uno conſenſu tradunt colligitur. Dioſcorides enim libro primo, cap. 119. de eo in hunc modum ſcribit. Eſt & alterum genus Ciſthi, quod Ladon a quibuſdam dicitur, frutex Ciſtho ſimiliter naſcens, longiora tantũ nigrioraq; folia habet. quibus per uer pinguitudo quædam, quæ adſtringendo ſit, inhæret, omnibus quibus & Ciſthus accomodata. Fit ex eo Ladanum, folia eius paſcentes hirci capræq; pinguitudinem barbis & femoribus, quoniam uiſcoſa ſit, inhærentem reportant, quam depectentes per colũ liquant, ſeruantq; in offas conformatam. Galenus etiã lib. 7. ſimpliciũ medicamentorũ cap. 27. ita de Ciſtho ſcribit: Ciſthos in calidioribus quidẽ locis generatur. Fit autẽ ex eo Ladanũ medicamentũ. Accedit Paulus Aegineta, qui non aliter quã prædicti de Ladano diſſerit, cuius hęc ſunt uerba. Ladanũ ex Ciſtho, quã Ladona uocant fit. eſt uero in Cypro. Iam conſyderandũ, quo pacto fieri poſſet ut ex Hedera colligeretur, fieretue Ladanũ, quando in Cypro

insula, si Theophrasto grauissimo autori credimus, nec Hedera quidem nascatur. Est igitur Cisthos uel Lada, siue Ledon, non autem Cissos, id est, Hedera, cuius flore depasto, Ladanum hircorum barbis adhæresci. In hoc equidē errore, quemadmodū in multis alijs, fuit autor Pandectarum, qui uolens forte Auicennam tueri, Hederæ nomen aliquanto etiam, quam cæteri, fusius accepit, adeo ut omnem herbā, qua capræ libenter uescerentur, ab edendo Hederam appellari posse, non tam docte quā stulte arbitratus sit. In eundē errorē incidit & Plinius (utriusq; enim historiam confundam) hæc Cisso tribuit, quę Cistho Dioscoridis ac reliquorum probatissimorum testimonijs conueniunt. Plura ea de re offendes apud Nicolaum Leonicenum, nunquam laudatæ eruditionis hominem, in eo libro, quem de Plinij erroribus ædidit.

A

¶ De SVCVTO. Caput .XV.

AVicenna secundo libro sui uasti Canon. cap. 615. ait: Semperuiua est Sucutum. Et cap: 542. dicitur, quod Sucutum est Semperuiua, & dicitur, quod est species seminis Mandragorę, & dicitur aliud. Ex quibus satis constat, ignorasse Auicennā, quid esset Sucutum. nam uarias de eo sententias afferrens, uni præ alijs non inhæret, sed solum refert alios existimasse, quod esset Semperuiua, alios Mandragoræ cuiusdam semen, alios aliam rem, nihil tamē interim certi in re tam dubia pronuncians. Id quod fecit quoq; Fen. 10. Canone. 3. Tractat. 4. cap. 6. de sputi sanguinis curatione in hanc sententiam scribens: Sucutū est Semperuiua: & scripsit uir quidam in suis aggregationibus esse calamenti speciem, nascentem inter lapides. Quid, quæso, certi ex ambigua illa descriptione uenetur medicæ professionis studiosus? Ah resipiscant tandem, qui Auicennā sibi tanquam idolum erexerunt, quiq; ab eo dissentire, piaculum ducunt, cognoscantq; non solum in hoc autore omnia dubitationibus esse plena, sed & omnes eius libros, secundum præsertim, in quo de simplicibus medicinis tractat, innumeris scatere erroribus, quorum magnā partem hoc libro attingimus. Sucutū uero neq; est Semperuiua, neq; semen Mandragoræ, neq; species calamenti, sed est Dioscoridis ac aliorum ueterū Symphytū, id quod dilucidū admodū erit, si quis Auicennæ caput de Sucuto, cū capite Dioscor. de Symphyto comparauerit. Auicenna nanq; Sucutū in hunc modū describit: Sucuti duæ sunt species, una petræa dicta, alia non petræa. In ipsa est humiditas calida temperata, & tenuitas, habens odorē & dulcedinē quandā, cuius aqua saliuā attrahit, & conglutinat partes carnis in uase. Diosc. uero lib. 4. ca. 10. hæc de Symphyto uerba. Symphyton cognomento petræū, nascit in petris, ramulos habet Origano similes, graciles, folia, capitula ut thymi, totū est lignosum & odoratū, dulceq; gustu, & saliuā prouocans. Radicē habet longā, subruffam, digitali crassitudine. Carnes etiā cum coquunt, constipāt. Haud aliter Plinius lib. 27. cap. 6. Symphyton depingit. Alum, inquit, nos uocamus. Græci Symphyton petræum, simile cunilæ bubulæ, folijs paruis, ramis tribus aut quatuor a radice, cacuminibus Thymi, surculosum, odoratū, gustu dulce, saliuā ciens, longa radice, rutila: nascitur in petris, ideo petræum cognominatū. Radix carnes, cum coquuntur, conglutinat addita. Ex istis iam luce meridiana clarius est, Sucutū cum Symphyto idem esse: utriusq; enim descriptiones conueniunt. adeoq; errasse Auicennā, certū est, eo quod Sucutū idē quod Semperuiuū esse dixit, quando Sucuti descriptio nihil commune habeat cū Semperuiui descriptione, ut constat cap. 81. lib. 4. Dioscor. de Aizoo, seu Sedo maiore legenti: uerum singula eius descriptionis Symphyto magis, quam Consolidā uulgo uocant, conueniunt, quam uel Semperuiuo, Mandragoræ, aut Calamento, ut ex eorundē descriptionibus, quas consulto præterimus, elucescet.

In Auicennā.

Sucutum.

B

¶ De MEZEREONTE, SEV CHAMAELEA Caput XVI.

PRimum omniū, ut errorē hunc probe conuincamus, Arabum descriptiones more nostro pręmittamus, ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Inter Arabes autem Auicenna lib. 2. cap. 467. de Mezereon in hunc modū scribit: Mezereon est lacticiniū magnum, quod est duorum modorū, unū eorum est, magna habens folia & spissa, & hoc est deterius amborum: & quod nigrum est, perniciosum existit. Melius Mezereon est, in quo sunt folia plurima, & similia folijs oliuę, & subtiliora. Est acutum excoriatiuū, & eius acrimonia est uehemens. Mesue uero in suo de simplicibus medicam. libro ita tradit. Mezereon est planta, uocata apud Persas rapiens uitam, cuius folia sunt similia folijs oliuæ, sed maiora. Est & planta lacticiniorū maiorum, cuius species sunt plures. Est enim quędā magna habens folia, & subtilia. Est & parua habens folia sicut folia oliuę, & spissa nimis: & est folia habens crispa & aspera: & ex eis aliud est colorem habens uiridem, & aliud habens colorem subnigrum. Serapioni per omnia ferme cum prædictis conuenit, nisi quod ex genere lactariarum herbarum non facit. Ex quibus collige primum plantam, quæ ab Arabibus Mezereon nominatur, Græcis esse eam, quam Chamæleam uocant, ut constat, conferenti caput ipsum de Chamęlea apud Dioscoridem descriptum,

C cum ijs, quę de Mezereon ex Arabũ sententia iam retulimus. Dioscoridis enim lib. 4. cap. 161. de Chamælea hæc sunt uerba. Chamælea dodrantales habet ramulos, frutex surculosus, folia habet oleæ similia, tenuiora tamen & frequentia, amara, gustum erodentia, & scarificantia fauces. Hæc omnia Arabes suo adscribunt Mezereon, adeo ut nullus, nisi talpa cæcior sit, non uideat Mezereon Arabum, esse Græcorum Chamæleam. Quæ ideo hoc nomen apud Græcos sortita est, quia habet folia similia oliuis. Secundo ex Arabum descriptionibus collige, Auicennam & Mesuen in duplicem incidisse errorem. Primus est, quod Mezereon inter lactaria connumerant. Secundus, quia Chamæleonem herbam cum Chamælea siue Mezereon confundunt, quarum tamen non modo nominum, sed etiam naturæ ratio diuersa est. Non esse autem Mezereon inter lactarias herbas collocandum, ex Dioscoride in primis manifestũ fit, qui suę Chamælææ nihil tale tribuit. Præterea si herba esset ex habentibus lac, aliquam esse speciem Tithymalorum consequeretur, aut aliam quandam lactariam herbam, quorum tamen neutrum recte dici potest, ut constat ex Dioscoride, singulas Tithymalorum species, ac herbas reliquas lactarias describente. Quod uero multa Mezereon seu Chamæleæ tribuerint Arabes, quæ magis Chamæleoni conueniant, probari potest ex his, quas ipsi suo Mezereon adscribunt proprietatibus. Nam quod primũ plures eiusdem faciunt species, album aliquod esse dicentes, aliquod uero nigrum, hoc nihil ad Mezereon attinet. Nigrum enim & album non sunt Mezereonis, id est, Chamælesę fruticis differentiæ, sed Chamęleonis herbę aculeatæ, cuius duo quidem genera, alterum albi, alterum nigri discrimine non modo a Dioscoride, sed etiam a Plinio distinguitur: immo ab ipso quoqꝫ Serapione, qui postea in alio loco & capite diuerso de Chamæleone albo & nigro eadem fere scribit, quæ de ambobus Dioscorides: neqꝫ tamen meminit se de eisdem herbis, capite de Mezereon fecisse mentionem, cuius tamen simplex species est secundum Dioscor. Plinium ac Paulum, qui omnes Chamæleonem album & nigrum sui generis herbas fecerunt, a Chamælea, id est, Mezereon differentes. Hunc eundẽ errorem repetens Auicenna. 2. Canon. cap. 177. Chamæleon, inquit, est species de Mezereon nigra, mortifera. Idem insuper Auicenna capite de Mezereon, proprietates eius enarrans, in hanc scribit sententiam. Omnes species administrantur ad morphæam, & albaras, & ad lentigines, linitæ exterius, & quandoqꝫ admiscetur ei sulphur. Colluitur os cum decoctione eius, & proprie decoctionis nigri, & sedatur dolor

Proprietates Mezereon.

D dentis. Quæ singulæ proprietates a Dioscoride libro tertio, capite decimo, non Chamęleæ, sed Chamęleoni nigro tribuuntur. Eius enim de Chamęleone hæc sunt uerba. Potest concisa radix, addito exiguo atramento sutorio, Cedrinoqꝫ oleo, & Axungia, scabies exterere. Abstergit & impetigines, admixtis sulphure & asphalto, in aceto cocta & inuncta. Colluuntur decocto eius utiliter in dolore dentes. Subiungit Auicenna, quod omnes species Mezereon administrantur ad impetiginem & ulcera sordida cum melle, & eradicant cortices. Hoc quoqꝫ dictum, ut præcedens, falsum est, quia ista proprietas purgandi ulcera sordida, & quæ Eschară habent cum melle, non est Chamęleonis albi uel nigri, quos eodem capite Auicenna falso innuit esse species Mezereon, sed Chamæleæ tantum, ut habetur ex Dioscoride, cuius hæc de Chamælea uerba. Repurgant cum melle concisa folia, sordida, & quæ crustas contraxerunt, ulcera. Quæ deinde sequuntur apud Auicennam, ea Chamæleoni albo conueniunt: sicut est educere lumbricos, conferre hydropisi, & reliqua. Testis est Dioscorides, qui hæc omnia Chamæleoni albo adscribit, inquiens. Radix Chamæleonis albi acetabuli pondere pota, latos uentris lumbricos pellit. Datur & contra cutem subeuntes aquas utiliter drachmæ pondere cum uino: extenuat enim ac minuit eas. Hunc errorem continuans Auicenna Fen. 6. Can. 4. Tract. i. Summa. 2. cap. 7. accidentia atqꝫ remedia, quæ Chamæleoni nigro, radici uenenatæ a Paulo Aegineta assignantur, ipse ad Mezereon, id est, Chamæleam transfert. Nec eius erroris expers fuit Mesue: is enim non aliter quam Auicenna, cuius simia existit, Mezereon adscribit, quę debentur Chamæleoni: scribit enim interficere lumbricos, collutionemqꝫ eius ex aceto conferre dolori dentium, & fieri ex eo unguentum bonum ad scabiem: quæ singula a Dioscor. Chamæleoni albo & nigro tribuuntur. Nihil uero horum conuenire Mezereon, siue Chamæleæ, ex Dioscoride liquet, qui uniuersas eius proprietates breuissime his uerbis complexus est. Purgant per inferna folia eius pituitam & bilem, maxime si deglutienda dantur, uni foliorum parti duabus absinthij mixtis: conformantur autem aqua mulsa in pillulas. Non conficiuntur in stomacho, sed qualia sumpta fuerunt, excernuntur. Iam arbitror, ad tædium usqꝫ ostensum est, aberrasse in Mezereon descriptione Arabes, commodum itaqꝫ ut ad alia festinemus.

¶ De CICVTA, & NAPELLO. Cap. XVII.

EX hoc errore deprehendent, manifesteqꝫ agnoscent ueritatis amatores, quanta in caligine uersentur hi, qui mordicus tenent Auicennam, uniuersæqꝫ medicinæ principem statuunt: ac omnia quæ idem scripsit sine ullo rationis examine, pro uero admittunt: adeo ut non immerito quis sortem humanam deplorare posset, quod tot seculis mirum in modum sub Auicennę pla-

placitis periclitata sit. Certum enim est, Auicennam nihil eorum quæ scripsit, explorasse. Rex enim fuit, & curandis infirmis operam non dedit, transscriptorq; tantũ Aliabatis ac Rasij, aliorumq; fuit. Proinde ubi suis uelis nauigare tentauit, mox nauem impegit, ita ut recte admodũ Ambrosius Leo Nolanus, non obesæ naris uir, de eodem sic pronunciauerit. Auicenna dum res naturales ingenio proprio tractare aggressus est, usq; adeo argutule disputauit, ut pro sperata gloria, mali philosophi nomen adeptus sit. Et hæc uera esse, sentient omnes, qui ea quæ de Cicuta & Napello scribit, exacto iudicio trutinauerint. Animaduertendum itaq;, Succaram apud Auicennam eandem esse cum Cicuta: eosdem siquidem Succaram tribuit effectus, quos Cicutæ Dioscorides. Libro enim secundo, cap. 671. Succaram in hunc modum describit. Crus huius plantæ est, sicut crus ferulæ, & habet florem album, & semen sicut Anisum. Dioscor. uero lib. 4. cap. 73. Cicutam ita depingit. Cicuta geniculatum profert caulem, fœniculi modo, & grandem. Folia ferulæ similia, angustiora tamen, & grauiter odorata, in cacuminibus & umbellas habet, florem subalbidũ, semen simile Aniso, sed candidius. Quis est iam, qui colllatis utrorumq; descriptionibus, Succaram esse eandem cum Cicuta non uideat? Verum Auicenna tanquã parum sibi constans, descriptione ista non contentus, Succaram aliquando folijs cucumeris, aliquando mandragoræ, iuxta diuersorum authorum opiniones constare tradit. Eandem etiam nunc Euphorbium, nunc Alpharphas, & nonnunquam Hyoscyamum nigrum uocat. Nam Fen. 6. cap. 4. tract. 1. cap. 2. ubi de uenenis agit, Cicutam non Succaram, sed Alpharphas appellat, existimatq; esse Napellum, aut uenenum interficiens hominem, & non interficiens turdos. Quod & 2. Canon. cap. 503. de Napello facit: coturnices tamẽ pro turdis nominat, dicens: Coturnices ex eo cibantur, & non moriuntur. Quæ equidem Galenus lib. 3. de simplicib. medica. distin. 4. cap. 1. non Napello & turdis, sed Cicutæ & sturnis adscribit, cuius hæc quidẽ uerba sunt. Cicuta hominem sane interficit, ob meatuum latitudinem, & caloris abundantiam, ac propter magnam quam habent arterię in attrahendo uim, pollens adhuc pertingit ad cor: non exanimat uero sturnos ex contrarijs caussis. In eandem quoq; sententiam scribit Galenus lib. 2. de alimentis, cap. 4. dicens. Cicuta sturno nutrimentum est, homini uenenum. Quamuis ut obiter dicam, antiquus interpres perperã semper pro sturnis, turdis uerterit. Id quod & Alexander Aphrodisæus in prooemio suorũ problematũ indicat, inquiens. Veratro coturnices, Cicuta sturni uescuntur, quæ toxica hominibus esse certũ est. Videmus itaq; manifestissime, Auicennã Napello tribuisse, quæ ex autoritate omniũ ueterũ debent Cicutæ, quę etiã nostri seculi medici imitantes, de Napello constanter affirmãt, quod nulla experientia habent compertũ. Quod autem Cicutã Hyoscyamũ nigrũ nominat, id manifestũ fit ex capite Fen. 6. canon. 4. tractat. 1. summa. 3. Vbi omnia signa quę scribuntur ab Auicenna in eo, qui hausit Hyoscyamum nigrũ, ac contra idem uenenũ remedia non sunt alia, quã quæ in Cicuta Dioscorides notauit. Auicenna nanq; ita ait: Accidũt ex eo præfocatio & frigus extremitatũ, & tensio uehemens pręfocans, & tenebrositas uisus, & forsitan non uidet aliquid, & destruit imaginationẽ, & infrigidat extrema, deinde spasmat & præfocat & interficit. Cura. Administra in primis clysteria & uomitũ, & uentris solutionẽ: deinde da in potu de uino puro aliquid post aliquid: quoniã est magni iuuamenti cum eo quod bibit & absynthiũ: & detur in potu piper cum uino, similiter castoreum & ruta, &c. Dioscor. uero libro sexto, cap. 11. in hunc modum. Caliginẽ uertiginesq; oculis tantas Cicutę potus affert, ut nec minimum uidere liceat. Singultus itidem, mentis alienationem, & extremarum corporis partium perfrictiones. Postremo conuulsione strangulantur, cessante a motu omni in arterijs spiritu. A principio igitur, quemadmodum in alijs decretum est, uomitionibus eam educemus: mox exinanitione hac facta, delapsam in intestina eius partẽ purgabimus, tuncq; ueluti ad efficacissimum remedium, Meracas uini potiones transibimus, per interualla dantes, & in interuallis his asininũ bubulumue lac, uel absynthium cum pipere, castoreoq;, aut rutam, &c. Cęterum nõ cognouisse Auicennã, Napellum, ex multis colligi potest. Primo, quia signa, quæ ab Auicenna ponuntur, in eo qui hausit Napellum, sunt eadem ijs, quæ a Dioscor. scribuntur in ijs, qui toxicum biberunt: id quod dilucide eorundem uerba monstrabunt. Auicenna enim Fen. 6. lib. 4. capite primo, ita de Napello docet. Napellus est ex deterioribus, & accidit potanti ipsum, ut apostementẽ labia ipsius, & lingua eius, & frequentes fiunt super ipsum uertigo & syncopis, & ex eo raro euadunt, ex eiusq; succo tingunt sagittæ. Quæ omnia Diosc. libro. 6. capite. 10. non Aconito, quod idem cum Napello est, ut diximus supra, sed toxico adscribit, inquiens. Toxicum creditur ideo appellari, quod barbari sagittas telaq; sua eo inficiunt. Sequitur potantes linguæ labrorumq; inflammatio, insaniaq;, quæ coerceri non possit, uarias immittens imagines: quo fit, ut difficillima curatione sanentur, raro incolumes euadant haurientes. Hoc autẽ ueneni genus Auicenna, oblitus quod antea de eo scripserit, mox infra cap. 39. corrupto uocabulo, pro toxico Tusom uocat, cuius se neq; naturã, neq; curam nosse fatetur: eosdem tamen in eo ex aliorũ sententia tradit effectus, quos Dioscorides in toxico notat, ac quos

A Auicenna indoctus & rhapsodus.

Succara.

Cicuta.

B

A paulo antea ipsemet Auicenna in Napello asignarat, adeo nihil penitus eorum, quę scribit, meminit: ita ut deierare quis posset, hominē omni cerebro ac memoria caruisse, quod tam pugnantia non animaduerterit. Secundò, non cognouisse Auicennam Napellū, & ex eo colligi potest, cum Napellus barbaris nihil aliud sit, q̃ quod Aconitū Græcis & Latinis: hocq; duplex est, autoribus Gal. lib. 6. de simplicib. medica. & Dioscor. lib. 4. cap. 71. unum παρδαλιαγχές, ab enecandis Pantheris sic dictum. Aliud λυκόκτονον, quod lupos interficiat, ita appellatū. Auicenna de ijs duobus generibus Aconiti eosdem secutus, Fen. 6. lib. 4. de uenenis, sub nomine strangulatoris Adip, id est, lupi & strangulatoris leopardi seorsum a Napello, tanquam re diuersa egit: quod nullo pacto fieri potuisset, si Napellum cognitum habuisset. Iam uideant Medici iuniores, quo pacto suum idolum, Auicennā tueantur, quem existimant concinno quodā ordine uastū illum suum Canonē texuisse, & si Dijs placet, uniuersam medicinam per compendiū tradidisse posteris. Si eñ diligenter ea, quę de Napello ac Cicuta, ac multa alia, quę de curandi ratione conscripsit, quorū partē in secundo Tomo prosequemur, examinassent, non ordinem & lucē, sed Cimmerias tenebras, ac confusum chaos offendissent. Verum, ueritatis studiosi facile ex uno errore æstimabunt, quantum in alijs sit fidendum Auicennæ, quem etiam, nisi iudicium accedat ac delectus, consultius est perpetuo non attigisse.

¶ De IXO, seu VISCO. Cap. XVIII.

AVicenna Fen. 6. Canon. 4. summa. 2. cap. 33. de Visco sub nomine Aldibic, ita eñ Arabice appellatur, tanquā ueneno loquit: eidem enim eadem fere signa atq; remedia attribuit, quæ Dioscor. in Ixiæ ueneni potione recenset, adeoq; deceptus nominū propinquitate, ἰξόν, id est, uiscum pro ἰξίαν ueneno descripsit. In quē etiā errorē Plinius incidit, idq; genus ueneni quod Græci ἰξίαν uocant, non semel, sed iterū atq; iterum Viscū appellauit. Quare inter iuniores quoq; nonnulli falsi, putant tam Auicennā, quam Plinium loqui de Visco, quo aues decipiuntur. At fieri non potuit, ut aut Auicenna, aut Plinius Viscum aucupum inter uenena connumeraritt. Auicenna siquidē lib. 2. cap. 728. de Visco tanquā salubri medicina, haud aliter quā Diosc. lib. 3. cap. 95. plurima scribit, nullā dans in eo ueneni mortiferi notam. Non minus Plinius lib. 16. cap. 44. accuratissime de uarijs Visci generibus scribens, tm̄ abest, ut Viscū uenenū esse dicat, ut in robore arbore natum, certa tamen religione decerptū, secundū Druidū opinionē, contra omnia uenena B esse remedio astruat. Quare fateri oportet, utrosq; abusos esse uocabulo, Ixū pro Ixia accipientes. Etsi hoc nomine possint a calumnia uindicari, non est tamen, quod reliqui Auicennæ errores, quibus in Ixia multipliciter implicat, queant tollerari. Inter quos is primus est, quod eos effectus Thephisiæ tribuit, quos Dioscor. Ixiæ ueneno, quum tamen ab Ixia sit diuersa. Verba autē Auicennæ Fen. 6. Canon. 4. summa. 2. tracta. 1. cap. 13. de Thephisia hæc sunt. Hæc est gummi rutæ montanæ, & quandoq; sentitur in sapore eius sicut sapor Albedarungi, & est calida, & accidit illi qui bibit eam, retentio eorum omniū quę currunt ex utrisq; uijs, & apostematur lingua, & accidunt rugitus & inflatio. Has notas uniuersas Diosc. lib. 6. cap. 21. Ixiæ ueneno adscribit, in hanc sententiā differens. Ixias, qui & Ulophonos dicitur, simile quiddam dum bibitur Ocymo in gustu & odore refert. Facit grauē linguæ inflammationē, insaniamq;. Cuncta corporis excrementa compescit, & cum defectu animæ intestinorum strepitus ac inflationes excitat, nec quicquā tamen excernit. Ex prædictis aūt Auicennæ uerbis iterū tres colligunt errores. Unus est, quod falso Thephisiam gummi rutæ syluestris interpretatur: id quod nō solum hoc loco fecisse constat, sed etiā. 2. Canon. cap. 710. ubi inquit. Thephisia est gummi rutæ agrestis. Quē errorē deinde secuti iuniores omnes, Thephisiam passim ita exposuerunt. Verū si caput hoc secundi Canon. de Thephisia exactius examinassent, ac cum cap. de Thapsia apud Diosc. contulissent, proculdubio intellexissent hoc nomen Thephisiam esse apud Auicennā deprauatum, & pro Thapsia scriptū esse Thephisiam. Unde ex errore scripturæ falsa etiā expositio habuit originem. Potuissent autem ex eodem Dioscoride discere, Thapsiam alio nomine non rutā syluestrē, sed ferulā potius syluestrē appellari. Vide iam, quantū linguarū inscitia ad intelligenda autorū scripta obsit, adeo certe, ut non modo delyrent hi, uerūetiam insaniant, qui linguarum cognitionē medico non esse necessariam contendant. Insuper, & si error is ex falsa uocabuli tantū scriptura promanauerit, necessariū tamen erat, ut hunc indicaremus: quando non pauci sint usq; adeo morosi, qui ueterē hanc Auicennæ translationē cæteris omnibus præstare putent, citiusq; mori eligant, quam ab ista quicquā dissentire. Alter error qui ex prædictis colligitur, prioribus multo grauior est, quod sibijpsi Auicenna in Thephisia contradicit. Nam in. 2. Canone. de Thephisia scribit, quod in radice eius & corticibus ipsius & lachryma eius est solutio, hic uero de ea inter uenena tractans, ait. Et accidit ei qui bibit eam retentio eorū omniū, quæ currunt ex utrisq; uijs. Quare cum solutio & retentio superfluitatū seu excrementorū, sint effectus contrarij, liquet manifestissime sibijpsi contradixisse Auicennam, Dioscor, autem lib, 6, cap, 33. Ta-

Ixia.

Lignarum peritia, medico necessaria.

psiam inter ea enumerat, quæ salutis quidem caussa dantur, non tamen minora alijs uenenis pericula afferunt; Strangulationes facientes, aut ultra quam opus est purgantes. Non est itaq; ut Auicennã quis ab errato uindicet, quin apertissimam in eius uerbis esse contradictionẽ dicat. Tertius error est, qui ex superioribus colligitur, quoniã bis se de una eademq; re scripsisse sub diuersis nominibus non animaduertit. Nam cum paulo antea de Thephisia tanquã de Ixia scripsisset, iterũ eodẽ lib. de eadem Ixia sub Aldibic nomine tractat, eosdemq; effectus quos supra Thephisiæ tribuerat, iam Aldibic, id est, uisco adscribit, id quod mox deprehendent, qui sibi utriusq; capitis uerba contulerint. Intelligent & ex isto errore medicæ professionis candidati, q̃ passim ambigua scribat Auiceña, de quo certe nihil mirandũ: transscriptor enim tantummodo aliorum fuit, omniaq; utcunq; sese obtulerunt, citra iudicium atq; delectum in unũ corrasit, non aliud studens, nisi ut hoc pacto Canonẽ suũ ad iusti uoluminis magnitudinẽ deduceret, nõ curans utcunq; consarcinati Centones sibi responderent, tanquam sua cæcis esset obtrusurus.

¶ De ISATIDE. Caput .XIX.

QVod præter tenebras nihil offundant Arabes, facile uidebunt, qui ea, quæ de Isatide scripserunt, diligenti iudicio perpenderint. Isatidẽ uero herbã, quam nostra ætas Guadũ appellat, esse eã, quã Arabes Nil, siue Nilech nominant, ostendunt ea, quæ de Nilech scripsit Serapio. nam ea fere omnia de Isatide satiua & syluestri a Diosc. tradunt. Serapionis aũt de Nilech hęc sunt uerba. Est & Nilech domesticus, & syluestris. Domestic9 est ille, quo tinctores utunt, cuius foliũ est simile folio plantaginis, nisi quia est magis uiscosum, & fortioris nigredinis, & habet stipitẽ longitudinis brachij unius. Sed agrestis assimiliatur domestico, nisi quia folium eius est magis simile folio lactucæ, & habet ramulos longos, plures, graciles, cũ multis ramusculis, quorũ color tendit ad rubedinem, & in summitatibus ramorũ sunt uaginulæ multę similes linguis. Et est in eis semen, & habet florem paruũ, subtilem. Hæc omnia Diosc. lib. 2. cap. 74. de Isatide quoq; scribit, inquiens. Isatis domestica, qua lanarum infectores seu tinctores utuntur, folium habet plantagini simile, pinguius tamen & nigrius, caulem duobus cubitis altiorem. Isatis uero syluestris satiuæ similis existit, folia tantũ minora habet, ad lactucæ folia accedentia, caules graciliores, diuisiones multas habentes, rubescentes, in summo ueluti folliculos linguarum figura multos pendulosq; habentes, in quibus semen est: florẽ fert lutheũ & gracilẽ. Adde quod Isatidẽ Gręcorũ esse Nil Arabum, colligitur etiã ex Auicenna. ij. Canon. cap. 515. ubi eidem hos tribuit effectus, quos Diosc. suæ Isatidi. Eius inquit, aliud est domesticum, aliud uero syluestre, cuius operatio est operatio domestici. Est stipticũ, & prohibet fluxũ sanguinis, detumescere facit apostemata, & confert exituris malis in membris duris, conuenit Erysipilæ, bonũ est ulceribus putridis. Dioscorides singulos hos effectus Isatidi adscribit, dicens. Possunt Isatidis folia illita omnes tumores, tuberculaq; discutere, cruenta uulnera glutinare, sanguinis eruptiones sistere, phagedænica comedentiaue & serpentia, sacros ignes & exedentia sanare. Cæterũ etsi ex Dioscor. sententia Nil seu Nilech Serapio atq; Auiceña descripserint, tamen id non cognouisse, ex eo arguunt, q̃d ancipites in eadẽ depingenda fuerunt. Serapio nanq; prædicta notificatione nõ contentus, affert etiam aliorũ autorũ sententias, quorum aliqui Nilech habere florẽ Coriandri, aliqui folio phaseolorũ constare dixerunt. Quas equidẽ opiniones facile improbare potuisset, si herbã ipsam non tam ex aliorũ scriptis, quam ex seipso cognitã atq; perspectã habuisset. Et ne quis meũ esse commentũ putet, ecce Serapionis uerba subijciã quorũ hæc est sententia. Nilech est arbustũ puluerulentum, eleuaturq; cum stipite suo longitudine unius brachij, & habet germina ramorũ. In summitate sua est flos, sicut flos Coriandri. Et iterum. Est planta habens foliũ longũ, plusquam foliũ salicis, & assimilatur folijs faseoli coloris aurei. Auicenna quoq; etsi eadem de Nil scripserit, quæ de Isatide Dioscor. ut paulo supra patuit, quoniã eodem modo diuidit in satiuam atq; syluestrem, easdemq; fere uires huic tribuit, quas Dioscor. Isatidi, cum tamen ipse etiã de ea tribus in locis sub Nil uocabulo scribat, merito suspicionem affert, se etiam titubasse atq; fuisse ancipitem, quid nam Isatis esset. Nam. 2. Canon. cap. 297. ita scribit. Guasmen est foliũ Nil, in ipso est stipticitas & abstersio, tingit capillos. Quæ uniuersa quoq; paulo post in capite de Nil de eodẽ folio scribit, ob id reprehensione carere non potest, quod frustra de eadem re in diuersis capitibus tractat. Plurimũ præterea a Dioscor. ac ueritate discrepant, quę idẽ Auicenna cap. 306. de grano Nil in hunc modũ scribit. Granũ Nil est Cartamũ Indũ. Item solutione educit humores crassos, multasq; alias ꝓprietates subinfert, quæ nihil ad Isatidem pertinent, pro qua Nil cap. 516. retulerat. Quæ iterũ suspicionẽ augent, Auicennã Isatidẽ non cognouisse. Non præterire ualeo hic crassum Pandectarij errorẽ, apud quem in eisdem rebus nominibusq; mira est colluuio. Nam falsum admodũ est, quod docet Nigel Arabice dictum, a Græcis Nesme, a Latinis autem Indicũ appellari. Nesme enim æque ut Nigel barbarũ est uocabulũ, Indicũ uero tam Græcorũ quam Latinorum aliud multo ab Isatide est, ut uidere licet apud Dioscoridẽ & Plinium. Dioscor. enim libro. 5. cap. 61. inter lapides connumerans Indicum, ita de eo tradit.

B Indici nominati lapidis duo sunt genera. Alterũ quidẽ sponte sua nascitur in harundinibus Indicis spumę modo erumpens. Alterum, quod infectiuum uocant, ueluti flos purpurę æreis cortinis supernatans, quem despumantes infectores, siccant. Plinij autem, Dioscoridem imitantis, lib. 33. cap. 6. de Indico hæc sunt uerba. Ab hoc maxima autoritas Indico. Ex India uenit harundinum spuma adhærescente limo, cum teritur nigrum. At in diluendo mixturam purpuræ cœruleiq; mirabilem reddit. Alterũ genus eius est in purpurarijs officinis innatans cortinis. Ex istis satis apparet, quantũ Indicũ ab Isatide differat. Insuper idem Pandectarius alio in loco, in litera uidelicet β, Osatidẽ uel potius Isatidem & Borith Gręce, Arabice autẽ Agisdo, Latine uero Saponariam, uel herbam fullonũ, eandem herbam esse docet, at mendacissime. Nam Isatim, quã ipse uitiose Osatum uocat, non esse herbam, quam Græci Struthion, Latini radiculã siue lanariam herbam, eo quod fullones ea in purgandis lanis utuntur, appellant, satis constat ex Dioscor. qui de eisdẽ in diuersis capitibus, tanquã natura & uiribus distantibus tractat. At nihil mirũ, uirũ hunc tam absurda scripsisse, qũ fere ubiq; mendacissimus reperiatur. Iam satis superq; monstratũ est, Isatidẽ non satis perspectã fuisse Arabis, ideoq; ne in re satis aperta plus æquo immoremur, hic de Isatide finem faciemus. Plura si legere anhelat animus, uide quæ scribat Nicolaus Leonic. diligentissimæ lectionis, & exquisiti iudicij uir, in epistola ad Angelũ Politianũ, ex quo certe, ut ingenue fateor, non pauca toto hoc uolumine mutuatus sum. Quem ob id etiam impiũ duxerim, sua laude frustrari, quod is ferme primus fuerit, qui medicinã a barbarorũ sordibus, innumerisq; erroribus uindicauerit, dignus hoc nomine, ut docti eundem certatim multis laudibus euehant.

Nic. Leoniceni eruditio.

¶ De CALAMENTO. Caput .XX.

AVicenna. 2. Canon. cap. 158. Calamentũ hunc in modum describit: Calamentũ aliud est fluuiale, & aliud montanum, simile hyssopo in sapore, & similiter folia eius sunt ei similia. Et est alia species eius, quæ nominatᷣ Alhauiũ. Et est quædã species eius, quę uocatur Calamentũ hirci. Et montanũ est fortius fluuiali. Ex his Auicennę uerbis nemo nõ, nisi talpa cæcior sit, cernit eundem errasse, quando sub Calamenti nomine de omnibus Origani speciebus pertractet, id quod sole clarius monstrabit Diosc. qui lib. 3. cap. 30. Origanũ, & non Calaminthen ad Auicennæ præ C scriptum depingit. uerba eius hæc sunt. Origanum Heracleoticũ, sunt qui Cunilam uocant, folium Hyssopo simile habet, non tamen umbellã rotæ figura, sed multifidam, & ueluti diuisam. Semen illi in summis uirgis non densum durumq; est. Quę uero Onitis dicitur, candidior folijs est & Hyssopo magis similis, habetq; semen confertorũ corymborũ modo. Tragoriganus autẽ frutex est exiguus, Origano, Serpillo ue agresti folijs & ramulis similis. In eum modũ quoq; describit Origanum Plinius lib. 20. cap. 17. dicens. Origanum, quod in sapore Cunilam ęmulatur, plura genera in medicina habet, & Onitin uel Prasion appellant, non dissimile Hyssopo. Tragoriganon simile est Serpillo syluestri. Quod autem Auicenna utriusq;, hoc est, Calamenti & Origani, uires miscuerit, facile deprehendent, qui eiusdem de Calamento caput, cum ijs quæ Dioscor. de utrisq; scripsit, contulerint. At ne ueritatis cupidi quid desyderent, ecce nonnulla conferemus, ad quorũ exemplar reliqua dijudicabunt. Auicenna inter cætera de Calamenti uiribus sic scribit. Fit balneatio ex decoctione montani ad pruritũ & scabiem, & quandoq; separatᷣ ictericia: & confert hydropisi, quando comeditur cum ficubus. Et solutione educit cholerã nigrã, & confert ulceribus oris, & extrahit superfluitates ex utrisq; naribus. Hæc singula Dioscor. testimonio nõ Calamento, sed Origano debentur. De Origano enim scribens, sic inquit. Calefacit Origanus, prodest ad conuulsa ruptaq;, & cutẽ subeuntes aquas cum fico comesta. Bibitᷣ eadẽ siccata acetabuli mensura cũ mulsa aqua nigram bilẽ per inferna trahens. Prurigines itidẽ, scabies, & suffusos felle emendat decoctũ eius his, qui eo lauantur. Succus etiam uirentis, tonsillas, columellamq; & oris ulcera sanat, & cum Irino oleo infusus naribus per eas purgat. Sunt & pręter has proprietates aliæ, quas Auicenna Calamento adscribit, quę tamen Diosc. Tragorigano tribuit, qualia sunt hęc, Sedare nauseam, extenuare lienem, conferre stomachi doloribus & conturbationi: sicut animaduertet is, qui Dioscor. de Tragorigano scribentem legerit. Pręterea sunt non pauca etiam, quæ ueræ Calaminthi, quam Romani Nepetã uocant, conueniunt. sicut sunt ista. Quando bibitur, aut ex eo fit emplastrũ, confert puncturę uermium uenenosum, eius decoctio prouocat urinã, confert spasmo, & dilatationi anhelitus, dolori pungitiuo uentris, & cholericæ passioni & rigori. Et quando præmittitᷣ & bibitur cũ uino, expellit uenena mortalia, interficit uermes: & quãdo comeditᷣ & bibitᷣ post ipsum aqua casei diebus continuis, confert elephãtię, &c. Has enĩ uires singulas ex ordine Diosc. lib. 3. cap. 39. Calaminthi adscribit, dicens. Calaminthe succurrit pota aut emplastri modo imposita serpentium morsibus. Vrinam pellit potũ eius decoctũ, opitulatᷣ ruptis, conuulsis, in spiritus difficultate & non nisi recta ceruice spirantibus, torminibus, bilis profluuio, & febrium algori, Contra lętalia uenena præpota cum uino

facit, restituit suffusos felle, uentris lumbricos cum sale & melle pota necat, elixa crudaq; trita, prodest & elephantijs. Proinde non est, quod quouis pacto Auicenna ab errore uindicari que-at. neq; enim de solo Calamento hoc capite scripsit, quando multa sint in eodem, quæ Origano conueniant: neq; in nomine tantũ peccatũ est: puta, quod Calamentum pro Origano scriptum interpretis incuria fuisset. sunt em̃ non pauca, ut demonstrauimus, quæ ex Dioscor. autoritate Calaminthi debentur. Sed quid multa? solent fere omnia Auicennę esse dubitationibus plena. A

De HELXINE, ALSINE, MYOSOTIDE, & ANAGALLIDE. Caput .XXI.

Differre non solum natura, sed & figura quatuor has herbas, ostendit non solum Dioscor. sed Galenus atq; Plinius, qui singuli seorsum istas depingunt: quod equidẽ non fecissent, si easdem figura aut natura non distare perspectũ habuissent. Hoc non animaduertens Auicẽna, easdem Can. 2. cap. 13. sub Auriculæ muris nomine confundit. Nec potest ab errore uindicari Auicenna, quod Alsine & Myosotis, quæ proprie auricula muris dicitur, ac Anagallis, quia folijs muriũ auribus similibus constant, merito auriculæ muris nomine nuncupari posuerint. Nam hoc utcunq; de tribus ijs dici possit, de Helxine certe, quæ Conuoluolũ, ob id quod omnibus, in quas inciderit, plantis circumuoluat, latine appellari potest: cuius folia, autore Diosco. lib. 4. cap. χκά. hederæ folijs sunt similia, dici nequaquã potest. Quod aũt Anagallis sit diuersa ab auricula muris, fatetur met ipse Auicenna, seorsum deinde sub proprio nomine de ea tractans, ob litus q̃d antea eius proprietates in auricula muris assignauerat. At ne uidear per calumniã falso reprehendere Auicennã, eiusdem uerba ex. 2. de Simplicib. Medica. libro in mediũ afferemus. Auricula, inquit, muris est herba, cuius uirtus secũdũ Galenum est propinqua uirtuti herbæ, qua uitrũ abstergit. His uerbis proculdubio Alsinen innuit, quam Galenus & Dioscor. testant̃ similes habere uires. Galenus enim lib. 6. de Simplicib. medica. cap. 25. de Alsine in hunc modũ scribit. Hæc est herba parua, & eius uirtus est similis uirtuti herbæ, qua uitrum abstergitur, hoc est, Helxini, quam nostri Parietariam nominant. Diosc. uero lib. 4. cap. χξθ. de Alsine ita tradit. Et in uniuersum eadem Helxine potest. Ita Plinius quoq; lib. 27. cap. 4. de eadem scribit, Alsine quã quidam Myosoton appellant, nascit̃ in lucis, unde & Alsine dicta est. Vsus eius ad collectiones inflammationesq;. Quin emendat omnia quæ Helxine, sed infirmius. Subiungit Auicenna. Et hoc nomen concessum est duabus herbis, quarũ una est, quã nominat Galenus. Hæc quidem Auicennæ uerba uera sunt. non enim solũ huic herbæ, quæ proprie Myosotis dicit̃, auriculæ muris nomen conceditur, sed etiam Alsini, ut ex Plinio iam patuit & indicat Dioscor. ita scribens. Alsinen muris auriculã aliqui dixerunt, quod murium auribus similia folia habet. Quod autem addit Auicenna, quod altera quam nominauit Dioscor. sit similis Volubili, nisi quia habet minora folia, hoc per omnia falsum est. Nam neq; de ea quæ proprie Auricula Muris uocatur, ñeq; de altera, quę Alsine nuncupatur, dici potest: quando nulla earum sit Volubili simlis, nec in folijs, nec flore. Scribit̃ tamen hoc de Helxine, quæ & Cissampelos dicitur, quod habeat folia Hederæ similia, minora tamen. Est em̃ duplex Helxine. Vna Mercurialis herbæ folijs & hirsutis, quæ a nostris dicta est Parietaria. Altera hederę, in uinetis nascens, ideoq; Cissampelos uocata, & est Conuoluolũ. Esse autem duas Helxines, dissimiles naturę inter se notę ostendunt, & post naturam atiquiores Græci, præsertim Diosc. Paulusq; Aegineta: qui priuatim seorsum q; his uerbis utraq; in sexto egit. Helxine sunt, qui Perdicium, qui Parthenium, qui Sideritim, qui Heracleam uocent. Vis eius est abstergens, & cum frigida humiditate aliqua sensim leniter q; adstringens. Post hæc idem Paulus ait. Helxine, quæ Cissampelos dicitur, discutiendi uim habet. Primam describit Diosc. lib. 4. cap. 36. Et Plinius lib. 22. cap. 17. Secundũ uero idem Dioscor. libro eodem, cap. χκά depingit. Post uerba paulo ante dicta, Auicẽna ita ait. Et est herba expansa super faciem terræ, paruos habens stipites, & azulinos flores. Quę utiq; Auicennæ uerba nõ conueniunt auriculæ muris, sed alteri Anagallidis generi: id quod testatur Dioscorides libro. 2. cap. 167. de Anagallide in hunc modũ scribens. Duplex diuerso floris colore Anagallidis genus est. Habet em̃ altera cæruleos, quæ fœmina est, altera quæ mascula, puniceos flores. Breues sunt frutices in terra iacentes, folijs in quadrangulo caule paruis, & modice rotundis, Helxines figura, semen habet circinatũ. Nec dissentit Galenus libro de simplicib. medica. ad Paternianum, cap. 24. dicens. Anagallidis duæ species. Vna cœruleo flore, altera quasi puniceo, uerum ambæ in alijs sibi similes. Sicut autẽ frutice humiles, folijs mollibus & pusillis, & subrotundis. Plinius quoq; lib. 25. cap. 13. nihil a superioribus quod diuersum sit, scribit, inquiens. Duo genera eius. Mas flore phœniceo, fœmina cœruleo, non altiores palmo, frutice tenero, folijs pusillis, rotundis, in terra iacentibus: nascunt̃ in hortis & aquosis. Porro effectus, qui deinde ab Auicenna adnotant, hi Anagallidis proprij sunt, quemadmodũ dum ait, Illa, quã nominauit Dioscorides, B

Helxine duplex.

B extrahit ſpinas & ſurculos, & facit adhærere plagas. Hi enim a Dioſcor. quoq; tribuuntur Ana
gallidi, dum in eam ſententiam ſcribit. Leniendi uis utriq; eſt, inflammationes arcent, ſurculos
extrahunt. Eaſdem etiam proprietates Auicenna ipſe, cum ſeorſum de utroq; Anagallidis gene
re, cap.33. ſub proprio tractat nomine, Anagallidi adſcribit. Adijcit tamen Auicenna ſuperiori -
bus aliam quandam proprietatẽ ex ſententia Muſaihach cuiuſdam, quod ſcilicet eius iuuamen
tum eſt iuuamentum abſynthij: quæ certe non eſt Anagallidis, ſed refertur a Paulo Aegineta de
ea herba, quæ proprie Myoſotis, id eſt, Auricula Muris dicitur a græcis, qui eam ad occidendos
uermes adhibet. Ideoq; clarum admodum eſſe arbitror, Auicennā in uno eodemq; capite qua-
tuor herbas natura & figura differentes, miſcuiſſe, primum referens ea quæ Alſini, ſecundo quę
Helxini, tertio quæ Anagallidi, & poſtremum quæ Auriculæ Muris conueniunt.

❡ De PEDE CORVINO. Caput .XXII.

NEmo miretur me Auicennam erroneæ medicinæ magiſtrū principemq; ſtatuiſſe. cur enim
eo nomine nō dignus ſit, qui reliquis tot errandi occaſiones in re medica præſtiterit, non uideo.
Vtinam uero non tantæ aliquando forent, ut iſtis uita humana periclitaretur. ita em̄ conniuen
di nonnunquā ſubeſſet anſa. Proinde cum illa errandi occaſio, quā Medicis iunioribus in herba
Pedis coruini præbuit, tanta ſit, ut ſine uitæ humanæ ultimo diſcrimine tolerari nō queat, meri
to & hic inter reliqua eius errata locū habebit. Nihil autẽ mirum, alijs errandi occaſionẽ dediſſe
Auicennā, cum ipſe, quid eſſet Pes coruinus, ignoanrit: id quod nō modo ambigua, uerūetiam
contraria, quæ de hac ipſa herba ſcribit, indicant. Canone enim.2.cap.567. de Pede coruino in
hunc modum diſſerit. Pes coruinus. Radix huius herbę cum decoquitur, confert ſolutioni uen-
tris antiquæ. Et dixerunt, Paulus, & alij, quod confert colicæ, & efficit operationem hermoda-
ctylorum abſq; nocumento. Quid per Apollinem obteſtor, iſtis uerbis obſcurius? quid deniq;
magis pugnans? Si em̄ radix Pedis coruini ſolutioni antiquæ prodeſt, certe hermodactylorum
operationẽ, qui ſunt ſatis in ſoluendo potentes, facere non poteſt. Idem inſuper Auicenna Fen
22. Can.3. tracta.2. cap.5. Pedem coruinū non colicæ, ſed podagræ potius, ex eiuſdem Pauli ſen-
tentia prodeſſe docet, ita ſcribens. Et dixerunt quidā, quod Pedi coruino ineſt operatio hermo
dactylorum, & non eſt eius, nocere ſtomacho. Vtrobiq; tamẽ male Paulus ſuper hac medicina,
quæ facit operationẽ hermodactylorum, ab Auicenna citatur. Neq; em̄ uſquā Paulus Coruinū
Pedem hermodactylis comparat in iuuando podagricos, ſed compoſitionem, quæ nominatur
apud Græcos per Pedẽ Coruinū, alteri præfert, quæ apud eoſdem Græcos δι ἑρμοδακτύλων, id eſt,
C per hermodactylos nominatꝰ, ſicut uidere licet apud Paulū in ſeptimo. Itaq; ex ambigua iſta atq;
falſa Auicennæ deſcriptione nihil certi uenari poteſt. Hinc eſt, quod tam uaria eiuſdem interpre
tes de eadem herba pronunciauerint. Quod ſi uero prædicti expoſitores, ac tota etiā iuniorum
Medicorum ſchola, cognouiſſent aliā eſſe herbam, a priſcæ ætatis Medicis Pedẽ coruinū appel-
latam, aliamq; a noſtris, nunquam tam uaria, tamq; dubia de ea ſcripſiſſent. Ridiculum enim ſer
me eſt, putare herbam, quā noſtri temporis herbarij Pedem coruinū nominant, eſſe illam, quam
ueteres Medici, Dioſcor. Galenus, Plinius & Paulus ſub eodẽ nomine celebrarunt, quaſi ſit ne-
ceſſarium, ut quæ nunc ſunt nomina herbarum, etiam priori ſeculo fuerint. Et ut rem clarius de
Pes Coruinꝰ. monſtremus, annotandū, quod antiquorum Pes coruinus, Coronopus eſt dicta: hancq; deſcri
Coronopus. bit Dioſcor. libro ſecundo cap.117. in hunc modum. Coronopus oblonga herbula eſt per ter-
ram ſtrata, & folia inciſuris diuiſa habet. Eſtur olerum modo decocta. Radicem habet gracilem
in cibo adſtringentem, ideoq; cœliacis utilem. Nec aliter deſcribunt Galenus libro ſeptimo, de
ſimplicibus medicamentis. cap.42. Et Plinius lib.22. capite decimonono inquiens. Coronopus
oblonga herba eſt cum fiſſuris. Seritur interim: quoniam radix præclare facit cœliacis in cinere
toſta. Eſt autem dubio procul herba illa, quam uulgo Capriolam, aut Sanguinariam, quod na
ribus appoſita ſanguinem eliciat: aut Pedem Galli nominant. Quam etiam ſub galli cruris no-
mine deſcribit Apuleius Madaurenſis in libro de herbarum uirtutibus, cap.44. in eum modū,
Naſci amat herba Galli crus locis ſolidis, & circa uias, eius cacumen inſtar pedis galli. Non eſſe
uero herbam hanc diuerſam a Coronopode ueterum, teſtatur Dioſcor. qui conſimiliter admo-
dum Coronopodẽ deſcribit. Naſcitur locis incultis, aggeribus & uijs. Iuniorum autem Medico
rū Pes coruinus longe alia a priori exiſtit herba: ea enim exulcerandi uim habet, & non adſtrin-
gendi, quemadmodum antiquorū, atq; adeo extrinſecus appoſita, rodit, ampullaſq; excitat: ea
q; Dioſcoridi & reliquis Græcis βατράχιον, Latinis uero Ranunculus uocatꝰ: quoniam ranis her-
bæq; in eodem elemento natales ſint, aut quod inter eius frutices frequentes inueniantur ranæ.
Medici uero iuniores non ſolū Pedem coruinum, ſed etiam apiū raninū & ſylueſtre nominant.
Sunt etiā, qui Riſus apium adhuc appellant, genus & noxam eius indicantes. Nam ea in Sardi-
nia plurima naſcitur: quę ſi in cibo potuue ſumitꝰ, mentis alienationẽ, & cum labrorum contra
ctione eas conuulſiones facit, ut riſus ſpeciẽ uidentibus præbeat. Ab eoq; effectu triſti & amaro

nimis, dicterio Sardonius risus inter homines quondam iactabatur. Huius herbæ, quam ueteres βατράχιον, a rana, cuius effigiem repręsentat, nominarunt, omnes quatuor faciunt species: eorumq; folia & caulē, si apponantur humano corpori, uim exulcerandi habere, & eschară facere docent. Id quod facit Diosc. lib. 2. cap. 163. de ea in hanc sententiā scribens. Batrachion, sunt qui Apiū agreste nominăt. Huius plura sunt genera. Vna tñ omniū uis acris, & in exulcerando efficacissima. Habēt omniū folia & caules teneri impositi exulcerădi, urendiq; ignis modo, uim cū dolore. Subscribit Gal. lib. 6. de Simpli. Medic. ca. 76. ita differēs. Genera huius plantę quatuor. Virtus omniū est acris, fortis in tantū, ut si extrinsecus apponant, exulceratione faciant cū dolore. Neq; dissentit Plinius lib. 26. cap. 13. ita scribens. Ranunculū uocamus, quem Græci Batrachion: genera eius quatuor: omnibus uis caustica, si cruda folia imponant, pustulasq; ut ignis faciunt. Cogitent itaq; ueritatis studiosi, quid detrimenti ex diuersitate ista duarū herbarū eiusdem appellationis non animaduersa acciderit. Arbitrati sunt enim quidam, cum Pedem coruinum apud Auicennam ad podagricos dolores prodesse legissent, hanc nostram, quæ Ranunculus dicitur, intellexisse, adeoq; ignorantes esse uenenum, in catapotijs deuorandū exhibuerunt. Quemadmodū Leonicenus, uir nunquā sine honoris titulo nominandus, scribit se nouisse Medicum, qui ex radice Pedis coruini, quibusdam alijs adiunctis, pillulas conficiebat, easq; podagra laborantibus propinabat, non sine magno quorundam, qui eas accepere, periculo: donec tandem per eum sui erroris admonitus, a tam periculoso medicamento abstinuit. Quod si Medicus ille cognouisset, Coronopoda Græcorum esse diuersam a nostra, nunquam in animum induxisset, hăc aut in catapotijs, aut alio quouis modo intus sine periculo adhibere posse. Quare tu quisquis es, qui solidam medicinam ex animo sitis, disce aliorum periculo, delectumq; legendis autoribus adhibe.

¶ De CARABE. Caput .XXIII.

Avicenna secundo Canonis, cap. 374. Carabe historiă ex professo tractans, scribit esse gummi arboris cuiusdă, quæ Nux Romana uocatur, quam cap. 351. alio nomine Haurum appellat. Nam gummi, inquit, quæ ex hac arbore Romana est, Carabe est. Manifestum uero, Arabes per Haurum Romi seu Romanū intelligi Populū nigram: id quod pręter cætera indicant Auicennę uerba, quæ in capite Hauri Romani scribit in hunc modum. Nominatur Achirosa. quæ sane dictio corrupta est, quando Aegiros pro ea scribendum erat. Græcis autem ἄιγυρον, Populū nigrā significat. Quantū autē deceptus sit Auicenna, atq; plures alij cum eo, ostendunt ea quæ scribit Plinius libro naturalis historiæ. 37. cap. 2. Is enim fabulosum hunc errorē explodens, ita ait. Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores Populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padū uocamus. Et Electrum appellatum, quoniam sol uocitatus sit elector, plurimi Poëtę dixere, primiq; ut arbitror, Aeschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiæ testimonio patet. Ita fabulosa etiă secutus pro argumento operis Ouidius, lib. 2. Metamorphoseos, inquit. Inde fluunt lachrymæ, stillataq; sole rigescunt. De ramis electra nouis. Capite uero tertio eiusdem libri Plinius, post uarias de Succino opiniones, eius ortum certius describens, ita ait. Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari Glessum: itaq; & a nostris unam insularū ob id Glessariă appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austrauiam a Barbaris dictă. Nascit autē defluente medulla Pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia. Densatur rigore uel tepore autumniali. Cum intumescens ęstus rapuit ex Insulis, certe in littora expellit: ita uolubile, ut pendere uideat, atq; considere in uado: quod arboris succum prisci nostri credidere, ob id Succinū appellantes. Nec probatur etiam a Dioscor. ea fama ac opinio, quæ ex Populi arboris resina Succinū durari adstruit: id q̃d indicat lib. primo. cap. 104. dum ait. Fertur utriusq; populi lachryma circa Eridanū fluuiū in destillando densari, fieri, quod Electrū uocant. Eo enim quod ait, fertur, insinuat se id commentū non probare. Accedit ijs omnibus, quod re ipsa iam hic error etiă explosus sit. Verū ad hunc errorē conniuendū fuisset, quando & inter autores non pauci adhuc hodie cū Auicēna sentiant, nisi quoq; pugnantia sibi in Carabe scriberet Auicenna. Capite nanq;. 374. asserit Carabe esse calidum parumper: id quod & facit in libello de uiribus cordis, calidă in primo, & siccam in secundo dicens: mox tamen subdit. Opinio tamen est, quod sit frigida. Capite autē. 344. hoc gummi calidissimum esse scribit: quod & cap. 510. confirmat, inquiens. Eius gummi est ultimum in calefaciendo. Hic iterum cogitent ueritatis studiosi, quanto in periculo uersent, qui Auic. sibi in uniuersum imitandū proposuerunt. Quod equidē magna Medicorū pars facit, & hi maxime, qui uulgo celebriores doctioresq; habentur: qui etiă per compita & fora non uerent prædicare, se malle cū Auic. Arabisq; alijs, quorū uerba oraculis instar habēt, errare q̃ cū ijs, q̃ medicinā a Græcis hauriunt,

Electrum.

C recte sentire. O cæcitatem. Hæc ideo iterũ atq; iterum inculco, ut si nullo alio pacto ab instituto peruerso auocari possent morosi isti ignauiæ propugnatores, manifestissimi saltem Arabũ autorum errores eos deterrerent, melioremq; mentem reducerent.

De POPVLO ARBORE. Cap. .XXIIII.

AVicenna. 2. Canonis, Populum arborem sub diuersis nominibus describens, tam uarius est, tamq; nusquam sibi constans, ut merito hunc Proteum, aut Vertumnũ dicere posses. Nam ter de una eademq; re diuersis capitibus agit: cui uitio etsi non semel obnoxius sit, nunquã tamen magis quàm in Populo arbore. Hanc enim primũ capite. 344. sub Hauri Romani nomine describit. Dein cap. 351. sub nomine Hauri, ubi quoq; confundit ea, quę de alba & nigra Populo a Dioscor. & Galeno diuersis capitibus scribuntur. Tertio autem eandem Populũ cap. 510. sub nomine Nucis Romanæ depingit, adeo ut a concinno ordine, quem præter cęteros eundem nostri seruasse clamitant, ea in re fuerit alienissimus. Proinde hoc loci iterum manifestũ fit, Auicennam sua non ordine aliquo scripsisse, sed uniuersa magis ueluti in chaos quoddã confusum cõgessisse. Cæterũ præter hunc confusum docendi ordinẽ, a uero quoq; aberrat Auicenna, quod cap. 344. & cap. 510. Populũ arborem in tertio ordine calidam astruit: quamuis mox capite. 351. æqualem esse in caliditate & ad paucã declinare caliditatem scribat, id quod & in Carabe, ut præcedenti errore uisum est, fecit: adeo sibi semper similis est Auicenna, hoc nusquam fere non pugnantia docet. Non esse uero Populũ in tertio ordine calidam, testatur in primis Paulus Aegineta, qui eam in primo tantum ordine calefacere refert, Ipsa insuper natura arboris ad tantum caliditatis gradũ hanc non posse extolli monstrat. Nam quis sapor, quis odor, quæ demũ qualitas tam præcellentis eam monstrat caloris? Neq; eñ multũ odorata, neq; eximio aliquo sapore prędita, sed dum gustatur, primũ quidem modice adstringit, postea amaritudinem quandã subobscuram inuehit, olfacienti quid non insuaue, uerũ exiguũ id omnino repræsentat, quę singula non excedere primũ ordinem calefaciendo indicant. Si quis etiam uia regia, quam Galenus in suis de simplicibus Medicamentis præscripsit, incedens experiri eam in corporibus temperatis ęgrisq; uoluerit, calefacientẽ nõ ualde inueniet. Nec est quod aliquẽ moueat uetus ac uulgata D illa Galeni traductio, calidam in tertio ordine statuens. Nam cum illa ex Græca ad Arabicã, exq; Arabica in linguam Latinam sic uersa, id quod barbara Arabicaq; passim capitibus præfixa singulis uocabula monstrant, exigua illi fides erit adhibenda: maxime quando constet Arabicã illam traductionẽ nõ semel tantũ, sed fere singulis quoq; capitibus multifariã dẽprauatã esse, sicut patet eandẽ cum Græca conferenti. Cum itaq; Græcę lectionis ueritas, Paulusq; Aegineta, Galeni simia, ipsaq; rei experiẽtia, quæ reliquis omnibus præstat, confirment, Populũ arborẽ in primo tm̃ ordine calefacere, nihil prohibet, quin Auic. errasse cum suis strẽnue pronunciemus.

De OXYMYRSINE. Caput .XXV.

Cubebe.

SErapionis de Cubebe hæc sunt uerba. Cubebe est planta habens folia Myrtæ domesticæ, nisi quia sunt latiora eis, & summitates eorũ sunt acutæ, sicut sumitates Lanceæ. Et habet fructũ rotundũ, aliquantulũ depressum & latũ. Inter folia eius repertũ, quod quando maturatur, uergit ad rubedinẽ inter ipsum & granum triangulum. Et habet ramulos similes ramis plantæ dictæ Lauros, egredientes ab una radice sicut agrestis, difficile frangibiles, longos circiter brachiũ unum, plenos folijs, & fructus eius ponticus declinans ad rubedinem. Quę profecto descriptio in uniuersum conuenit cũ descriptione syluestris Myrti, quã ὀξυμυρσίνην, id est, acuminatã Myrtũ Græci nominant, quemadmodum deprehendet, qui eandem cum Dioscor. descriptione lib. 4. cap. 137. quæ talis est, contulerit. Myrtus syluestris Myrto simile foliũ habet, latius tamen, lanceæ figura in summo acuminatum: fructum fert in medio folio hærentem, rotundũ, cum maturuit, rubentem, ossea intus duricie. Ramulos uitilium modo lentos, numerosos, ab ipsa radice non facile frangibiles, cubitali longitudine, folijs plenos. Radicẽ gramini similem, sapore acerbo & subamaro. Quis itaq; tam stupidus, qui non uideat hic cęcutisse Serapionem, ac Cubebas cum Oxymyrsine non sine magna ignauia confudisse: quum tamen arbor Oxymyrsine sit longe diuersa ab ea, quæ Cubebas profert. Et qui Cubebas & baccas rubentes, quas Oxymyrsine producit, nouerunt, facile quantũ deceptus sit sua coniectura Serapion, iudicabunt. Est autẽ Oxymyrsine arbor, quæ Plinio teste lib. 24. cap. 9. Ruscus latine, uulgo uero a medicis corrupto uocabulo Bruscus appellatur, ex quo Plinij temporibus, sicut hodie quoq;, ruri scopæ fiebant. At Oxymyrsinen a Romanis uocari Ruscũ, præter Pliniũ testať etiam Diosc. ijs uerbis. Romani Ruscum nominãt. Nunc in nullo honore Ruscus est, nisi q̃d in aliquib. locis, ut diximus, scopę ad purganda pauimenta ex eo fiunt. Pueri quoq; rubẽtes baccas ex folijs eius decerpentes, ceu Corallijs per ludũ se illis ornãt. Rustica q̃q; gẽs in carnario suspẽdit, tueť eo a muriũ iniurijs pernas, & casei sui fiscellas, Neq; eñ acuminata in cuspidẽ foliorum eius cacumina penetrare animalia

Oxymyrsine.

dent, quam ob caussam & μυάκανθα, id est, murinam spinam quidam dixerunt. Vides hoc loco Serapioni æque ut Auicennæ in herbarum descriptionibus parum esse fidendum. A

De MEMITHE. Cap. XXVI.

Errare magnam Medicorū partem in Memithe, notius fere est, quàm ut demonstratione egeat. Sunt enim quidam, qui hanc Chelidoniam esse adserunt, in quorum albo est Gerardus ille Cremonensis: & hi quidē cęteris magis cæcutiunt. Nam cum in confesso sit apud omnes, Memithen esse frigidi temperamenti, id quod Auicēna. 2. Can. cap. 381. quoq; confirmat, inquiens, Natura Memithe frigida est & sicca in primo, fieri non potest, ut sit Chelidonia herba, quæ Galeno. lib. 6. de Simplicib. Medica. cap. 172. teste, in tertio ordine calefacientiū collocat. Seducti autem proculdubio boni illi uiri, nominū Memithe & Memire uicinitate, quorū hoc Arabis Chelidoniū, illud uero Glaucium significat. Aut quia descriptio Memithe apud Auicennam in multis cum descriptione Chelidonij maioris conueniat, quemadmodum est succus coloris crocei, cum amaritudine aliqua & odoris grauitate: hæc enim omnia in Chelidonij quoq; succo reperiunt. Sunt alij, qui Memithen esse herbā eam dicunt, quam Græci μήκωνα κερατίδα, id est, Papauer cornutum uocant. Et eo modo interpretatus est quidā magni nominis Medicus, ut ijsce audiui auribus, quotiescunq; nonum Rasij prælegerat. Istos uero nō minus quam primos errare, conuincunt uerba Dioscor. quæ scribit lib. 4. cap. 60. de Papauere cornuto in hanc sententiam. Decepti sunt alioqui foliorū similitudine, falso crediderunt ex hac fieri glauciū. Adeoq; uides hunc errorē non nuper esse natū, sed Dioscoridis seculo inualuisse. Id Plinius quoq; lib. 20. cap. 19. indicat, dum post Ceratidis, id est, Cornuti Papaueris descriptionē ita scribit. Quidam hoc genus Glauciū uocant. Esse autem Glaucium id, quod Arabes Memithen appellant, testatur utriusq; descriptio: nam per omnia conueniunt Glaucio, quę Arabes Memithe tribuunt. Serapio enim Memithe hunc in modū describit. Memithe est succus herbę eiusdē nominis, folia habens Papaueri similia: hæc calido cinere cooperiunt, & sic succū emittunt. Alij herbam in ollam mittunt, & circūliniunt creta, & in furnū feruentē mittunt, & sic folijs maceratis succū exprimunt. Eius est optimum, quod est crocei coloris intus, & gustu amarū, & odore graui: miscetur ocularibus medicinis. Quæ sane descriptio ferme eadē est cum descriptione Glaucij, quam tradit Dioscor. lib. 3. cap. 91. dicens. Glauciū succus est herbæ nascentis ad Hierapolim Syriæ. Folia eius Cornuto Papaueri similia sunt, pinguiora tamen, humiliaq;, odore tetro, & in gustu amara. Succo eadem abundat, qui croceo colore est. Eius folia incolæ in fictile conijcientes, in furnis non adeo calentibus, usq; dum in calore inarescant, calefaciunt, mox tundētes exprimunt succū. Eius usus in oculorum medicina a principio: refrigerandi enim uires habet. Itaq; ex collatione duarū descriptionū, nihil differre Glauciū a Memithe, manifestū fit. Id quod Auicennæ quoq;. 2. Can. notificatio confirmat, quæ talis est. Memithe est simile glandibus, citrini coloris, ad nigredinem declinans. In ipso est amaritudo, & substantia aquea & terrea, & est herba manifesti odoris, & amari saporis, & crocei succi. Est frigida & sicca in primo. Sanat Erysipilam non fortē. Confert in medicinis Ophthalmiæ in principio. Hæc sane descriptio, etsi non multū a Dioscor. euariet, magis tamen congruit cum ea quæ habetur apud Galenum lib. 6. de Simplicib. Medica. cap. 96. in hunc modū. Glauciū est herba habens adstringendi uim cum delectatione, frigefacitq; & curat Erysipilata, quando non est fortis. Et eius temperamentū constat ex substantia aquea & terrea, & ambæ sunt frigidæ, sed frigiditas earum non est fortis, sicut est frigiditas aquæ fontanæ. Plinius etiā lib. 27. cap. 10. docet Glauciū id esse, quod Arabes Memihte appellant: in nullo em̄ a Dioscor. uariat, nisi quod hic succum crocei coloris esse ait, ille uero granū. Et ut finem faciam, persuadet hoc quoque Paulus in sexto: quando hic Glaucium non aliter, quam Auicenna suum Memithe refrigerare, Sacros ignes non admodum ualidos curare asserat. B

De PHASELO, & PHASIOLO. Caput XXVII.

Diuersa esse inter se legumina, Phaselum & Phaseolū seu Phasiolū, primū omnium manifestum fit legenti Galenum lib. 1. de Alimentis, qui de ijs tanquā diuersis leguminibus, naturaque & figura plurimū differentibus, in diuersis etiam capitibus agit. Capite enim. 21. eiusdem libri, Galenus Phaselū scribit mediocritatem quandā seruare inter ea, quæ boni & mali succi sunt, atq; quæ facile, & quæ difficile concoquuntur: quæ tarde, & quæ cito excernuntur, inter ea quæ inflant & non inflant, quæ parum, & quæ multum nutriunt. Præterea nullam qualitatē efficacē habere ait, sicut alia habentia succos aut acerbos, aut adstringentes, aut salsos, aut dulces, aut amaros. Addit aliquos Phaselū maceratū donec proueniant radices, ablutūq; in Garo subducendi uentrē gratia ante alios cibos sumere, atq; magis, postquā distributum fuerit, quam Fœnum Græcū alere. Idq; probat ex historia cuiusdā adolescentis Alexandrini, qui medicę artę operā na

C uans, quotidie pulte ex Phaſelis utebatur, ſanus tamen permanſit, nec deteriorem corporis habitũ, quàm antea habuit, nactus eſt. Subſcribit Galeno Paulus Aegineta libro primo, cap. 79, inquiens. Phaſeli ſi macerentur donec radices proueniant, atq; ex Garo ante cibũ ſumanť, uentrem ſubducunt, atq; magis quã Fœnũ græcum alunt. Multo autẽ propius ad Galeni de Phaſelis ſententiã accedit Pſellus, qui libro ſecundo de ratione uictus in hunc modũ ſcribit. Phaſelos aqua aſpergunt, quoad radicẽ germenq; ediderint, & ante reliquũ cibũ manducant ad citandã aluũ. Garo immerſa nutriunt, ſuccũq; hæc generant, cum bene coquuntur. Meliora Fœno græco, mediaq; ſunt inter bonum & malum ſuccũ, ſiue concoquantur, ſiue minus, & inter tarda & celeria meatu, multum nutrientia & parum. Phaſeolum uero, ſiue Phaſiolum mox idem Gal. cap. 24. tanquam legumen a Phaſelo diuerſum, ſub Dolichi nomine depingit, docetq; Phaſeolos, per quatuor pronunciando ſyllabas, alias dici Dolichos, ad differentiã eorum, qui per tres ſyllabas Phaſeli appellantur, de quibus antea egerat. Phaſeolum autem eſſe eundem cum Dolicho, Paulus etiam Aegineta primo uolumine, cap. 79. his uerbis confirmat. Phaſioli, qui & Dolichi nominantur. Vbi in Latina Copi traductione Phaſeli falſo legitur (uitio, quantũ arbitror, impreſſoris) Paulus em̃met ipſe diuerſitatem inter Phaſelos & Phaſiolos facit, Phaſelos primo inſtar Galeni deſcribens, deinde uero ſeorſum etiam Phaſeolos dicens. Si integri cum ſiliquis uirideſq; ingeranť, plures ſuperfluitates cumulant. Ita & Galenus, ubi ſupra uirides cum ſiliquis comedi teſtatur, quo nomine & Lobos appellatos eſſe ſcribit. Deſcribit & Dioſcor. Phaſiolum lib. 2. cap. 115. hoc pacto. Phaſiolus inflat, inflationeſq; excitat, ægreq; concoquitur. Si coctus uiridis in cibo ſumitur, aluũ mollit, uomitionibus accomodatum eſt. Errat autem & hoc loci interpres Florentinus, uir alioqui rara eruditione ac multiiuga rerum cognitione inſignis, acerrimoq; iudicio præditus, Phaſelum cum Phaſiolo confundens. Ex iis itaq; ſatis conſtat, inter ſe differre Phaſelum a Phaſiolo, quod nõ animaduertentes etiam magni nominis uiri, lapſi ſunt: & inter Arabes etiam Serapio, qui ſub Lubiæ nomine, quod certe a Lobo Græca uoce deflexum eſt, Phaſelos cum Phaſiolis confundit.

¶ De IVIVBIS, & SEBESTI. Cap. XXVIII.

D IViubas, quas Sericas Græci nominant, ad uſum medicinæ non conducere, præter cæteros, docet Galenus libro ſecundo de alimentis, cap. 31. de Sericis, ubi ingenue fatetur ſe non habere aliquid de ipſis teſtificari ad ſanitatis conſeruationẽ, aut ægritudinũ curationẽ. Sunt eñ, inquit, cibus mulierũ & puerorum effrenatorum, paucíq; nutrimenti & indigeſtibiles, ſimul cum hoc q̃ neq; euſtomachũ eſt, alimentũ palam quod & ipſum dant paucũ corpori. Adeoq; iis uerbis in uniuerſum damnat in uſu medico Gal. Iuiubas. Quod non animaduertiſſe Auicennam mirum admodũ eſt, qui lib. 2. cap. 371. hęc eadem Gal. uerba citat, inquiens. Et quidem ſermo in eis bonus eſt ille, quem dixit Galenus. Non reperi Iuiubas in conſeruanda ſanitate, & remouenda ægritudine aliquid operantes, ſed reperi eas difficilis digeſtionis, & pauci nutrimenti: & nihilominus paulo poſt, eaſdem conferre pectori atq; pulmoni, item dolori renum & ueſicæ adſtruit. At ſolet ubiq; fere immemor eſſe eorũ quæ ſcripſit Auicenna, tantus eiuſdem mentem occupauit lethargus. Præterea nullius eſſe commodi in uſu medico Iuiubas, teſtatur etiam Plinius lib. 4. de Re Medica, cap. 46. de Ziziphis, dicens. Zizipha modicũ cibum corpori præſtant, licet illis ſaporis nonnulla gratia lenocinetur. Habent tamen plurima incõmoda: ægre concoquunť, ſitim accendunt, prægrauant ſtomachũ, difficillimum reddunt officium uentris. Ex quibus Plinii uerbis collige tria. Primũ eadẽ eſſe Zizipha cum Iuiubis: nam hæc Plinii deſcriptio fere nihil a Galeniana diſtat. Accedit etiam quod Plinius alibi, hoc eſt, lib. 15. cap. 14. Zizipha, haud aliter quàm Iuiubas eſſe peregrina, & ex Syria aſportari ſcribit. Secundum, errare Medicos iuniores, qui ad purificandum ſanguinem, ſeu ut illi loquuntur, ad mundificationẽ ſauguinis Iuiubas adhibent. Qui enim fieri poſſet, ut ſanguinẽ purificarent, cum uentriculo inutiles ſint, & ad concoquendũ difficiles. Et ut penitus obmuteſcere faciamus aduerſarios, ecce cum illorũ principe Auicennã eoſdẽ conuincamus, qui in capite de Iuiubis ſic agit. Et illorũ exiſtimatio, qui putant, quod ipſę clarificent ſanguinẽ & lauent eum, eſt exiſtimatio corrupta: ad quã ego non declino, quia magis ingroſſant ſanguinem & uiſcoſum faciunt ipſum. Quid, quæſo, iis uerbis apertius? Tertiũ, quod ex prædictis colligiť, eſt, quod falſo admodũ fructui tribuunt, quæ foliis, radici & corticis arboris ferentis Iuiubas debentur: ſicut eſt mitigare tuſſim, ad ueſicæ dolores conferre. Teſtis eius rei eſt Plinius, qui libro eodẽ de Re Medica hęc omnia foliis, radici & cortici adſcribit iis uerbis. Folia tamẽ ipſa contrita & impoſita, Spleneticos & Hydropicos adiuuare certiſſimũ eſt. Radicis & corticis eadẽ uirtus habetur, quorum ſuccus ex melle coctus tuſſim mitigat, cum mero mixtus, iecori medetur, ueſicã leuat urina largiori. Iſtis ſatis ſuperq; oſtenſum eſt, Iuiubas perperam a iunioribus Medicis ad multa eſſe accomodatas. Reliquum igitur eſt, ut & itidẽ in Sebeſten contigiſſe demonſtremus. Fructum autem illum, quem Arabes Sebeſten nominant,

Paulus ac Plinius Myxā uocant. Pauli uero hæc de Myxa uerba. Myxa est fructus quidē pruno similis sed minor eo. Ita Plinius libro .13. cap. 5. de Prunis in Damasco monte natis, & Myxis una loquit, dicens. Itē Pruna in Damasco monte nata, & Myxa, utranq; iam familiarem Italię. Ex quibus omnibus facile constat, Myxam a Sebesten nihil differre. Id quod etiā ostendunt uerba Auicennæ, de Sebesten ita scribentis. Sebesten & nominatur Mukeita. Quæ sane dictio corrupta est, ac pro ea legendū Myxa. Proprietates autem Sebesten Auicenna ijs uerbis enarrat. Sunt quasi temperatæ. Sunt lenitiuæ, leniunt enim pectus & guttur. Sedant sitim, leniunt uentrem. Quæ equidē proprietates omnes, una, aut altera dempta, sunt falsissimæ. Nec em̄ Sebesten sunt temperatę, ut putat Auicēna, sed frigidę & siccę: neq; etiā uentrē leniunt, sed magis eundem adstringunt. Id quod testat Plinius, uel quisquis tandem eius libri autor est (nec enim eius autoritas respuenda, quando nō uno loco sua Hippocraticis ac Galenianis placitis fulciat) lib. 4. de re Medica, cap. 57. de Myxa hunc in modū scribens. Hoc nanq; genus manifeste stypticę uirtutis appa ret & frigidę, quamuis plurima illi de rigore siccitas decoquat. Verum & ardores febricantium extinguit: ore compressum, & sitim mitigat, & in cibo sumptū, stomachū erigit, solutioni uentris obsistit. Proinde uideant Medici iuniores, qui Eclegma, siue ut ipsi loquunt, Electuariū de Sebesten ad subducendam aluum conficiunt: quum ex Plinij sententia solutioni uentris potius obsistant. At quid multa? Nihil mirum, Arabes ementita scripsisse, qui utcunq; sua ex aliorum scriptis consarcinare studuerunt.

De LICHENE. Cap. .XXIX.

HErbam a recentioribus uocatam Hepaticam, esse eam, quam Dioscor. Galenus, ac Græci alij Lichenē nominant, facile ex utriusq; descriptionibus deprehenditur. Nam quæcunq; a Serapione ac alijs Hepaticæ tribuuntur, hæc omnia Dioscorides Licheni adscribit. Serapionis autē hæc de Hepatica uerba. Hepatica nascitur in lapidibus humectis, & cadit super eam ros uel gutta aquę. Virtus eius est, quæ infrigidat frigiditate pauca, & desiccat, & abstergit. Et emplastrum cum ea factū, abscindit hæmorrhogiam: & posita & cataplasmata etiā sedat apostemata calida, & curat impetiginē, & confert ictericię. Hæc descriptio in uniuersum quadrat cum Dioscor. quā tradit lib. 4. cap. 50. ita scribens. Lichen petris adhærens. Sunt qui Muscū uocant. Muscus est roscidis petris adhęrens. Hic emplastri modo impositus, sanguinis eruptiones sistit, inflammationes compescit, & impetigines sanat. Inungit idē utiliter ex melle suffusis felle, & in os linguamq; destillationes cohibet. Itaq; iam satis constat Lichenē Gręcorū nihil ab Hepatica differre recentiorū. Falsum uero est, quod ex iunioribus quidā scribunt, hanc ideo Hepaticā dictā, q̄d hepati maxime prosit. In quorū numero Platearius est, qui in eam sententiā scribit. Hepatica est herba crescens in aquosis & lapidosis: habet folia minuta, terrę lapidibusq; adherentia: & dicit Hepatica, quia pręcipue hepatis est iuuatiua. Pandectarius quoq; ex Gal. & Serapionis, ut uidet, autoritate docet hanc herbā ualere contra lienis hepatisq; obstructiones, & contra omnē hepatis morbū: cum tamē hi effectus Licheni neq; a Galeno, neq; a Serap. usquā tribuant, id q̄d ex Serapionis uerbis paulo supra adductis patuit. Quod aūt Gal. nihil tale docuerit, indicāt eius uerba de Lichene lib. simp. medic. 7. cap. 70. ubi ita differit: Lichen, qui in petris, quidā Muscū uocant. Nominat aūt ita, quia impetigines sanat. Est uero huic uis quædā abstergēdi ac refrigerandi, atq; siccandi. Abstergēdi uero & siccandi uirtutē habet a petra, refrigerandi aūt ab aquositate: in humidis em̄ petris nascit. Plin. pręterea lib. 26. cap. 4 Lichenē describens, nihil, q̄d cū recentiorū conueniat sententia, de ea refert. Sunt uero hæc eiusdē uerba, Est aliud genus Lichenis, petris tm̄ adhærens, ut muscus, qui & ipse illinit. Hic & sanguinē sistit uulneribus instillatus & collectiones illitus. Morbū quoq; regiū cum melle sanat ore illito & lingua. Ex his itaq; locis manifestū fit, Lichenem perperā a iunioribus dictā esse Hepaticā, quando ueterū testimonio Hepati nihil conferat. Quod si uero quis Lichenē herbam prodesse hepati ea ratione contendat, quoniam de ipsa scribant ueteres, quod ictericis conferat: morbus autē, qui icterus nominatur, plurimū hepatis uitio oriatur. Is etiam Diosc. ac Plinio docentibus, discat non intra sumptam ad uitiū ipsum tollendum, sed extra adhibitam, potius ad colorē natiuū ictericis recuperandum Lichenem herbam a Medicis prioribus commendari. Non est uero a ratione alienū, hanc ipsam herbam, quę, ut ait Galenus, abstergendo plurimū ualet, sicuti impetigines, ita alteram cutis in ictericis fœditatem delere. Propterea si qua herba est, quæ ob excellentem iuuandi hepar proprietatem nomine Hepatica debeat insigniri, illa profecto est Eupatorium: quæ etiam inde apud Græcos uidet nominata, quod sit bona hepati. Cuius rei testis est Dioscorides, qui libro quarto, cap. 38. ita de Eupatorio scribit. Bibitur uero semen herba que ipsa cum uino utiliter iocinorosis. Hoc etiam confirmat Galenus lib. 6. de Simplicib. Medic. cap. 39. inquiens. Eupatorium hepatis obstructiones expurgat, atq; insuper hepar corroborat. Non latet tamen Plinium scribere Eupatorium sic dictam ab Eupatore rege, a quo inuenta est. Vtcunq; autem sit, certum est, Lichenē

C ueterum teſtimonio Hepaticam appellari non poſſe.

De VOLVBILI. Cap. .XXX.

AVicenna capite.235.ſecundi Canonis de Volubili in hanc ſcribit ſententiam. Lac Volubilis magnæ abradit pilos, & interficit pediculos. Folia funis pauperum recentia conuenientia ſunt ulceribus magnis, & conſolidant ea decocta in uino, & ex eis emplaſtrum factum ſuperimpoſitum aduſtioni ignis, & proprie cum cerato. Diſtillatur ſuccus eius in aurē doloroſam, & confert ulceribus antiquis. Hæc porro Auicennæ deſcriptio in uniuerſum quadrat cum deſcriptione Hederæ, quæ tradit a Dioſc. & Galeno. Dioſcor. quippe lib.2.cap.168. de Hedera ita ſcribit. Depilat Hederę lachryma, pediculoſq; inuncta necat. (Atq; hic aduerte, Auicennam ineptiſſime lac pro lachryma reddidiſſe) Omnium generum ulceribus folia in uino decocta impoſitaq; ambuſtis, doloſiſq; ulceribus medentur. Succus uero foliorum corymborumq; doloribus aurium & purulentis auribus medetur. Conſimiliter Galenus lib.5. de Simplicib. Medica. cap. 28. hæc ſingula inſtar Dioſcor. Hederæ tribuit in eum modum ſcribens. Lachryma Hederæ pediculos interficit, capilloſq; deſtruit. Folia eius trita cum ceroto ambuſtis igne proſunt, Sanant ulcera antiqua iuxta & nares. Plinius quoq; lib.24.cap.10. hæc eadem Hederę adſcribit, dicens. Succus Hederæ tædia narium graueolentiamq; emendat. Infunditur etiam purulentis auribus aut dolentibus cum oleo. Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi, etiamſi cacoëthe ſint. Lachryma Hederæ Pſilothrum eſt, Phthiriaſimq; tollit. Et ambuſtis illinitur utiliter cum cera. Quis eſt, qui ex iſtis ueterū teſtimonijs nō aperte uideat, Auic. Hederę proprietates, cū Volubilis proprietatibus miſcuiſſe? Sed quid mirū hic lapſum Auic. qn̄ & antea in capite de Cuſſos Hederæ etiam uirtutes cum alterius herbæ, quæ Ladanum fert, uiribus miſcuerit, ut in errato decimo ſexto indicauimus. Cæterum annotandum & hoc eſt, Volubilem maiorem dictam, eā eſſe herbam, quæ a Græcis κισσάμπελος, id eſt, Hedera uitealis & Helxine nuncupatur. Hęc autem herba lacte plurimo manat, & aluum cit, haud aliter quam Scammonia. Deſcribit autem hanc Dioſcorides lib.4. capite χκά in hunc modum. Helxine Hederæ ſimilia folia habet, ramuſculos tamen minores, amplectentes quicquid contigerint. Naſcitur in ſeptis & uineis atq; frumento. Auicenna uero neſciens ueram Hederam diſtinguere a Ciſſampelo ſiue Helxine, mixtis ambarum herbarum natura diſtantium poteſtatibus, magnam peperit confuſionem: & ſicuti Hederam pro Volubili, ita quoq; lac pro lachryma poſuit, cum tamen ueræ Hederę lachryma, & nō lac uitealis Hederæ ſit, cui tam a Dioſcor. quam Galeno ac Plinio is datur effectus, quod depilet, & pediculos enecet, ut diximus. Præterea cum is error, quemadmodū alij non pauci, ex linguarum inſcitia ortus appareat, cogitent optimi quiq; q̄ neceſſaria ſit Medico linguarum peritia: qua certe niſi inſtructus medicinam acceſſerit, non eſt quod non multis errorum labyrinthis inuoluat. At non eſt quod moroſis iſtis barbaris perſuadeamus, ut iam ſenes Catonē imitent.

Volubilis.

D

De CENTAVRIO. Caput .XXXI.

MEſuen utrunq; Centaurium confundere, certius eſt, q̄ ut demonſtratione egeat. Sed ut ijs ſatisfiat, qui autorem hunc mordicus tenent, quiq; eundem ab omni errore immunem arbitrantur, age hominem ſuis uerbis conuincemus, quæ lib. ſuo de Simplicibus medicamentis ſcribit in hunc modum. Centaurea alia maior, alia minor, inter quas diſtinguntur proprietates notæ. Minor melior eſt in omni re, & melior pars plantæ ſunt flores & ſemina ipſius. Calidæ complexionis & ſiccæ in ſecundo eſt. Et eſt compoſita ex partibus terreis aduſtis, in parte dantibus ei amaritudinem, & ex partibus non aduſtis cum permixtione aquoſitatis, a quibus ineſt ei ſtipticitas. Et eſt in ea de dulcedine aliquid a partibus aëreis. Et in ipſa eſt ex acredine aliquid a partibus igneis. Et amaritudo in ea plus eſt ſtipticitate ipſius, & ſtipticitas plus dulcedine & acredine, & acredo in ipſa eſt remiſſa ſine mordicatione. Quare eſt ex maxime curantibus uulnera. Immo ipſa eſt abſterſiua, exiccatiua, conſumptiua ſuperfluitatum, & ſolutiua uentris. Hactenus Meſue qui in uniuerſum Auicennam ſecundo Canone de Centauria ſcribentem imitatus eſt. Ex quibus ſane uerbis manifeſtum fit, Meſuen utranq; Centauriam confundere. nam de utraq; tanquā de una loquitur. Etſi enim primo eandem in maiorem & minorem diuidat, tamen mox earundem mixtis proprietatibus, tanquam de una loqueretur, earum hiſtoriam confuſiſſime tractat. Quod autem non de una tantum agat, ſed confuſim de utraq;, id ueterum teſtimonijs oſtendemus. Nam primum omnium quod Centaurio ineſſe amaritudinem & ſtipticitatem ſcribit, hoc certe de minori intelligendum erit. Id enim propter amaritudinem aliqui Fel terrę nominarunt. Quod indicat Plinius lib.25.cap.6. ita ſcribens. Hoc Centaurion noſtri Fel terrę uocant, propter amaritudinem ſummam. Galenus etiam lib.7. de Simplicib. Medica. cap.17. iſta Centaurio minori conuenire docet, in eam ſententiam diſſerens. Dominatur in eo amara qualitas modica ſtipticitate participans, & propter hoc temperamentum exiccans fortiter, eſt medicamentum ſine mordicatione. Quod uero deinceps Meſue Centaurio ineſſe dulcedinem cum acredine ait,

A

hoc equidem maiori accommodari debet. Nam ut minor ob amaritudinem Fel terræ uocatur, ita maior ob dulcedinem Mel terræ appellari potest. Id quod testatur lib. 3. cap. 7. ita de maiori Centaurio scribens. Radix illi densa, dura, ponderosa, longitudine ad bina cubita, succo plena, sapore acri cum adstrictione, dulcedineq; aliqua. Et confirmat Galenus lib. 7. Simplicium Medicamentorum, cap. 15. ita docens. Secundũ gustum enim acris simul & stiptica apparet cum quadam dulcedine. Plinius quoq; ubi supra inquiẽs. Radix uasta, rubescens, tenera, fragilisq;, ad bina cubita, madida succo, amara cum quadã dulcedine. Verba autẽ Mesue quæ sequunt̃, quod scilicet sit in ea acredo remissa sine mordicatione, iterum de minori, ut diximus, intelliguntur. Quod uero post ait, quare est ex maxime curantibus uulnera, id maiori aptari debet. De eo enĩ sic scribit Diosc. Radix eius utilis est uulnerib. Constipat enĩ & glutinat, carnesq; elixas cogit, si quis ipsam contundens simul decoxerit. Quod & Plinius confirmat dicens. Vis in uulneribus tanta, ut cohærescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. Præterea quod subijcit Mesue, Immo ipsa est abstersiua, exiccatiua, consumptiua superfluitatũ, & solutiua uentris, hoc minori Centaurio tribuunt ueteres. Id quod facit Dioscorides, in hunc modum scribens. Potum decoctum eius per inferna biliosa trahit & crassa. Galenus etiam inquit. Decoctionem huius herbæ injciunt quidam Ischiaticis, ceu educentem biliosa & crassa. Quid porro iam notius, quam Mesuen utriusq; Centaurij uires miscuisse: adeo ut nemo etiam, licet oculatissimus sit, citra ueterum scripta istas discernere, ac cuilibet suas adaptare possit. Hinc factum est, ut Centauriũ maius nostro ęuo fere omnibus incognitum sit, quando passim in officinis solius minoris usus sit, non sine magno errore. At solent hoc pacto per autorum inscitiam non pauca intercidere, quæ certe si ueteres ac probatissimos autores, sicut barbaros & indoctos istos spermologos legere curassemus, minime iam nos laterent. Postremum quod Mesue Centauriũ minus præfert maiori, iterum exemplo Auicennæ facit, quem ferme in omnibus sequitur. Is enim. 2. Can. de Centaurio ita scribit. Sed minor est magis iuuatiua ad omnia illa. Verum hoc quoq; pręter antiquorum exemplum factũ est, qui cuiq; suas uires seorsum tribuerunt, nec unum alteri prætulerunt, quemadmodum uidere licet apud Dioscoridem atq; Galenum, qui certe præter alia radicẽ quoq; Centaurij minoris inutilem, ac nullius in re medica usus esse scribunt. Dioscoridis enim hæc uerba. Radix parua, nullius usus. Galeni uero illa. Centaurij minoris radix quidem omnifariã inutilis est. Id quod & Plinius docet, inquiens. Centaurium minus radice tenui & superuacua. Videant hic medici iuniores, quantum cæcutiant, quantumq; a uero aberrent. hi enim non solum ignorant Centaurium maius, uerum etiam radice minoris utuntur in usu medico, quæ tamen omnium ueterum testimonio penitus inutilis ac superuacua est. Ita barbarorum inscitia uniuersus medicinæ decor perijt, quem faxint Superi, doctorũ omnium studijs recuperemus.

B

¶ De ARMENI & LASVLI LAPIDIBVS. Caput .XXXII.

AVicennam sub uno eodemq; capite Armenum lapidem cum Lazuli confundere, ex eiusdem uerbis manifestum fit. Is enim libro secundo, cap. 57. de lapide Lazuli ita scribit. Virtus eius est sicut uirtus eius quo adhæret aurum, debilior parum est. Hæc aũt non de lapide Lazuli a ueteribus scribuntur, sed de Armeno dicto lapide. Id quod in primis testatur Dioscorides, qui lib. 5. ca. 69. de Armeno lapide ita tradit. Pręstat eadẽ quę Chrysocolla, uirib. tñ infirmior. Hoc etiã confirmat Plin. li. 35. cap. 6. inquiẽs. Armenia mittit, q̃d eius noĩe appellat̃. Lapis hic quoq; Chrysocollę uiribus similis. Subijcit post hęc Auic. de lapide Lazuli. Inest ei uirtus eradicatiua, putrefactiua, & abstersio eius cũ acuitate & stipticitate pauca. Quæ certe a Galeno lib. 9. de Simplicib. Medica. tractat. 3. cap. 2. lapidi Armeno tribuuntur, dum ait. Habet uires abstergentes cũ acredine, & pauca quadam adstringendi facultate. Quod autem addit Auicenna, Bonos efficit pilos palpebrarum, & prolongat eos, & est ultimum sicut dicitur in illo, propter proprietatem quæ est in ipso, & dicitur propterea, quia ipsum euacuat humores malos, prohibentes oriri pilos: hoc itidem lapidi Armeno, & non Lazuli adaptari debet. Ita enim de eo Dioscor. scribit. Facit ad alendos in palpebris pilos. Galenus quoq; haud aliter quam Dioscor. ista lapidi Armeno conuenire docet, ita scribens. Quum igitur tali natura præditus sit, miscetur medicamibus oculorum, ipsum quoq; seorsum terentes, & in puluerem quodammodo redigentes, utuntur sicco ad augendos pilos palpebrarũ, quando ob humorum acredinem quidam ex ipsis decidunt, quidam non augentur neq; nutriuntur. Nam ubi huiuscemodi humorum acrimonia fuerit consumpta, ad naturalem habitum palpebra restituitur. Ex his itaq; clarum est, quod quęcunq; fere de lapide Lazuli refert Auicenna, eadẽ omnia a Græcis autoribus Armeno lapidi tribui. In eundem uero errorẽ lapsus est & Serapio. hic enim lapidẽ Lazuli notificans, eiusq; potestates exponens, non alia refert quã quæ de lapide Armeno Græci tradunt. Ait enim. Virtus eius est similis glutini auri, nisi quia est debilior eo, & facit nasci pilos in palpebris. Hanc autẽ de-

C ſcriptionem non conuenire lapidi Lazuli, ſed Armeno, in ſuperioribus oſtenſum eſt. Quod uero Auicenna de lapide Lazuli ſcribit huic ineſſe uirtutem eradicatiuam & putrefactiuam, id uerum equidem eſt. Nam ea proprietas peculiaris eſt huic lapidi, qui ab Arabib. Lazuli, a Græcis uero Cyanus dicitur. Teſtis Dioſcorides, qui libro quinto, cap. 60. de eo ita ſcribit. Cyanus, ſeu Ceruleus uim habet reprimendi, leniter putrefaciendi, exulcerandi, ac cruſtas ignis modo inducendi. Proinde ſatis conſtat Auicennā, ut in plęriſq; alijs, ita & in hoc lapide rerum differentias miſcuiſſe. Et niſi hoc fateantur aduerſarij, numen eorū Auicennā in grandius erratum incidiſſe conuincemus, nimirum quod ſibi pugnantia in uno eodemq; capite ſcripſerit. Si enim de uno tantum lapide tractat, quomodo conuenient, eundem habere uirtutem eradicatiuam, & nutriendi pilos? nam uirtute eradicatiua, quæ eſt innata ipſi, nullo pacto nutrire & producere capillos poteſt, ſed eoſdem magis extirpat atq; radicitus perdit. Inſuper ne hoc prætercam, ſi hic lapis putrefaciendi uim habet, ſicut Auiceña atq; Dioſc. fatentur, omniaq; ea uim habentia a Medicis, Gal. præſertim, inter uenena computent, quo pacto ab exitiali errore ſe uindicabunt noſtri temporis Medici, hunc lapidem, qui non minus uenenum eſt, q̄ quod uulgus Cenabriū uocat, in catapotijs deuorandū quotidie prębētes? Nullius em̄ ueteris autoritate ſeſe tueri poſſunt: qn̄ nemo ex Gręcis autorib. Cyanū lapidē in pillulis purgandę atrę bilis gratia deuorari docuerit. Nec Arabū ea in re ſatis eſt autoritas: qn̄ luce clarius ſit, illos eorundē lapidū ꝓprietates miſcuiſſe, atq; adeo q̄d docēt lapidi Lazuli ineſſe uirtutē atrę bilis purgandę, hoc falſum admodum eſt. ea em̄ ꝓprietas, doctiſſimi Alexandri Græci teſtimonio Armeno debet̄ lapidi. Hinc cū Arabes unius uires ac proprietates in altero notent, conſequit̄ illis parum, aut omnino nihil eſſe fidendum. Itaq; caueant poſt hac omnes uere ac candide docti a lapidis Lazuli uſu, qn̄ is putrefaciendi ac exulcerandi uim habeat, atq; hoc nomine merito inter uenena connumerandus.

¶ DE CANTHARIDIBVS. Caput .XXXIII.

NOn arbitror eſſe aliquem, qui ignoret noſtræ ętatis Medicos in Cantharidibus propinandis omnes ex æquo proijciendas eſſe alas docere, idq; quantum coniectura aſſequi poſſum, Arabū, aut eoſdē male interpretantiū præſcripto factū eſt: quando paſſim in iſtis, dum Cantharides exhibent, ſcribatur abijcere oportere alas & caput. Id quod maxime liquet legenti Razā lib. 9. ad Almanſorē, capite de mingendi dIfficultate, & Auicennam Fen. 29. lib. 4. tractat. 2. cap. 8. & D paſſim alibi. Quantū autem ea in re errauerint boni illi uiri, aut certe eorundem interpretes, ſatis patebit huic, qui Cantharidū uires atq; naturam iuxta ueterū deſcriptionem expenderit. Illi enim ex profeſſo docent, alas maleficio Cantharidū eſſe remedio, atq; hoc nomine minus abijciendas. Teſtis eſt in prImis Dioſcor. libro. 2. cap. 53. dicens. Retulerunt plęriq; alas & pedes Cantharidum contra earundē maleficia remedio eſſe. Quamuis uero Dioſcor. id ex aliorum potius ſententia quam propria ſcribat, ita tamen eſſe poſt eum Plinius lib. 29. cap. 4. manifeſtiſſime indicat ſic ſcribens. Ipſarum Cantharidum uenenum in qua parte ſit, non conſtat inter autores. Alij in pedibus & capite exiſtimant eſſe, alij negant. Conuenit tamē, pennas earum auxiliari, in quacunq; parte ſit uenenum. Hinc eſt quod Hippocrates lib. 4. de uictu morborum acutorū, Aph. 114. in curatione aquæ inter cutem, non alas, ut noſtri ſeculi Medici, ſed pedes & caput proijcere doceat. Eius enim hęc ſunt uerba. Cantharides tres, abiectis pedibus & capite, teruntur in aquę cyathis tribus. &c. Vbi antiquus interpres nō ſine errore reddidit in ſua traductione. Auferens caput & pedes & alas. Proinde utcunq; de pedibus adhuc diſſentiant autores, conuenit tamen inter omnes, ut ex Plinij autoritate diximus, alas eorundē maleficio medicari, atq; ob id minime proijciendas. Vides iam, quantum in manifeſtiſſimis etiam cęcutiant Medici iuniores. Hinc factū, quod non raro eiſdem Cantharidum uſus male eeſſit, ita ut Cantharides ſua ui erodendi ſæpius ſanguinem promanare fecerint. Quod ſi uero alas, quæ huic maleficio remedio ſunt, nō abiectas uoluiſſent, forte nihil horum conſecutū uidiſſent. Quamuis ſi me audierint, in uniuerſum ab exhibitione Cantharidū abſtinebun t Medici. Verum utcunq; moneas, fruſtra uereor moneas: quando errore penitus obſtinati obſurduerint.

¶ DE ALIBIO. Caput .XXXIIII.

AVtor Pandectarū in litera A, Alibium falſiſſime pro Eryngio interpretatur, quando ſit ea uerius herba, quę Inguinaria Latinis dicit̄. Id quod in hunc modum oſtendimus. Cum Arabib. Aliben uel Alhaliben ſit inguē, aut abſceſſus qui fit in iguinibus, hoc quod etiā Pandectarius fatetur, conſequit̄ neceſſario, ut Alibiū ſit Inguinaria herba: quæ id nominis ſortita eſt, ꝗ proſit inguinibus. At quid opus multis in re omniū apertiſſima? Annotandū tamen, eandem herbam alio nomine a noſtris appellari Stellariā, a poſitura & forma, quibus ſtellæ modo radiat̄. Græci usro non ſolū a foliorū ſitu & figura ἀστέρα, ſed etiā, quoniā inguinibus, quæ Bubones illi appellant, tam pręſenti remedio medetur, ut adalligata tantum medicinam in eo malo homini faciat, Bubonium uocarunt. Id quod teſtatur in primis Paulus Aegineta his uerbis. Atticus autem Aſter herba, quā Buboniū, id eſt, Inguinalē ob hoc ipſum uocant, nō tantū emplaſtri modo im

posita, uerum adalligata etiã prodesse creditur. Describit uero & Diosco. hanc herbam libro. 4. cap. III. in hunc modũ. Aster Atticus lignosus caulis, in summo habens florem purpureũ & luteum, ueluti Chamæniali capitulum, undiq; per orbem incisuris diuisum, Folia autẽ habet stellæ similia, quæ uero circa caulem folia oblonga & densa. Haud dissimiliter eandem depingit Plinius lib. 27. capite quinto, inquiens. Aster ab aliquibus Bubonion appellatur, quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus folijs oblongis duobus aut tribus, in cacumine capitula stellę modo radiata. Præterea non prætereundũ, quod apud Auicennã secundo Can. cap. 17. falso scribatur Atratisus, pro Aster atticus, ita fere omnia herbarum nomina apud eundem corrupta sunt. Verum hic finem de hoc Pandectarij errore faciamus, cuius equidem hominis errata uniuersa si quis prosequi uellet, nunquã finem sortiretur, adeo omnes fere paginæ erroribus scatent. Nos tamen cogitamus aliquando conscribere Pandectas omnium earum rerum, quę ad Græcam Latinamq; medicinam spectant, ut tandẽ consulatẽ ijs, qui mendacissimi hominis Pandectarij interpretationibus seducuntur. Atq; hic primi Tomi continentis ea quę ad plantarum ac Medicæ rei notitiã attinent errata, finis esto.

¶ Clarissimi uiri Doctoris IOACHIMI SCHILLERI, medici Basiliensis, de flore qui uulgo uocatẽ Grasszblům, Graßznegelin. Ad Othonem Brunfelsium Iudicium.

DE HERBIS super quibus tu maxime dubitas, iam nihil certum teneo, sed tamen ni fallor, unũ herbæ genus est, quod Graminis florem uocant, uulgariter Graßznegelin/oder Colmeröslin/oder flyeger eüglin Sueuice. Huic herbę falso inditũ nomen mihi uidetur, quãdo in confesso est, nullum aliud Graminis genus (quorum tamen genera multa sunt) flores effundere, præter unum Parnasium, cuius certe floris speciem ac formam nostrũ minime ostendit. Siquidẽ cum Parnasi flores maxime candidi, & odorati sint, nostri pręter rubrũ colorem, uel ex nigro commixtũ, ut iam ad purpureum accedat, alium nullũ ostendit. Sed neq; admodum odorati sunt. Quapropter, ex alia progenie falso hodie nominatum esse hunc Graminis florem apparet. Ego certe inter Tunicę herbę florem connumerandum censerem, uel potius in Violarum altilium genus collocandum putarem. Tantum de Graminis flore mihi constat.

¶ Eiusdem sententia de ASTRANTIA, & ANGELICA.

Angelicam & Magistrantiã ueteribus incognitas herbas fuisse non dubito. Inuenio tamen Meu dictam herbam ab aliquibus uocari uulgariter Meysterwurtz.

C

HIERONYMVS TRAGVS, Othoni Brunfelſio, amico & domino cum primis optato, S. D.

IDIBVS Februar. literas tuas Otho chariſſ. reperi, quas diligenter & unice, quod ab amico & doctiſſ. fuerant profectæ, amo & lego. Etiam petitionibus admodum iuſtis quam ſim gerendo morē paratus, id tam ſuppeditare & aperire noſtra ſufficeret tenuitas, ex animo optamus: quin amico tibi noſtram communicare operam, & ſi id nobis impar, non audemus quale, aut quantulũcunq; illud eſt denegare, ſatiſq; duco me illud quod petis fideliter uoluiſſe, ſcioq; te, canditatoſq; omnes hoc contentos eſſe. Ob id rurſum tibi de herbis noſtrã opellã & intellectũ mittimus: quæ ſi quicquam (quod cupio) prodeſſe putaris, fac nobis non parcas, imo ſæpius utaris. Proinde in hijs quod dubium, aut a uero diſſonare uidetur, obliterandum illud, cæteraq; omnia in melius interpretandũ, candori tuo in totum offerimus atq; dedicamus. Chriſtus te ſeruet diu incolumem. Pandectæ tuæ ſi lucē iam uident, quanti & hæ comparari poſſint, literis ſignificato. Proinde mi Brunfelſi oro te, ſi quando poteris, hęc ſemina ad plantandum apud holitores ueſtros comparare, mihi præſentibus nummis mitti cupio. Diſces quoq; ab eis, quomodo quodq; ſeratur, quaq; terra gaudeat, facies mihi rem gratam. Vale bene ex Bipontio pridie Non. Mart. Anno .M. .D. XXXI.

HIERONYMI TRAGI Medici, Herbarum aliquot diſſertationes & cenſuræ.

D

DE SOLDANA QVID LOQVAR uix ſciam. Vt autem tibi meam aperiam mentem, exiſtimo eſſe Dioſc. βρύον θαλάσσιον, & eſt germē quod chartis incluſum miſeras, planta ſine caule, & capillata, Dioſcoridi forte ignota, ideoq; paucis hiſtoriam de ea abſoluit. Ego huius herbæ potentiam magni duco. Eſt nimis diuretica: ob id calculo in ueſica laborantibus utilis, atq; herbarum hiſtorijs meo iudicio digna.

Negelblůmen, ſunt Violæ noſtræ. Vide ſpecies, Keiri Serapionis, & Dioſcoridis Leucoion lib. 3. cap. 129. et Mainardum in Epiſt. Medicin.

Erenbreiß, herba Tunica dicit̃ a nonullis: ſed ſine ueterũ autoritate. Hieronymus appellat Veronicã. Genus eſt herbæ Serpentarię. Hæc ad radices arborũ, maxime quercuũ ſerpit. Vulneraria herba eſt, atq; diuretica.

Pes leporinus

Haſenpfötlin, de quo ſcribis, non uidi ne chartis quidem incluſum: itinere, negligentia forte nuncij perijt.

Mörrettich, genus eſt Rhaphani, aut illud de quo autores nõ ſcripſerunt, aut Plinij certe Armoracia: idq; conijcio uel ob paruitatem & exilitatē ſeminis: uel quod illa radix quocunq; terrarum transferas creſcat. Eſt autē certũ, Rhaphani reliquũ genus alio tralatum nõ creſcere. Quod ſi Armoracia non eſt Mörrettich, uelim nobis eſſe præſentem græcũ illum Morrhionem, qui de Rhaphano librum conpoſuit. fieri non poteſt, hunc Autorē tam nobilem radicem in ſuo libro non indicaſſe. Noſtri ubiq; medici uocant Radicē ſimpliciter Mörrettich, idq; magis ſua autoritate quã ueterum.

Radix.

Körbelkrut, uocant Cerifoliũ, Apij genus ut Petroſelinon. nam & Petroſelino perquam ſimile eſt. Eſt Cerifolio umbella ut Fœniculo: flos candidus, ut cimino: ſemen longum, & tenue, & acre. Dioſcoridis puto Oreo-

A

ſelinon eſſe. Niſi me uerba ſua in hoc ſuſpectum redderent, cum ait. Ramuli in ſummo Oreoſelini capitula Miconij habent: quod in Ceriſolio nunquam cernitur. Alias herba hęc ſatis nota. Plin. lib. 2. de re medica cap. 37. de ea mentionem facit. Item Apuleius cap. 105. Pęderota, & Arctophyllon uocat.

Storckenſchnabel, & hoc quoddam Apium eſt, non multũ a Dioſc. Smirnio diſtans. Nouitij herbam Rubeam uocant. Et eſt duorum generum. Altera rubeſcens, lanuginoſa, & fœtida, prope muros & parietes naſcit. Lumen maius ſuper quodam unguento uocat herbam Griatiã dei. Hieronymus Herbam Roperti, Gotts gnadt: nos herbam hanc Heryſipilatis apponimus. Altera quę item rubens, nec fœtet, campeſtris eſt, roſtris, caule, & floribus priori ſimilis: uocant ruſtici noſtri Storckenſchnabel.

In Cardo Benedicto non paruus eſt error. Nam ſunt, qui Graſſulã mediam, qui Senetionem, qui Dioſcoridis Sedum interpretantur. Mea opinione decipiuntur iſti omnes. Lumen maius in ſyrupo Eupatorij uocat herbam Turcham, qua autoritate neſcio. Quod ſi Cardo benedictus nõ eſt Plinij Carduus de quo lib. 21. cap. 15. & 16. ſcribit, neſcius ſum, quibus tandem nominibus, capitibuſq; hęc planta apud autores inuenienda ſit.

Inguinalem Dioſcoridis (quod ego ſciam) nuſquam uidi: licet floſculos, & plantas, quorum capitula & folia per orbem inciſuris diuiſa ſimilibus Stellæ uiderim. Qualis autem Dioſcoridis, Plinij, aut Apulei Aſter ſit, non uideo. Nam Stellariæ permultæ ſunt. Caprifolium, ſiue Matriſſylua Hieronymi ſtellis ornatur, ueſtitur, & Aparine ſtellulis: atq; ambę tinctorum Rubiæ ſylueſtrem quandam ſtelleam herbam, ſpecie & flore Caprifolio non diſſimilem, nec tamen ut Caprifoliũ tenax, aut hamata, ſed pinguis & lenis herba, quaſi calamus ſiligineus, undiq; ſtellulis circumamicta. Eſt & alia herba lignoſa, & omnino ferulacea, quæ pari modo ſtellis ueſtitur, oblongis tamen, & gracilioribus foliolis, floribus flammeis atq; candidis, ſed muſcoſis & denſis: quam noſtræ mulierculæ uocant ſuo idiomate, Vnſer lyeben frawen wagſtro. Putaui Dioſcor. eſſe Gallion.

B

Herbæ ſtellariæ.

Lactuca & Endiuia congeneres plantę ſunt, ut ab altera alteram in primo germine uix ſecernas. Verum Seris, Intybum, Cichoreum, Endiuia mea opinione idem pollent, & ob lactis liquorem, uel Lactucæ congeneres. Iam autem quot gentes, tot herbarũ ſine controuerſia appellationes. In Germania nullibi domeſticum uidi ego Intybũ: in Italia frequens inter oxypora celebratur, quo & hybernis menſibus arena ſepultam, ſale & aceto ueſcuntur cauloſi uoluptarij, iniquo ſuo hoc holere indulgentes Genio. Hanc ſuo idiomate uocant Endiuiam, Lactucę capitatæ fere ſimilis. Noſtras uero quę in Germania eſt Endiuia, Seris eſt, aut εἶδος certe ſpecies: nec tamen ut apud Italos Cicur, ſed ſemper erratica, petroſis, arenoſis, & macerie naſcens. Herba ſane trium ſpecierum. Alia enim folijs prope planis & latioribus. Alię longioribus per interualla circumcurrentibus. Vtraq; guſtu amara. Hiſce ambabus indiſcriminatim utuntur

Endiuia.

C ad refrigerandum. Tertia, quæ etsi cultore careat, cultis agris crescit inuito etiam holitore, hortis nostris commune & frequens malum. Cuius itē duum generum, planum scilicet, & incisis caulibus angulosum, quæ duo Dioscoridis Hieratia iam pridem credidi, nostri uocant, Genßdistel / alij Sewdistel / quidam hanc uolunt esse Scariolam.

Cicerbita, & Sonchus nostra Lactuca est crispa & hortulana: in Veris initio usq; ad æstatem cum reliquis Lactucellis apud nostrates ex sale & aceto estur. Nam σόγχος re uera ut Hieration Lactucę species est. quare Hieratiam a Dioscoride Sonchitem, tanquam Sonchi congenerem dictam uideo. Proinde rura nostra omnia isthęc holera uno idiomate & communi uocabulo Lactucas uocant. Nos itaq; illa appellatione contenti, de illarum nomenclaturis non admodum disceptantes, doctioribus & oculatis herbarijs prouinciā hanc & ocio uacantibus inueniēda relinquimus.

Sonchus.

Solsequium species est aut Intybi campestris, aut arborescentis Lactucæ: hanc plantam conuerso ordine Itali, Galli, & nostræ ætatis medici Cichoream uocant. Mihi autem uidetur, quod hæc Cichorea Dioscoridis Heliotropium, & Apulei Intybum erraticum sit. Nam & historia utrorumque non admodum dissentire uidetur. Notissima ubiq; herba, cuius flos solem semper comitatur: ideoq; Solaris a Celso dicta est. Germani uocāt Sonnenwürbel / et Wegwart. Alij Sponsam solis. Cuius flos proiectus D in gregē formicarū cito rubescit tanq; cruentus: ad cuius spectaculū non raro admirabar. Eius plantæ uidi genera tria. Primum & uiaticum, omnibus notum, flore est cæruleo. Alterum candidissimo, rarū apud nos spectaculum. Tertium lutheo, & fere croceo flore. Id genus olim Moguntinus ager nobis præmonstrauit. Planta est fruticosa et pene arborescens. Descriptionibus Plinij per omnia respondet nostrum Solsequium: licet Plinius sibi nonnihil contrarius sit. nam in decimonono, capite sexto ait purpureū habere florē, & uicesimosecundo capite uigesimoprimo cæruleum. Nisi forte cæruleus, & purpureus idem apud eum pollerent.

Cichorea.

Dens Leoninus, qui maior et minor, potentia & uirtute Endiuiam referunt. nam refrigerando utilissimæ plantæ, cuius flos lutheus, cito canescens, qui & medio ueris euanescit cum caule. Ob id Dioscoridis & Plinij Senetionem, aut eius herbæ congenerem plantam iudicaui. Hieronymus uocat Rostrum porcinum, Alij Pfaffenblatten / alij Mertzenblůmen. Atque de herba hac certius non habeo.

Daucon omnes interpretantur Staphylinon agrion, wilde Pestnachenn / oder Morellē / oder wilde Geleruben. In caussa sunt antiqui scriptores Galenus, & Aegineta eius interpres, qui Staphylinon uterque Daucon uocant. Plinius quatuor Pastinacæ genera numerat libro decimonono capite quinto, inter quæ & Hybiscum numerari uult. Cum Hybiscus nihil aliud sit quam Althæa: sic error ex errore non in Dauco tantum, uerum in infinitis deprehenditur plantis. Nos autem Daucum non Pastinacā interpretamur, sed Berwurtzel. Etsi Staphylini speciem, quis hanc dixerit? Tamen

Dioscorides de Dauco proprium caput habet, de eo sic scribens, libro tertio, capite septuagesimosexto, Daucus & petrosis, & apricis cernitur locis, Fœniculi folijs, minoribus tamen & exilioribus, caule semipedali, umbella Coriandri, flosculis candidis, semine peracri. &c. Omnia hęc nō Staphylinio, sed radici quam Berwurtzel uocant recte congruunt. Quod autem Pastinaca erratica (quæ uera species est, der gelen Rüben) a scriptoribus quoque Daucus dicatur, suspicor id nomen ob similitudinem huic radici impositum. Nam Berwurtzel/ quæ Daucus, et die gelen wilden Ruben, quę Pastinaca erratica, fere floribus, semine & caule similes sunt. Porro Berwurtzel nostra rura non habent, sed Hercinia sylua, quæ sacra, & fere Pæonia terra est. Daucum apricis, & pratis copiose olim, per omnia descriptionibus Dioscoridis respondentem, uidimus. Verum die wilden gelen Rüben, quam diximus Pastinacam erraticam, edendo est, ubique crescens, & secundū sepes æstiuis mensibus quotidie perspicitur, flore, & umbella Dauco similis: nisi quod in centro Staphylini flore quiddam purpuræ est, quod in Dauco nusquam cernitur. De Dauco & Pastinaca res sic se habet.

Pastinaca erratica.

A

Asphodelum nostra tellus non gignit, ideoq; radices tantū ad nos aliquando sine herba adferuntur. Cum essem apud Heluetios, memini me apud eos qui ex alpibus effossas circumferebant uidere: nec has tantum, quin et omnigenas: ut solent ex radicibus cibum quærere herbiferi. Erant autem radices quas tunc temporis uidi, adhuc succulentæ, colore spíceo, fermeque aureo, cōaceruatæ quasi multis bulbis compactæ, herbæ quam Iouis barbam dicunt non absimiles. Et Dioscorides libro secundo capite centesimo quinquagesimonono, Asphodelum glandibus assimilari dicit: non uideo qui cum nostris omnino hæc quadret. Hoc autem uerum est, Asphodeli radices compactas esse multis membris. Et ut folijs densis Rosæ crescun t, ita & Asphodeli tanquam commissuris ex uno capitello radices spectantur: quarum singulæ partes (soluto corpore radicis) Balanis non admodum dispares, nusquam aūt teretes ut balani sunt, sed Iouis barba (ut diximus) speciem præ se ferebant. Rogitaui ex herbiferis nomen. Ipsi Goldtwurtzel responderunt. Certius hoc tu quam ego ex eis cottidie cognoscere potes: solēt eñ hij non raro uestra ciuitate, in quā multi populi confluunt, suas radices uenditioni proponere. Cur autem Auiceña Canon. 2. cap. 77. Affodillum uocet, ignoro: forte rei sibi ignotæ, ignotum uocabulum quoq; imposuit.

B

Spinachiam apud unum Auicennam secundo Canone, capite sexcentesimo tertio nostri Bynetsch uocant: Heydelbergēses dicunt, Spinnetkraut. De Dioscoridis Lapsana dubitamus: ea si nota tibi est, mittito: ut & nos discamus quale holus sit. Tu autem Serapionem lege, & uide num Aspenach, Spinachia sit.

Eringion carduus est multis, atq; stellatis capitibus, omnib. Carduis aspectu speciosior. Dioscorides lib. 3. capite uigesimosecundo, ait Centūcapita illi nomen fuisse: quod huic Carduo una radice tot capita promi

C nent. Pulchrum certe ac congruum nomē. Petrus de crescentijs, & Circa Instans suum Affodillum Centumcapita uocant: forte ob bulborum multidudinem. Eringion ego idiomate nostro appello Mānstrew, ob longitudinem radicis, quam longiorem Moly uolunt esse. nam Eringij radicem nusquam uidi integram, semper aliqua parte in solo permanente. Herba est quouis Protheo mutabilior, nunc album, nunc cæruleū, nunc pallidum mentitur colorem. Apud nos rarum spectaculum. Vestra terra nihil uilius Eringio. Nam omnes fere agrorum margines hoc genus Carduorum, quin & uiæ passim habent. Turba medicorum hanc herbam Iringium uocant. Proinde caput Plinij de Eringio non male nostro idiomati respondet. ait enim, Lesbium Phaonem dilectū fuisse a Papho. &c. Plinius libro. 22. cap. octauo.

Milium solis, hac herba inquit Plinius, nihil mirabilius. gerit enim iuxta folia singulas barbulas, & in cacuminibus earum lapillos candore & rotunditate margaritarum. &c. Vide Plinium libro uigesimoseptimo capite undecimo. Dioscorides herculeam herbam ob seminis duriciem uocat: quem uide libro Tertio capite centesimo quadragesimonono. Marcelli Vergilij commentarij hoc loco satis mihi faciunt. Colligunt hoc semen cis renum, quemadmodū & alia multa, ut Asparagum, Tamariscū. &c. uulgo dicitur Mōr8yrß.

D Wintergrün. Hieronymus Braunschueig lib. de Simplicibus Pyrolā uocat: ego apud Dioscor. prudens legi nusquam, neq; Plinium: opinor tamen esse Betam syluestrem. nam folia & pyro & betæ respondent. Vide Lumen maius: quamquā Gilibertus uult Arnoglossam Centūneruiam esse, aut Betam syluestrem: quam Auicenna secundo Canone capite quadringentesimo trigesimonono linguā arietis nominat. At Phrysius Centumneruiā interpretatus est Wegerich. Omnia hæc ad ideitatem herbę Wintergrün satis mihi faciunt.

Phrysius.

Lunariā nusquā inuenio, siue M. ficinus, ut scribis, siue alius eius mentionem fecerit: sane locus ille Ficini incognitus est mihi. At Lanariā passim lego, tum apud Plinium libro uigesimo quarto, capite octauo, tum apud Dioscoridem libro secundo capite centesimo quinquagesimo secundo, herba fullonibus ad purgandam lanam apta.

Linaria herba tibi nota est credo: de qua uulgus medicorū sic scribit. Esula lactescit, sine lacte Linaria crescit.

Satureia, Cunila, & Tymbra idem sunt. Satureiam, quam & Plinius lib. 19. cap. 8. Tymbram, & Diosc. lib. 3. cap. 40. Satureiam adpellat, nos lingua nostra Garten Isop/et Zwybel Isop uocamus. Est species Thymi, Columella autore, cum ait. Et Satureia Thymi referēs, Tymbræq; saporem. Is qui Luminare maius scripsit, uult Satureiam esse minorem Pulicariam.

Weißwurtz. Hieronymus Braunschueig Sigillum Salomonis uocat, qua autoritate nescio, renibus conducens, nec non apostematibus internis, impetiginesq; lentiginesq; faciei illita delet.

Eberwurtz, Latino nomine nusquã legi, licet aliquando uiderim. Herba est magnis ut Lappago folijs. A

Chamæpytis apud Diosc. lib. 3. cap. 66. qualis herba sit inuenies: quid aũt nostro sonet idiomate prorsus ignoro, nec quenq̃ de ea habui magistrum, aut doctorem. Ego autẽ Cipressen existimaui: quod illa nostra Cupressus Pinum, siue Resinam uerius quam amomum oleat.

Chamędrys est infima quercus, siue Trixago, nostra lingua, Vergiss mein nit, uel Gamenderlin, nam & Lombardi Calamandrinã uocant, herba cũ primis graue tussientibus accomoda. Dioscor. lib. 3. cap. 103. & Auicenna. 2. Canon. cap. 136. de ea scribunt. Alij Serratã nominant: quod Serra ab illa sit inuenta. Plinius lib. 22. cap. 15.

Calamandrina.

In Pulicaria non est cur strennue laboremus. Etsi eius herbæ sint binæ species, binaq; in Dioscor. capita. Priorẽ tamen Pulicariam esse uerã, quã aliqui Persicariam uocant, a similitudine foliorum, & ut Dioscorides scribit, folijs Oleæ simillimis hanc herbam esse, idem est, ni fallor. Sunt enim Oleæ folia Persicis maxime ut ouũ ouo similia. Cuius itẽ duarũ specierum altera maculis plena, altera uero nullis, uirtute tamen pares: gustu acerrimæ ut Piper sunt: ideoq; pulices humo sparsa e cubiculo pellit, & necat. Dioscoridis opinor esse Conyzã, de qua lib. 3. cap. 127. nostri uocant Kassel. alij Flöhkraut. Muscæ, culices, pulicesq; hanc herbam, aut succũ eius nõ attingunt, ob id sordidis ulceribus ualde conducibilis.

Conyza. B

Altera Pulicaria a seminis similitudine sic dicta est. Vides enim semen eius pulicib. assimiliari. de ea itẽ Diosc. lib. 2. cap. 68. Auic. Can. 2. ca. 522.

Centaurion maius, de quo Diosc. lib. 3. cap. 62. Plin. lib. 25. cap. 6. scribũt, nullibi in Germania nasci credo, aut certe mihi in uniuersum ignota herba. Centaurion maius quo nunc utunt̃ medici, Matricaria est, aut Febrifuga, quam ego Diosc. Parthenion esse iudico. Vide eius librũ. 3. cap. 126. Error nõ paruus in Centaurio: cum alterũ fel, alterũ mel terrę dicat̃.

Matricaria. Febrifuga.

Cynorrhodi, Rosę sunt caninę, aut campestres, ut quidã uolũt: nascuntur frutetis ac subhumidis locis, coloris purpurei, odoratu iucũdę, nostris Rosis & aspectu & odore fere similes: odorẽ autẽ campestriũ simul ac uirtutẽ præ domesticis probo. de quibus uide Plin. lib. 25. cap. 2. Nascitur & fungus in radice Cynorrhodi, quẽ Auic. 2. Can. cap. 112. Taratich, & Dioscor. lib. 1. cap. 112. Hippocistida uocat. Nos Rosam illã interp̃tamur Haberroßen. Francofordiensis Hanroßen dicunt. Spirenses & Heydelbergenses hisce Rosis maxime pharmacis utuntur.

Ἄγρωστις, Gramen apud Diosco. lib. 2. cap. 31. dicitur, cuius ego radice ad frangendũ uesicæ lapidẽ usus fui, nouiq; Gramen magnæ operationis & efficaciæ. De eo Plinius libro. 29. cap. 19. Aliud Gramẽ est Polygonon, de quo mox dicemus.

Gramen.

Graßblůmen, nusquã quomodo Latini uocent legi, nisi quod Narcissi speciem quidã adpellant: quibus non adhibenda fides. Nam Narcissus flos alius est qui aut Februario germinat, uulgo Hornungsblůmen, aut certe flos

B est autumnalis Hermodactyli radicis, Zeytloßen, oder vchtblůmen. Vide Theophra. Flores sunt nudi, sine caule, atq; coloris purpurei. Verg. æcloga quinta. Pro molli uiola, pro purpureo narcisso.

Negelblůmen. alij Graßblůmen, nostri Violas credunt albas. Apud Dioscor. genera plura: quem lege lib. 3. cap. 129. Meminit item Violæ Ioan. Main. libro Episto. medicin. lib. 3. Epis. quarta.

Sertula campana.

Trifolij genera septem.

Meliloton Dioscor. interpres lib. 3. cap. 43. atq; Plin. lib. 21. cap. 9 Sertulam campanam adpellant. Certumq; est, Meliloton genus esse Trifolij acuti: an illud sit quod uocāt Steinklee, penitus nescio. Certe uulgus medicorum ita interpretat̄. Noui ego plus septē genera Trifoliorum: quod autē omniū uerum sit Trifoliū, conijcere non possum. Omnia enim istiusmodi sunt, ut uel intuendo, uel palpando hāc uocē Trifolium merito sibi uēdicant. Noui Trifoliorum pratensia duo, maius, & minus. Campestria duo, singula singulis flosculis ornata. Noui insuper genera duo ceteris & caule & flore humiliora. Quorum alterum etiam pueris nota herbula, ad blandiente lutheo flore, idiomate nostro Hasenpfötlin, alij Leporinū hoc genus uocant. Estq; aliud Trifolium syluestre, candido flosculo, ego suspicabar id esse Oxytriphyllon. Nostri Sawrklee, Gauchklee, Bůchampffer, uocant. Consule Serapionem de Andrecotha. Dioscorides noster Samsuchum adpellat Trifolium lib. 3. cap. 42. Licet de Trifolio scripserit caput proprium lib. 3. cap. 116. Certe Trifolium arbitror esse uocabulum commune, siue pratensiū, siue campestriū. Quoties ego lecturus simpliciter Trifoliū, de Pratensi semper & communi Trifolio intelligam: quisq; interim sui iudicij ut sit, minime prohibemus, & cū tali nihil contendendū censemus.

C

Inulam nostram arbitror esse Chironium Panacen, de quo Diosc. lib. 3. cap. 92. scribit. Nam Plinij & Auicennæ Inula, cum nostra non uideo qui congruet: tamen illud uerum est, quod ex radicis nostræ Inulæ oculis, aliæ Inulæ seri aut propagari possunt, ut idem Plinius testatur, lib. 19. cap. 5. Mihi profecto Vergilij commentarij super Inula non displicent, cum ait. Helenium ex se mittit caulem crassum, hirsutum, cubitalem, aliquando maiorem, angulosumq;, flores lutheos. &c. Hęc omnia Inulæ nostræ adesse uidemus, Dioscorides libro. 1. cap. 27. Vtinam de cœlo mittatur Mercurius nouus, qui hanc, atq; alias nobis commonstret radices & herbas, quo instauretur & renouetur pristinę ac ueræ Peonię disciplina.

Blůtkraut.

Sanguinariam uocem, plantarum potius epitheton, quam herbæ nomenclaturam esse quis dubitat? sunt enim herbæ non paucæ, suntq; radices, sunt lapides & gemmæ, quę singula sanguinaria dici possunt. Est herba quædam rubens, cuius succus ut purpura tingit, quam uulgo Sanguinariam Blůtkraut uocant. Alij hanc Soldonellam. Nascitur stercorarijs.

Est pręterea radix cui nomen fecerunt Sanguinaria, quam nos uerum Pentaphyllon esse nihil dubitamus, qua dysentericis, cœliacisq; dolorem leuauimus. Est illi mira in hoc adstringendi facultas, omnisq; ueneni magistea. Herbarij nostri tam uocant Tormentillam, alij Ferulam, Germa-

A

nice Rotwurtzel. Tormentill. oder Bürckwurtzel.

Sanguinaria qua nos usi sumus, & plærique omnes, est Bursa pastoris minor., Deschelkraut, aut Seckelkraut. Est & huic mira adstringendi potestas. Hac multos sanguinis fontes sistimus, prohibemusque, præcipue mulierculis.

Bursa pastoris.

Polygonon est Proserpinaca, referente Apuleio cap. 18. qui & facile mihi fidem facit. Sanguinem excreantibus, priusquam autor hic nobis uisus fuit, administrauimus, uidimusque ea herba rem certissimam. Quare sanguinariam ab Italis & illam suspicor esse dictam, ut Arnoglossa adstringendi & refrigerandi uim habet, quam Arnoglossam similiter Sanguinariam audiui nuncupatam. Ego Polygonon interpretor Weggraß/oder Wegdritt. quod Weggraß, descrip. Plinij atque Dioscor. pulchre quadret. Legatur ergo Dioscorides libro. 4. cap. 44. Plinius libro. 27. capite. 12. Medici nostri gramen hoc Centumnodiam uocant: nec hoc mihi nomen displicuit unquam. Sunt qui Wegdritt Gramen uerum adpellant: sed falso. nam de uero Gramine supra monuimus. Quis non uidet, rebus manentibus, nomina mutari, peneque in omnibus esse confusa? Hinc est, quod medicina tam sæpe Plinio teste mutata & alterata fuit. Porro autorum Sanguinariam Polygonon, uel Weggraß credo esse. Quod Celsus lib. 2. capite. 32. Sanguinalem interpretatur, Apuleius & Plinius Sanguinariam exponunt. Nescio quantum a Virga Pastoris Auicennę, de qua. 2. Canon. capite. 736. Polygonon distet. Tu uide Serapionem cap. de lapid. an sit Dimirision.

Weggraß.

B

Rhaphani genus Dioscorides libro. 1. cap. 104. describens, duo quibidem genera, satiuum, & syluestre ponit. Plinius libro. 19. cap, 5. tria genera, aliud crispum, aliud leue, & aliud campestre. Quod autem horum significet Mörettich, coniectura uerius quam indagatione doctorum nostrorum nunc deprehendere licet, tam periti scillcet, ut radicem a Rapa uix deprehendant. Ego opinor hanc Radicem Plinianam, & Dioscoridis Armoraciam. est enim hoc genus parui seminis, & ut Plinius scribit, fronde copiosius quam corpore. Tertium Plinij Rhaphanum, quem Dioscorides. lib. 4. cap. 170. Apion uocat, nescio. Nostri medici in suis compositionibus Rhaphanum uocant Radiculam, Merrettich simpliciter Radicem: idque faciunt autoritate Isidori. Tu Palladium consule, qui ait, Armoraciam transferemus siccioribus locis ad culta. &c. Certum est, cæteros & communes Rhaphanos semel translatos, non crescere. Mœrrettich quocunque locaueris transferendo, crescit.

Angelicam & Astrantiam, ut ignotæ uoces, nullibi reperio: est tamen utrisque calefaciendi facultas. Differt Astrantia ab Angelica, quantum Piper a Gingibere. Nam Astrantia & gustu, & sapore calidior est Angelica. Nomenclaturam autorum ueterum de utroque non habeo. Caries, atque nostra negligentia nobis permulta abstulerunt. Non dubito ueteribus utraque fuisse notissima, alijs tamen nominibus. Ita fit, ut durantibus rebus, nomenclaturæ rerũ sæpe mutentur. Quod aperte in Brassica factũ uidemus. Sit utcunque, radices illæ humanis corporibus auxiliũ præstant

C atq; Tyriaca. Est ergo cum primis Angelica radix cordialis, uenenicq; propellendi efficacissima. Quidam adpellant eam Hertzwurtzel. Braunschweyg de Simplicibus nominat radicem Spiritus sancti.

Lolium, Vergilij Vitium est commune, siue sterilitas omnium frugũ: quamuis de Tritico solo Vergilium hoc loco dixisse auguror. Est in Tritico semen quod Bromos dicitur. Agricolæ nostri illud, Dynckel appellitant: quidam Sanct peters korn, ego Loliũ. Sunt apud nos qui genus hoc frumenti ad saginandos porcos seminant. Quid pluribus? fruges omnes, omniacq; satiua, suo Lolio non carent. Rabus, aut Siligo suum habet Lolium, quod Siligini per omnia simile: excepto semine, q̃d tenuius atq; gracilius est. Ego ϕκύβαλον illud uerius, quam semem dicerem. Nostri hanc luẽ uocant, Dortt. Milium suo Lolio non caret, quod Miliariam Plinius adpellat libro uigesimosecundo, capite uigesimoquinto. Proinde Lolium & Zizania an idem sunt, uide. Certe Auicenna .2. Canone. cap. 756. de Zizania tantum scribit. Hoc loco prætereundum non est. Vidimus non semel, & Triticum, & Halicam sterilescere hoc pacto: e culmis surgebant spiculæ nigræ & combustę absque ullo semine. Caussam tamen morbi nescientes: nisi quod intus calor quidam occlusus & suffocatus, tandẽ e uirtute anni cogebantur exire de culmis. Atram atq; inutilem hanc spicam audiui Lolium dicere, sed nostri hanc sterilitatem uocant, Brandt.

D Alba ligustra, & Vacinia nigra, Maronis hoc carmen quomodo legant, aut quid in utroq; somniant, uel pueris notum est. Ligustrum Glockenblůmen, & Vacinium nigrum Heydelbeer exponunt. Sic & archiater magnus nuper mihi carmen hoc interpretatus est. Sed quid illa huc adfero somnia? Miserendum uenit super horum impudentiam, ne dicam ignorantiam, qui suas nugas pro uero magno æstimant atq; uendunt.

Ligustrum arbor est, siue frutex de quo Dioscoridos libro primo, cap. 109. Germani habent illã, omnesq; fere Chirurgici uocant bono idiomate, Beynhöltzlin/alij Hartrügel, sed male. Sepes hunc florem in Maio, acinosq; nigros ut Sambucus tempore autumni prębent. Folia huius fruticis Peruincę similia, flore candido. &c. Quidam Medicorum fruticem hunc Frasionellam nominant. Lege caput Dioscor. & iudica, num uera sint quæ scribimus.

Vacinia flores sunt, & non Myrtilli. nam & Vergil. hoc loco de floribus agit, non autem de fructibus. Dioscorides noster florem hunc appellat græce Hiacynthon. Quidam ex Metamor, Ouidij hunc florem dicunt Rittersporen: an uerum sit nescio. Hiacynthum si noueris, mitte. De hac herba Rittersporen nonnihil dubitamus.

Brassicæ species ex Plinio didici, quem & tu de Brassica legas moneo: ergo non est ut uel ego quicquam de notissimo omnium holere scribam. Vidimus Brassicæ genera tria, quæ ab hortulanis singula facile disces, idẽ tamen omnibus Brassicis nomen. Vnum suo idiomate imponunt, uocantque omnem Brassicam, Kölkraut. Memini me semen ueteris Brassicæ

seminare ante annos quatuor: quo surgente, Rapæ prominebant. Recordatus sum postea uerborum Plinij, qui ait, Ex semine ueteris Brassicę, Rapæ fiunt, lib. 19. cap. 10. Porro unum hoc ex te discere uolo, ueteres illi cur Cramben, Rhaphanũ dici maluerunt: cum Brassica, quę sit holus, a Rhaphano, qui radix διαδιαπάσιον diserepet. Quis ergo prudens, Radicem ullã caulibus potuit adæquare? A

Blitum quale holus sit, dubito. Iamdudum ego credidi holus nostrum hortense capitatum uocari Blitum, uulgo Kappesfraut: eius tamen nominis adhuc testimonio ueterum autorum careo: tu uide & iudica ex Dioscor. lib. 2. cap. 108. & Plinio lib. 20. cap. 22.

Betam esse duplicem, candidam, & nigram Dioscor. lib. 2. cap. 112. & Plinius libro uigesimo, cap. 8. scribunt: hoc holus nostrates adpellant, Römisch fraut/alij Mangolt fraut/alij Römsch föl. Eius holeris nos tria nouimꝰ gñra hortensia, & satiua. Dioscor. candidam non uidi, sed nigram, uiridem, atq; lenem semiuiridem. Inter utramq; media est: an illa Dioscoridis candida sit, nescio: certe mea opinione cæteris uirtute præstantior. Tu uide.

Mangolt omnes Betam esse uolunt. Vide Dioscoridẽ τεῦτλον lib. 2. cap. 112. Bonum caputpurgium, nam succus holeris huius naribus instillatus, mirifice caput a phlegmate mundat: quod non ex Dioscoride tantum, sed experientia didicimus.

Locustam, siue pedem Locustę herbam interpretantur eius nominis, sed quæ tamen perspecta mihi non est, quod equidẽ memini. Sed & Repunculum, & Napunculũ uocant uulgo, folio angusto, desinente in mucronẽ, cauliculis uertice torulos habentibus, ut in Asparago, & salictario Lupo cernitur. Ex quibus minores alij alterno semper inguine prosiliunt. Radicula uel diuitum, lautorumq; mensis petita, Rapisti quidem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus est: nisi q̃d cum aceto & sale non iniucundus est. Semen ei tam exiguũ, ut discerni fere aliter non possit quam grana Sabuli. Alij pro Blito, aut ualde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Talem fere pingit in Corollario Barbar. Pandectarius holus Iamenum interpretatĩ, siue Coxilides. i. sachiliemene. sic eñ duobus locis meminit: quibus tamen quid sibi uelit, ut expers arabicæ linguæ plane non assequor. Quãquam tamen & Iameni alio loco interpretatur pro herba Prouenca, si nõ mendosus est codex, uel herba Tremula. Sed & hæc quoq; me fugiunt. B

C

¶ Ex Marco Gatinaria.

¶ De TARAXACO quid ſit.

NICOLAVS AVTOR EST, & EST mens D. Gentilis, quod Taraxacon eſt planta Leonis, quæ facit florem citrinum. Eſt etiam una alia ſpecies, quæ Cicerbita appellatur. & ut quidam uocant, Aborſus porcinus.

Sonnen würbel.

Et rurſum. Cichoream, & Taraxacon multi pro eodem accipiunt. Nicolaus tamen in aliquibus receptis ambo ponit. Ideo uidetur differentia: & credunt illam eſſe ueram Cichoreã, quæ habet florem cœleſtinum: illam uero Taraxacon, quæ habet florem croceum, & a uulgo dens Leonis uocatur.

Cichoreæ, & dentis Leonis differentia.

¶ De IVA.

IVA eſt quædam herba, quæ ſecundum Simonem Ianuenſem eſt Chamępytheos ſpecies, multumq; ualet in paſſionibus neruorum & ſciatica. Meſue appellat eam Ziuiam, & a Nicolao exponitur quod eſt Iua, etiam ab Anthonio Guanerio. Et ego expertus ſum in quodam iuuene reuerẽdi domini prothonotarij de Scipione. ualet enim multum ſecundũ omnem modum adminiſtrationis eius.

¶ De ESVLA.

D

Stebran, & Steſtebran, & Alſtebran communiter exponitur in Dioſc. a Simone Ianuenſe, quod eſt Eſulã: ſed tamen non eſt uerum. Imo eſt Ocimũ garyophyllatũ, ut patet per Gentilẽ prima tercij, capitulo illo, cum materiã euacuare uolumus. &c. in fine: etiã in prima .2. cap. de cura ethicę: licet dicat, q̃d nõ confidat, Et in Synonymis Auicennę inueniť. Stebran eſt ſpecies Ocimi. Etiam Meſue in quadã confectione cordiali, quam dicit eſſe filij Zachariæ, dicit eſſe Ocimum garyophyllatum. Etiam mihi uidetur, quod ſit Baſilicon. Eſula enim eſt uenenoſa. Licet ad hoc poſſit dici, ſicut ſcis, quod multis modis aliquid diciť cordiale: ut habes apud Auicennã alibi de uiribus cordis. Sed errat hic plane Ianuenſis in illa collectione, & male improbat illos autores. Nam autoritas eorum maxima. Veritas eſt ergo, quod Eſula eſt Stebran, quæ eſt ſpecies Lacticinij, ſicut dicit Ianuenſis. Sed illud quod eſt ſpecies Ocimi eſt Steſtebran, ut patet in Synonymis Auicennæ. Et in hoc aduerte, quod aliquando inuenies Stebran, ubi debet eſſe Steſtebrã, & econtra: & hoc eſt uitio ſcriptoris.

¶IOANNIS IACOBI DE MANLIIS Alexandrini, difficiliorũ Herbarum explanatio, de quibus hodie est controuersia: idcꝫ secundum ritum & sententiam Officinarum.

A

¶De ASSARO.

ASSARVS S.i. Assara barbara, quã multi Gariophyllatã agrestem uocant. De Asaro per simplex. S. scripto, uide Dioscor. Est enim alia herba, quę a multis uulgari sermone Prouincula nuncupatur.

De SECACVLE.

Secacul, est Sigillum sanctæ Marię, & non Iringus, ut quidam herbolarij uolunt. Quare Serapion aliud capitulum facit de Secacul, aliud de Iringo. Præterea uide Serapionem, in septimo cap. de conditis: qui inquit. Secacul, est radix sicut Zinziber, & asportatur ex India, & fit ex ea in Gibo dum est recens. Et sic est secundum ueritatem, quod Secacul secundum modernos, habet similitudinem Zinziberis, & hæc est quæ nostro idiomate uulgariter Zonogello uocatur, in partibus nostris, & in multa quantitate reperitur.

Sigillum S. Mariæ

De RHAPHANO.

Rhaphanus, f. Radix domestici. Circa instans ait, est herba cuius radix simili nomine appellatur, & per annum seruatur: radix competit usui medicinæ. Quidam de nouo scribens, intitulatus, Lumen apothecariorũ, exponit, quod per radices Rhaphani intelliguntur syluestris. Sed non est uera expositio. Quia regula est apud nobiles apothecarios, quod quando legitur Rhaphanus, semper de usuali intelligendum est.

De DRACONTIO.

B

Luffplanum. i. Dragontea. Mesue in capitulo de Luff dicit, quod est Serpentaria: & est planta, quæ dicitur Collum draconis: & ex ea est alia plana habens folia: alia cuspa. Et melior totius plantę pars est radix. Circa instans ait. Serpẽtaria, Colubrina, Dragõtea, Cocodrylla, est una herba. Ideo sic dicta, quia maculas habet distinctas sicut serpens: uel quia uenenum fugat serpentis. Est et alia eius species quæ uocatur Iarus.

De ERVCA.

Erucæ secundum Matthæum syluaticum, sunt duæ species, domestica, & syluestris: & ambæ sunt omnibus notæ. Domestica minoris est efficaciæ quam syluestris. Vsui medicinæ conueniunt semina sicut folia. Secundum uero Circa instans est contrariũ. Quia Eruca domestica melioris est efficaciæ.

De LINGVA AVIS.

Lingua auis est semen Fraxini. Christophorus de Honestis exponit, quod est Deliagrestis. Quod ignoro quid sit. Antonius Guanerius, & omnes alij moderni exponunt, quod est semen Fraxini. Sed Circa instans dicit, quod est herba satis communis, quæ folia habet parua, acuta, & similia linguę auis, uiridis multæ efficaciæ: & per id credo, quod ignorauit eam.

De SCARIOLA.

Scariola secundum Serapionem ex autoritate Diosco. de Endiuia, habet duas species. Vna est ex ea domestica, & est Scariola. Secundum uero Simonem Ianuensem est uelut lactuca agrestis. Secundũ Circa instans, Endiuia est Scariola. Moderni uero distinguunt species Scariolę, Endiuię, & Cichoreę per alia nomina: tamen unã pro alia sæpe poni. In bladis autem Scariola reperitur.

De GARYOPHYLLIS.

Sunt quidam flores in aliquibus partibus Italiæ, qui Garyophylli uocantur: eo quod odorem garyophyllorum quę in officinis habentur, spirent. Quorum alij sunt coloris albi. Alij uero rubei: & isti apud Lombardos reperiuntur, in magna quantitate, & maxime apud nobiles uiros. De nomine suo apud autores non reperi. Sed uidi depictum in libro qui dicitur, Manfredus de monte imperiali, & ipse uocat Tunici. Reperitur etiam herba, quæ dicitur Filius ante patrem, siue Oculus Christi, uel oculus Consulis, ut uolunt herbarij. Forma uero ipsius reperitur apud Mathæum syluaticum. Et hæc herba apud nos nascitur in pratis.

Grasszblůmē / oder Negelblůmen.

Vide Coroll. Barb. d. 779.

C

Verba PANDECTARII nunc citati.

Filius ante patrem latine, Arabice Tariff, græce Garyophyllon. Plinius. Est herba faciens florem sicut buphtalmos: sed ramus post natus excedit longitudine ante natũ, & ob hoc Filius ante patrem uocat. Et uocatur similiter oculus Christi. Auicenna in secundo dicit, quod est plãta quæ nascitur in uere: & flos eius similis est Croco hortulano.

De CALAMENTO FLVVIALI.

Quidam Herbarius dicebat, quod Calamentum fluuiale, est Menta aquatica. Quod non est. Vide Nicolaum, qui exponit, quod Calamentum fluuiale est Mentastrum. Et similiter ait Petrus de Crescentijs.

De CALAMENTO MONTANO.

Calamentum montanum est Nepeta, siue Gattaria. Quidam dicunt, quod est Origanum. Alij Pulegium. Quod non est. Sed secundum ueritatem, uerum Calamentũ montanum est Gattaria, uel Nepeta: sic dicta Gattaria, quia Gattę libenter eam comedunt.

De SILERE MONTANO.

Siselios, uel Siler, uel Platocyminum: & est Siler montenum.

De ACETOSA.

Acetosa secundum Auicennã alia est domestica, alia syluestris. Dioscor. uero eam uocat Lapatum: & illius ponit quatuor genera. Vnum quod manducatur. Et illud est quo nos utimur. Et est alterum quod nos dicimus Oxylapatium. i. acutum Lapatium. Et hoc est satis notum.

De LEPIDIO, & SEITARAGI.

Seitaragi, est genus Erucæ. Auicenna in secundo canonis ait. Seitaragi ille qui est Indus, habet ligna parua, subtilia, & cortices sicut Gariophylli. Neq; per id agnouit quid sit. Galenus autem in septimo simpliciũ uocat Lepidium: & ille dicit, quod est genus Erucæ. Et sic est. Quid autem sit communiter, ignoratur. Etiam Dioscor. uocat Lepidium. Et qui mihi non credit, q̃d Lepidium sit Seitaragi, legat cap. de Lepidio apud Diosc. cum capitulo de Seitarago apud Serapionem: & uidebit, quod idem est. Simon uero Ianuensis in capitulo de Hiberida cum h, a principio describit de forma hac. Hiberidos, quod est uerum Seitaragi. In fine capituli ipse inquit. Hæc uidetur quam Nasturtium agreste uocamus. In capitulo uero Iberidis pe. i. a principio inquit. Seitaragi ex autoritate Pauli, in capitulo de Sciatica inquit. Iberidos, quã Lepidiũ, alij Agricardamon appellant, quidam uocant ipsum Tapsiam Indam. Tu uero uide certitudinem huius plantę, quod uerum Seitaragi secundum Paulum, est Nasturtium agreste. Et Nasturtium agreste, est Nasturtium aquaticum: secundum Circa instans, est Senation: & Senation secundum Diosco. est illa herba, quam Lombardi uulgo Crison uocant. Et sic sine dubio Seitaragi est species Nasturtij. Quia Serapion in suo capitulo dicit, ex autoritate Galeni, uirtus eius, & sapor, & odor, sunt similia uirtuti, sapori, & odori Nasturtij. Et sic loco Seitaragi, potest poni semen Nasturtij, quod est species eius.

D

De ORIGANO PERSICO.

Origanum persicum non reperit ab autoribus, quare ita appelletur. Moderni uero per Origanum, accipiunt quandam herbam, quam Lombardi uulgo Cornabobin uocant. Circa instans ait. Origanum. i. Golena. Serapion describit multas eius species, & secundum illum ponitur Diptamus inter species Origani.

De AMEOS.

Ameos est semen notũ omnibus. Sed nota, quod meo tempore uidi multos herbarios uendere Ameos apothecarijs indoctis pro Apio, & generaliter ultra Padum, apud ciuitatem Papiensem. Vtuntur in conuiuijs folijs Ameos pro folijs Apij.

De TVDERI.

Tuderi secundum Auicennam ex autoritate Dioscor. est herba habens folia similia Prassio, & radicem quadratam: & eius radix mensurã habet medij cubiti, & habet capita in quibus sunt semina longa, nigra, & est hæc usitata. Tuderi uero syluestris, semen est rotundum. Auicenna in secundo Canonis declarat formam Tuderi, ex autoritate Dioscor. sed non reperitur sub illo nomine. Quia a Dioscor. uocatur Orminum. Et latine, Emola, uel Aurigalis, uel Reicialis. Et reperiuntur ex eis duplices. Vnus cum flore rubeo Et alter, cum flore albo, Ambę apud nos nascuntur in tectis, ac parietibus, et iuxta hortos abundanter inuenitur.

De DAVCO.

Daucus est semen Bauciæ syluestris.

A

De MEV.

Dicitur quod est frustum diuersæ figuræ, in colore Agarici. Sed Dioscorides uocat Anethum syluestre.

De RVBEA TINCTORVM.

Rubea dicta sic est, quod radix eius est rubea. Sed Christophorus de honestis putauit, sed non recte, quod Diacurcuma efficiatur in colore Curcumæ, propter Rubeam tinctorum.

DE EVPATORIO.

Eupatorium secundum Serapionem est Gasit. Non est ergo Pulicaria, ut dicunt quidam Arabes. In ista planta Auicenna & Mesue sunt differentes. Nam Mesue dicit, quod illius flos est sicut subcitrini: Auicen. ait, flos eius est sicut Nenufar: igitur non concordant.

De SCORDEO.

Scordeum, Auicenna & Serapion dicunt esse Allium agreste.

De ACORO.

Acorus est quæ uocatur Gladiolus,

De FV.

Fu, id est, Valeriana, uel Potentilla, uel Amantilla, secundum Diosc. Multi appellant Nardum agrestem, Circa instans dicit. Fu intelligitur radix, & sic est. Et multi uulgares uocant eam herbam Benedictam.

DE Herba ADHIL.

Ioannes Anglicus dicit, quod est herba lupi, interficiens eum, & est Satyrion. Secundum aliquos est herba Eufragiæ. Verum meo iudicio Adhil magis debet dici Eufragia.

DE ARO.

B

Aron ipsa est quę uocatur Pes Vituli, species Dragonteæ, uel Dragontea minor, uel Serpentaria minor.

DE MEZEREON.

Mezereon. i. semen Allij, quod appellatur Coccum gnidium. Dioscor. in capitulo de Chamælea. i. Mezereon dicit. Chamælea, aut Coccognidion, non est semen Laureolæ, ut dicit Circa instans, in capitulo de Laureola. Serapion in capitulo de Laureola, loquitur in capitulo de Lauro. Alexander in cap. de hydropisi inquit. Chamælea, unde Coccognidium colligitur: & est Lacticinium, folia Oliuæ habens. & sic est: & propter hoc apud multos herbarios uocatur herba Oliuella, propter similitudinem foliorum ipsius.

DE SCAMMONEA.

Est solutiuũ magnũ, & est species Volubilis, generis lacticiniorum. Laudatur tamen Antiochena, & Armena.

DE CHAMAEDRY.

Quercus terræ, Quercula minor, Calamandrina.

DE LVPVLO.

Lupulus est species Volubilis.

DE Capillo VENERIS.

Capillus Veneris, est id quod uocatur alias, Coriandrum putei, Capillus Algal, Capillus Porcinus, Capillus fontium, Capillus hominis nemoralis.

DE SOLATRO.

Solatrum uocant Vuam uulpis, uel Vuam caninam. Et sunt eius quatuor species. Prima hortulana: & hæc apud nos uocatur herba Morela. Alia est species Alkakengi, dicta Cacabum uel Fiascho a uulgo. Tertia est Caballaris, a latinis Lunaria; & ista est Faba inuersa. Quarta est Manicon, aut Pericon.

Solatri species quatuor.

DE CVSCVTA.

Cuscuta, est podagra lini, eo quod linum necat. Serapion dicit, quod est herba inuoluens se sicut fila: sed in sumitatibns habet fructum subtilem: & ipsa crescit in arboribus, & in uinetis. Vocatur etiam Gringus.

DE PSILLIO.

Psillium dictum est, eo quod semen eius pulicibus assimilatur, unde etiam latini Pulicarem

C uocauerunt. A nostris rusticis uocatur Linoxella: & in bladis reperitur.

DE POLYPODIO.

Polypodium quercinum, ipsum est quod alij uocant Liquiritiam syluestrem.

De AFFODILLO.

Affodillus secundum Dioscor. est herba omnibus nota, folia habens sicut Porrum, uirgam leuem: quam multi Abluuium, id est, Aleta dicunt. Secundum Circa instans, Affodillus est quę dam herba, quæ uocatur Centumcapita. Sed hoc est falsum. Melius uocatur herba Porraria.

De SAXIFRAGIA.

Saxifragia tres habet species. Quarum una habet folia similia Pimpinellę, sed maiora: & hęc est nota. Minor uero dicitur, quod est Oculus Christi. & sic est. Oculus Christi, uel Oculus con fulis, secundum Matthæum, est Filius ante patrem. Medici dicunt, quod est Tetrahit, id est, her ba Iudaica.

De IRINGIO.

Iringus, aut Iringion, aut nux agrestis, ut dicit Diosc. ab alijs Cardopanis dicitur: & est spe- cies Centumcapitū, ut apparet apud Serapionē. Etiam ipse Serapion ait. Ascaracon, id est, Cen tumcapita, est cœlestis coloris, inferius dicitur Iringi. Sed Centumcapita alba, est species spinæ. Et sic est. Et non est Secacul, sicut quidam falso opinantur. Iringus autem est planta spinosa, quę in uijs ac pratis nascitur.

De PEVCEDANO.

Peucedanum secundum Matthæum syluaticum est Cauda porcina. Sed Cauda porcina se- cundum Simonem uocatur Milium solis.

De VINCETOXICO.

Vincetoxicum, est quædam planta quæ multum iuxta Helleborum inuenitur, quare puta- tur sibi contraria: appellatur autem Vincetoxicum, eo quod contra toxicum est: cuius radix usui medicinæ conuenit. Nicolaus lib. 7. capitulo de Antrace dicit, quod est Consolida minor: & a nobis uocatur herba Morella, uel herbn uenti, uel herba S. Laurentij. Neq; per id Nicholus cognouit ipsum.

De Herba SYRIACA.

D Herba Syriaca ipsa est Malua. Sed ros Syriacus, est Sumach.

De BALSAMITA.

Balsamita secundum Compositorem, est Menta aquatica, quæ alio nomine Sisymbrium appellatur. Sed Balsamita est Menta, quæ odorem balsami habet: & est herba, quæ apud nos cir ca aquas inuenitur.

De SAMSVCHO.

Samsuchus, a Siculis Amaracus nominatur. Item apud eundem Centaurea minor. Quod falsum est. Nam Amaracus, si est Samsuchus, non est Centaurea. Prętereà secundum moderno rum opinionem, generaliter tenetur, quod Amaracus sit Alacoen alba. Ergo Amaracus est Ma tricaria quæ apud Auicennam. 12. canonis uocatur Vehuen: & est herba quæ apud Lombar- dos, Crispa uocatur, uel Crispula. Sed Samsuchus est uera Maiorona.

De SANGVINARIA.

Sanguinaria apud modernos est Bursa pastoris, quæ mirabiliter ualet contra fluxum sangui nis. Inuenit & alia Sanguinaria, quæ uocatur Corrigiola, seu Virga pastoris. Sed Ioannes An- glicus, per Sanguinariā intelligit Bursam pastoris. Apud Lombardos uocat herba Gugarolla.

De MATRICARIA.

Matricaria, in secundo Auicennæ uocatur Vehuen, & est species Artemisiæ: & est illa, quæ a Lombardis Crispula uocatur.

De ANAGALLIDE.

Anagallidis sunt duæ species. Nam una habet florem cœlestem. Alia, cuius flos dactyli co- lorem habet, uel secundum Serapionem rubeum. Nascitur in pratis. Ambę habent semen ro- tundum, simile semini Coriādri. Quidam dixerunt, quod sit Cichorea. Quod non est. Alij, q̄d sit Maiarona: quod etiam nō est. Alij, quod Auricula muris: quod non est. Vocatur Anagallis alio nomine Mergelliam, uel Morsus gallinæ.

De CONSOLIDIS.

Consolida maior uocat Symphytum apud Dioscor. Nascitur q; circa aquas. Minor est her-

ba similis Artericæ, nasciturq; in pratis ac uijs, purpureis floribus. Consolida media paucis est cognita. A

De GALLITRICHO.

Gallitrichum, uel Centrum galli, est herba quam multi rustici uocant Bezomo. Vnum nascit in hortis, & comeditur inter olera. Alterũ uocatur uulgariter Scarleazaz: & nascit in pratis.

De SANAMVNDA.

Sanamunda, non est Pes leporinus, ut quidam putauerunt, sed Garyophylata, similis Agrimoniæ, cuius radix odorem habet Garyophylli.

De SOLSEQVIO.

Solsequium secundum Simonem Ianuensem a multis uocatur Intuba: ergo est Endiuia. Nam Intuba est nomen græcũ, sed a latinis Endiuia nuncupatur. Circa instans ait. Sponsa solis, Heliotropia, Intuba, Cichorea, Dionysia, Solsequium idem sunt. Matthæus syluaticus dicit, q̃d Cichorea est Solsequium, uel Sponsa solis. Et Nicholaus dicit, quod Solsequium est Mirasol, Sponsa solis, uel Cichorea. Sed hic textus Nicholai non uidetur sonare bene: quia Mirasol non est Cichorea, sed Pentadactylos. Ioannes uero Anglicus Calendulam, uel Premulam ueris uocat Solsequium.

De CAPRIFOLIO.

Caprifolium est Matersylua, & apud Dioscor. Periclymenon.

De Herbas. CHRISTOPHORI.

Herba S. Christophori est Filius ante patrem, Mergenblümlin/Mergenrößlin.

De MILLEFOLIO.

Millefolium, est herba quę omnibus nota est. Diosc. Miriophyllos, siue ut latini Millefoliũ, id est, supercilium Veneris uocant.

DE SPARGVLA.

Spargula, secundum Compositorem est Rubea tinctorum minor. Et sic hodie habetur Gentilis opinio. Dioscor. uocat Rubeam, & inquit. Rubea, quam alij Trithrodanum, latini uero Rubricam dicunt. Herba est omnibus nota. Eius species sunt duæ. Vna agrestis. Alia quæ appellatur Sparthos, ramulos, siue tyrsos habens tenues, & quasi nodosa folia, per interualla distantia, atq; per singulas enodationes ueluti stellarum imaginem mentientia. Fructus, siue semen rotundum est, & uiride: dehinc rubrum, aut circa maturitatem nigrum. Radicem habet tenuem, & paruã, & rubicundã: & hęc est forma Rubeę tinctorũ. Si autẽ habere non poteris minorẽ, ponas maiorẽ. Minor uero non est illa herba, quã nostri rustici Rasparellam dicunt, sed est aliud. B

DE Herba VENTI.

Herba Venti. s. herba Venti maior: & est Paritaria. Eius species duę sunt. s. maior, & minor. Maior uero est Paritaria, siue Vitriola, siue Alefenem, ut apud Dioscor. siue herba Vitri, ut apud Auic. Idem Circa instans ait. Paritaria herba est quæ alio nomine dicitur Vitriola. Quia optime uasa mundificat. Hæc apud nos in muris nascitur, & dicitur a uulgo Veraxium. Minor uero est Consolida minor habens florem sicut Artetica: sed sunt purpurea. Et dicunt sapientes. quod utraq; in unguento disponantur.

DE AGRIMONIA.

Agrimonia herba est satis nota, apud nos in pratis reperitur. Dioscor. autem inquit. Agrimonia herba omnibus nota, quę Feraria minor dicitur. Nascitur in campis, uel circa sepes. Cuius radix græco nomine Eupatorium dicitur: eo quod diuretica sit ualde apud modernos. Eupatorium est aliud. Gal. in lib. ad Paternionem de Agrimonia, & Eupatorio in uno cap. loquitur: in fine uero ait. Huius igitur radicem græci Eupatorium dicunt.

DE HERBA PARALYSI.

Herba Paralysis secundum Compositorem, est herba sancti Petri, siue ut alij Præmula ueris. Eius species sunt duæ. s. maior, & minor. Maior uero est herba sancti Petri, quæ in hortis nascitur, cum folijs uiridibus, parum incisis: hæc nota est omnibus. Minor est illa quam hodie generalit̃ herbã Margaritã dicimus: cuius flos similis Camomillę est. Huius in pratis plurimũ est.

De CICHOREA.

Cichorea sec'm quosdã, est Intuba. Alij Solsequiũ. Alij Sponsam solis uocãt. Columella in lib. de cultu hortorũ ait. Cichorea teneris frondẽs lactucula fibris. Pli. ait, Intubũ erraticum, apud nos qdã Ambulã dicunt. In Aegypto Cichoriũ uocãt. &c. Cichorea uero sec'm Compositorẽ, est Rostrũ porcinũ, & est herba cuius flos est cœlestis. Et sic est sec'm ueritatem, quod uera

C Cichorea, secundum sententiam modernorum habet flores azurinos: & est species Endiuiæ.

De BACTISOSERE.

Bactisosere, apud nostros autores non reperio aliquem de ipso loqui. Secundum intentionē Compositoris, est quædam herba cuius flos est cœlestis: & eius semen est ut semen Scariolę agrestis: sed non est album, neq; nigrum. Et nascitur in bladis ut plurimum, & credo quod sit Scariola agrestis. Quid autem sit, cōmuniter ignoratur. Sed secundum plures est illa herba, quæ in bladis reperitur.

De IVA.

Iua est uera Chamæpytheos, & nō est Chamędryos, ut quidam crediderunt. Generaliter tamen tenetur, quod Iua non sit Chamæpytheos. Sed errant. nam ego uidi apud multos apothecarios in sacculis Chamæpytheos, de quo loquuntur nostri autores, sed loco Chamæpytheos habent Chamædryos. Vnde per hoc dico, si aspexeris illam Iuam, qua moderni utuntur, pro Iua muscata, uidebis, quod & in forma & in reliquis est uerum Chamæpytheos.

De SERPILLO.

Serpillum secundum Plin. a serpendo putāt dictū, quod in syluestri euenit in petris maxime. Satiuum non serpit, sed ad palmi altitudinem crescit. Dioscor. Serpillum, siue ut alij, Herpillum, latini Cicer erraticum uocant, &c. Folia & flores secundum Circa instans medicinæ competunt.

De CORRIGIOLA.

Corrigiola. i. Polygonia, siue Centumnodia, siue Virga Pastoris. Diosc. uocat ipsam Polygonos masculum: & ibi etiam describit aliam, quæ dicitur Polygonos fœmina. Petrus de Crescentijs inquit. Virga Pastoris est Cardus syluestris. Ille textus non uidetur bene sonare. Nam Virga Pastoris nō est Cardus, ut ipse & alij dicunt. Nam si legis capitulum de Polygono apud Dioscor. cum cap. de Virga pastoris apud Serap. & Auic. uidebis, quod idem est. Et idem Io. D Serap. in ca. de Lapide, uocat ipsam Dimirision. Et hęc herba in uijs multum reperitur. Matthæus syluaticus, in capitulo de Dipsaco. i. Cardo fullonum dicit, quod est Virga pastoris. Sed nō recte. Quidam uocant Corrigiolam Sanguinariam: sed secundum aliquos Sanguinaria est illa herba, quam hodie Bursam pastoris uocamus, siue a uulgo, herba Gugiarolla.

De ENDIVIA.

Endiuia, nomen latinum est, post græcum Intuba. Arabes etiam post gręcum, Hundebe dicunt. In hac uero uolo ostendere omnes species Cichoreæ, uel Endiuiæ, uel Scariolę: sed primo uolo ostendere illas species, de quibus ipse Nicholus in proprio libro loquitur. Nam in cap. de debilitate Epatis, sic ait. Dixit Auic. Taraxacon, quam Gentilis dicit esse Cicerbitam, siue Rostrum Porcinum. Et Guilielmus dixit ipsam esse Cichoream Et est illa species, quę a multis uocatur planta Leonis Hic textus Nicholi, uidetur corruptus. Nam ipse Nicholus debebat dicere, quod Dens leonis, quæ est species Cichoreæ, & non Plantæ leonis, quæ est herba dicta Flaura, uel Maura, quę odorem Asphalti habet. Et hęc est species Trifolij: quod est consonum. Idem in capitulo de oppilatione Epatis dicit, Taraxacon, est species Sponsę solis. Et inferius in eodem cap. inquit. Rostrum Porcinum est Cicerbita. &c. Habita opinione Nicholi, sequitur opinio Ioannis Anglici, quæ est, quod Altaraxacon est Rostrum porcinum, uel Cichorea. Idem sentit in capitulo de fistula.

De ENDIVIA domestica.

Endiuia domestica, id est, usualis, est herba satis nota. Syluestris uero potest dici, q̄d sit Crispinus herba. Cichorea uero secundam sententiam modernorum, habet flores azurinos, uertentes seipsos ad solem: quare Sponsam solis, & Solsequium uocauerunt. De qua Circa instans ait. Sponsa solis, est Cichorea, uel Intuba, uel Solsequium. Hęc etiam est satis nota. Serap. in ca. de Endiuia, inquit, Hundebe sunt species. Nam ex ea domestica, & est Scariola. Et est ex ea syluestris, quę est Taraxacon. Et est tertia species quę dicitur Candarel, & est Amiron. Etiam secundum Circa instans, & Petrū de Crescentijs, Endiuia est Scariola. Galenus in octauo simplicium dicit. Seris. i. Endiuię.

De CONDRYLLA.

Condrylla est species Cichoreæ, uel Lactucæ. Auic. in secundo canonis, in cap. de Endiuia, ait, quod est ex ea syluestris, & hortulana duarum specierum. Magis iuuatiua ex eis Epati, est illa, quæ est magis amara. Ego credo, quod sit Cichorea. Idem aliud cap. facit de Taraxaco, & dicit, quod est species Endiuiæ, Et ista nota est.

De SCARIOLA.

A

Scariola uero secundum Simonem Ianuensem, est uelut Lactuca agrestis, nisi quia in dorso costarum habet spinas paruas. Sed Matthęus syluaticus, & Isidorus uolunt, quod Lactuca agrestis sit Scariola: ut dictum fuit. Etiam hic dicam uerba Isidori, quę in capitulo de oleribus dicit. Lactuca agrestis, est quam Sarraliam nominamus, eo quod dorsum eius in modum serrę est. Simon in hac errat. Nā in cap. de Scariola dicit, q̄d ipsa est uelut Lactuca agrestis. Et in cap. de Sarralia inquit, ex autoritate Isidori, quod Sarralia est Lactuca agrestis. Et in fine dicit, q̄d est Scariola: & sic uolunt multi moderni.

De CICERBITA.

Cicerbita uero sicut dicit Nicholus, est Rostrum Porcinum. Secundum Buliel est Cichorea. Et est herba, cuius flos est cœlestis. Etiam reperiuntur duæ aliæ species, quæ florem cœlestem habent: & omnes in bladis reperiuntur. Et si bene consideretur, uidebis quod species Endiuiæ, uel Cichoreæ sunt septem: & sunt istæ uidelicet. Endiuia domestica. i. usualis. Cichorea, quę ab omnibus nota est. Rostrū Porcinum: & Dens leoninus, differunt parum inter se, secundum modernorum opinionem: in pratis reperiuntur cum flore croceo, nisi solum in folijs differunt. Post maturationem florum producunt quandam lanuginem albam, quæ cum tangitur, euolat. Et alia est dicta Crispinus a uulgo: & hæc apud quosdam est Lactuca asini. Quod non credo, sicut patet, si legis capitulū de Anchusa apud Diosc. uidebis, quod cum cap. de Crispino, non conuenit. Et est alia species quæ dicitur Cicoriastrum: ut est Scariola, quæ in bladis reperitur. Et omnes istæ species, uocant Endiuia, uel Cichorea, uel Scariola. Et hæ notæ sunt apud sapientes.

Septem species Endiuiæ.

De MELISSA.

Melissa secundum modernorum sententiam, est Ozymum citratum: cuius folia odorem Citri habent, & Citraria dicitur.

De PERSICARIA.

B

Persicaria. i. herba sanctæ Mariæ. Et est herba quæ habet folia similia Persicis, signata: apud nos iuxta hortos reperitur. Existimant quidam, quod hęc sit Zinziber caninum, ut uidetur sentire Auicenna in secundo canon. Etiam putauerunt quidam, quod ipsa sit Piper aquæ.

De PERFORATA.

Perforata. i. herba sancti Ioannis, siue Fuga dæmonum, siue Hipericon. Et dicitur Perforata, quia folia eius habent foramina parua. In locis domesticis reperitur. Auerrois in quinto Colliget ait. Euferícon. i. Hipericon nelisricon. Et quidam appellant hanc herbā Cordialē, eo quod assimilatur cordi.

De MATRICARIA.

Matricaria, est Artemisia. Et est illa, quā Diosco. uocat Leptaphyllos. Sed Auic. in secundo Can. uocat ipsam Vchuen. Aliquando Alacoen. Et hæc est quam Lombardi Crispulā dicunt.

De MATRICARIA minore.

Matricaria minor, secundū plurimum est secunda species Artemisiæ. Diosc. formam ipsius describit. Et hæc est illa, quam hodie Tanacetum, siue Daneta uocant.

De SCABIOSA.

Scabiosa, est herba satis nota. Sed miror, quod nostri autores de ipsa non loquuntur. Tamen secundum intentionem Matthæi syluatici dicit Scabiosa latine, quæ græce stibes, uel stibeos. Et ibi loquitur de Scabiosa ex autoritate Diosc. sub litera Scabiosa, quod non reperitur. Verum est, quod Diosc. ca. unum facit de stibeos. Sed ignoro quod illud sit de Scabiosa.

De BETONICA.

Betonica, est herba satis nota. Dioscor. uocat ipsam Betonicam. Serap. in cap. de Betonica dicit. Plurimum quod ex ea administratur, sunt folia. Galenus in septimo Simplicium dicit. Cestrum latine, dictum Betonica. Macer ait. Betonicam soliti sunt Cestron dicere græci. Plinius. Vetones in Hispania, eam quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Sarratula, a græcis Cestron dicitur. Auerrois in quinto Colliget ait. Alchisom quæ in Latio dicitur Betonica & in persica lingua Berahuem.

De FRAGARIA.

Fragaria, herba est ferens fraga. Et granum ipsum secundum Matth. syluaticum, est granū

C acetosum: eius plãta similis Pentaphyllo. Quapropter Plin. in cap. de Quinq;folio dicit, quinquefolium fraga gignere, non quod illud sit Quinq;folium, quo nos utimur in medicinis, sed ad eius similitudinem. f. a numero foliorum, Quinq;folium appellauit. Apud nos uero Fraga sunt fructus, qui quando maturescunt, rubicundi efficiuntur, & satis noti sunt.

De EVFRAGIA.

Eufragia, est herba quae in pratis, ac alibi inuenitur. Et secundum Matthęum syluaticum, est herba Adhil. Et laudat ipsam. Quia medetur aegritudinibus oculorum.

De CAPILLO VENERIS.

Capillus Veneris apud Auicennã in secundo Canon. uocatur Bescegnascen. Et dicit, quod est Coriandrum putei. Et persice est Bescegnascen. Et syriace, est Capillus porcinus. Et arabice, est Capillus algul. Isidorus dicit. Capillum Veneris uocatum, siue quod elapsos post alopitiã capillos recreat: uel quod capillorum fluores cõerceat: uel quod sit uirgulis nigris, leuibus, cum splendore, quasi capilli. Eius species secundum modernorum opinionem sunt tres, scilicet capillus Veneris, qui satis est notus. Polytrichum, quod herba est, quę in puteis reperitur. Et Adianthon, quod similitudinem habet Capillorum Veneris. Et haec iuxta fossas reperitur. Et sic istae tres species, in uirtute differunt parum ab inuicem.

Capilli Veneris species tres.

De BERBERI.

Berberis apud Auicen. in secundo Can. nominantur Ambiberberis, & apud Dioscor. uocatᷓ Oxyacanthos. i. spina acuta. Et est arbor quę in partibus nostris iuxta aquas nasciᷓ. Eius fructus exprimiᷓ, & fit ex eo uinũ: quod apud herbaticos diciᷓ uinũ de Crispino. Etiã apud modernos ex succo ipsius fit liciũ. Et secundum multos, hęc est arbor mali granati syluestris, quę a Serap. Darsisaham uocatur. Sapientes habent hoc pro secreto.

De CITRVLLIS.

Citrullus est Cucumer: cuius forma longior & maior est nostro. Et sunt, qui loco eius ponunt semina Cucumeris usualis.

De ABSYNTHIO.

D Absynthium, secundum Dioscor. est notum. Cuius probabilius est Ponticũ, & Cappadocium, nascens in montibus: unde nomen accaepit a terra. Infra habenrur duae aliae species. Plin. dicit. Plura sunt eius genera. Sandonicum appellatur a ciuitate Galliae. Ponticum de Ponto. i. ubi pecora illo pinguescunt, & ob id sine felle reperiuntur. Neq; aliud praestantius, multum Italico amarius: sed medulla Pontici dulcis. Sed illud Absynthium quod hic intendimus, est Absynthium Ponticum, uel Romanum, uel cõmune quod satis est notum.

De PEDE COLVMBINO.

Pes uero columbinus, secundum Serap. est Amomum. Secundum uero modernorum opinionem, est herba habens folia rotunda, parua, diuisa in magnis & paruis incisuris: stipites ipsius sunt subtilis coloris, subrubei, habentes nodos raros, in quibus sunt duplicia folia, & semina tria, uel quatuor, uel quinque coniuncta in medio eorum, sicut acus. Haec apud nos nascitur in uijs ac pratis. Auerrois, in quinto Coll. dicit. Pes columbinus est quatuor specierum, & parum diuersificantur a sia ab alia.

De ANDACHOCHE.

Andachoche, uel Andachocha, ut apud Auic. & Serap. est Trifoliũ: cuius alia est syluestris, & alia domestica: & alia est aegiptiaca: & fit ex semine eius panis.

De ARISTOLOCHIA.

Aristolochia rotunda dicitur, quod radicem rotundam habeat. Isidorus inquit. Aristolochia dicitur, quod optima sit. Nam superfessa post partum, matricem beneficio uaporis expurgat. Et sunt duae species. Vna est rotunda dicta, propter quod rotunda radicem habeat. Altera longa: quia longam radicem habeat. Diosc. habet tertiam speciem quae dicitur Dermaticis.

De AGNOCASTO.

Agnus castus, secundum Serap. ex autoritate Dioscor. Sunt ei duae species. Dicitur castus, eo quod religiosi sternunt hanc plantam sub lectis ad refręnandam libidinem. Et nominatur ligos, propter duritiem uirgarum eius. Et est planta in magnitudine arborum. Nascitur prope aquas & in locis aquestribus. Gal. ait. Id quod administratur ex hac arbore in medicina, sunt folia. Et semen est factum ad modum piperis. Et propter id uocatur Piperella. Auerrois in quinto Coll. inquit Pentrasurae dicitur a persis arbor Abraham: & in latino dicitur Agnus castus.

De HERBA RVBEA.

A

Rubea, ſcilicet Rubea tinctorum. Ita habenr alij Doctores. Radix eius herbæ eſt id, quod eſt iuuatiuum in medicina. Plinius ait. Erithrodanum, quam aliqui Ereuthrodanum uocant, nos Rubeam, qua tinguntur lanæ, pelleſq; perficiuntur. In medicina urinam ciet.

De CHELIDONIA.

Chelidoniæ uero ſecundum Serapionem in cap. de Curcuma, duę, ſunt ſpecies. ſ. maior, & minor. Dicit, quod nominantur hoc nomine, eo quod uer incipit apparere ante aduentum hyrundinum, & deſiccatur quādo recedunt. Putant aliqui etiam, quod ſic nominentur propterea, quod quando excæcantur pulli hyrundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum: & reddit uiſum hyrundinibus.

De VRTICA.

Vrtica, eſt herba ſatis nota. Dioſcor. dicit Acaliſex, ſiue ut alij, Ignida, latine dicitur Vrtica. Eius altera maior, quę & uſualis eſt, & ſimplex, cum tenui ſemine, ac folijs minutis, aſperis. Altera agreſtis eſt, denſioribus folijs atq; latioribus, nigrioribus. Eſt etiam alia Vrtica dicta mortua: & hæc apud modernos dicitur Angelica, ſeu Archangelica. Et eſt alia dicta Vrtica Mora: cuius folia magna ac nigriora ſunt: & hæc dicitur Millemorbia, ſiue herba Ficaria; ſed a latinis dicitur Scrophularia.

Millemorbiae

De HARMEL, uel agreſti RVTA.

Harmel, id eſt tertium genus Rutæ, ſecundum Matthæum ſyluati. Harmel, ſcriptum cum h, eſt ſemen Cicutæ: & Armel ſcriptum ſine h, eſt genus Rutæ. Eandem habet opinionem Lumen tenebrarum, quod Harmel ſit Cicuta. Sed falſum eſt. Sed Harmel cum h, & ſine h, eſt tertium genus Rutæ. Nam Dioſcor. in cap. de Ruta quaſi in fine ait. Alterum genus Rutæ, quod naſcitur in Macedonia & Galatia, quam Molin ciues appellant. Idem in fine ait. Rutā multi Armolam uocant. Syri Vaſaſa. Naſcitur locis cultis. Auicenna in ſecundo canonis inquit. Ruta ſylueſtris, uehemētioris eſt nigredinis, quam Alharmel cum h. Item lege capitulum de Harmel ſcriptum cum litera h. apud eundem: & eſt idem cum cap. de Armola apud Dioſcor. Idem in quarto canone, in capitulo. de curatione morſus uiperarum, nter reliqua ſic Canon ait, Ruta ſylueſtris, & non eſt Alharmel, ſecundū quod exiſtimauerunt quidam, imo eſt ſpecies Rutæ ipſius: & ſic eſt ſine dubio. Sed Auerrois in quinto Coll. ait, Alharmel, id eſt, Cicuta. Quod falſum eſt. Nam ſecundum plures ſapientes creditur, quod Harmel cum h, & ſine h, idem ſit: & poſſibile non eſt, quod Harmel cum h, ſit Cicuta. Nam Serap. de Harmel cum h, capitulum facit, cuius formam hic uolo deſcribere: ut magis appareat ueritas, & hæc eſt. Harmel ſecundum Serapionem nominatur Moli. Et nominant eam multi Rutam ſylueſtrem. Et eſt planta quæ egreditur ex una radice cum multis ramiculis: & habet folia longiora folijs Rutæ alterius, & meliora, habentia grauem odorem: & habet florem album: & capitella maiora ſatis quam capitella Rutæ domeſticæ, diuiſa tribus diuiſionibus: in quibus eſt ſemen amarum: cuius color eſt, ad rubedinē decliuis. Habet tres angulos: & eſt id, quod de planta uenit in uſum medicinæ: & ipſum maturat: & colligitur in autumno: & ſic eſt, ſi aggregaueris Rutam ſylueſtrem qua utuntur moderni, eadem eſt cum illa.

B

De EVFRAGIA.

Eufragia eſt herba, quę apud nos in pratis reperitur: & eſt minuta herba. Mirabiliter medetur ægritudinibus oculorum. Et propter id Meſue in ſua practica, in capitulo allegato, uocat ipſam herbā Adhil. Fœniculus ſimiliter ualet in illa materia. Vnde uerſus. Fœniculus, uerbena, roſa, chelidonia, ruta. Ex iſtis fit aqua clara, quæ lumina reddit acuta. Et nō eſt cōpletus uerſus, niſi addatur Capillus ueneris, Eufragia, & Betonica.

De CYNOGLOSSA.

Alehazaber humida. i. recens, & eſt Lingua canis, ſeu Cynogloſſa. Sed generaliter dubitant aliqui, an Alcalcachar, & Alehazaber ſint idem: ſed ſine dubio idem ſunt.

De VITICELLA.

Viticella, ſecundum Matthęum ſyl. eſt Feſcera, ſiue Foſire: ergo eſt Brionia, quę apud Dioſc. Ampelos leuce uocāt: ſed ſcd'm Simonē Ianuē. eſt Feſireſin. i. Vitis nigra, ſiue Ampelos melana, ut apud Dioſc. In hac diſcordia, neſcio quid dicam; quia ſecundū intentionem Matthęi ſyl.

C est Brionia, siue Vitis alba: & sec'm Simonem est Vitis nigra. Non igitur concordant. Verum secundũ plures, Viticella, est Vitis nigra: & est planta quæ iuxta hortos nascit̃: & est quã Lombardi Tanero uulgari nomine dicunt.

De TAPSO BARBATO.

Tapsus barbatus, est planta omnibus nota. Hęc apud Dioscor. uocatur Flosmos: sed apud Auicen. in secundo Canone uocatur Busiri. Isidorus Flosmos, quam latini herbam lucernarem uocant, ab eo quod ad lichnia proficiat. Hæc planta apud nos nascit̃ super muros, & in campis: & uocant rustici Auidon, siue Auion.

De CARDO.

Cardo, seu Cardus qui apud Diosc. uocatur Dipsacus, cuius frutex est spinosus: & iste frutex gerit quandam rem qua utuntur fullones ad garzandum pannos & biretas. Galenus etiam in sexto Simplicium Pharm. dicit. Dipsacus. i. Cardo. Petrus de crescentijs inquit. Virga Pastoris. i. Cardus. Sed falsum dicit. Quia Virga Pastoris est herba quæ uocat̃ Corrigiola. Et differt multum, sicut patet apud Dioscor. cap. de Dipsaco. Et apud Serapion. cap. de Virga Pastoris.

De ACEDVLA.

Acedulæ nomen multis herbis attributum est, in diuersis regionibus. Nam Acetosa Acedula potest dici. Idem Trifolium Acetosum, siue Panis cuculi, siue Aleluia idem. Macer autem de Acedula speciale capitulum facit, inquiens. Diximus Acedulam, quam græcus dicit ἀίζων, Ergo est Semperuiua. Nam Aizon apud Dioscor. est Semperuiua, & componitur ab ἀεὶ quod est semp, & ζωὴ quod est uita. Verũ sec'm modernos Acedula est Acetosa, aut est idẽ in uirtute.

De VISCO QVERCINO.

Viscus quercinus. i. Dabat sec'm Diosc. lachryma est arboris, lenis, & uiridis coloris, deintus obtusum, & nihil asperum. Colligitur & de semine obrotundo, quod in arbore dryi, id est, quercu nascitur. Folia habens similia buxo. Hoc semen primo tundit̃, et lauatur, & postea coquitur. Multi uero illum masticando conquassant. Fit etiam ex arbore Matiani, & de Piro, et ex diuersis arboribus aliquando: & in radice arborum, & in frutice inuenit̃. Apud Auic. D eius fructus est similis Ciceri nigro, non sinceræ rotunditatis, uirgulatus, frangibilis, ex quo manus inuiscantur. Eius autẽ minera est arbor ferens glandes, & malus, & pirus, in quo sunt uirtus aërea, & aqua multiplicatæ ualde: & qui ex eo bonus est recens, planus, coloris puri, interius uiridis, exterius teritur & lauatur, deinde coquitur. Hodie multi apothecarij, qui omnia scire fatentur, loco eius ponunt Viscum quo utuntur nostri rustici ad capiẽdas aues. Sed uerus Viscus quercinus fit ex quodã fructu simili piro, qui reperitur super arbores ferentes glandes, seu arbores quercus: & propter id Viscus quercinus appellat̃. Defertur a Venetis ad nos in formis rotundis prout succus liquiritiæ.

De CHEIRI.

Cheiri Arabice est planta, quæ flores citrinos, seu aureos producit, & est Viola citrina. Auerrois in quinto Col. ait. Alcheiri est Viola de Romania. Serap. Cheiri est planta nota, habens diuersitatẽ in specie suo, quæ a diuersitate florũ cognoscitur. Nam quędam habent album, quædam purpureum, & quædam citrinum. Qui habet citrinum, melior est & aptior in medicina, & hæc satis est nota.

De TRIFOLIO ACETOSO.

Triphyllon acetosum. i. Trifolium acetosum. Quidam dicunt quod est falsum: quia reperitur in Nicolao Triofilcon. & ibi dicitur, quod Trifolium dicitur a uiridibus folijs Rutę, quę in eo ponuntur: & dicunt, quod hic idem intelligit̃. Sed ignoro, nam in aliquibus codicibus Mesue antiquis inuenit̃ Trifolium acetosum quod melius est: & est herba dicta Aleluia, siue Panis cuculi, quoniam sapore est acetosa. Præterea uide apud Mattheum syluaticum in cap. de Pane cuculi, quæ dicit de isto Trifolio.

De ARTHANITA.

Arthanita secundũ Auicen. in. 2. Can. est Buchormarien. Tamẽ miror, quod idẽ in. 5. Can. in Fen. 16. in cap. de compositiõe solutiuorũ eius qui habet colicã ex uentositate, aut materia flegmatica, de quibus fiunt clisteria, ponit ibi Buchormariẽ, & Arthanitam. ergo falsus est textus secundi Can. Rasis in nono Almanso. in cap. de colica idem habet: idem in capite de apoplexia in clisterijs. Auic. autem. 2. Can. dicit. Arbor Mariæ, est Buchormarien: & iam dictum est de ea. Et est trium specierum. Vna species eius sine fructu, duæ cum fructu. Ego non intelligo quid uelut Auic. per talia uerba. Nam arbor Marię est Rosmarinus: & Buchormarien secundum ipsum est Arthanita: quod non est possibile, error uero qui inuenitur in ipsoa, pud me nunquam sepa-

rabitur. Hodie generaliter habet opinio, quod Rasis in illo loco errauerit, ponere Buchormarię, et Arthanitam. Sed non recte: quia in hac inuenitur differentia quæ reperitur inter Scedenegi sine.h. & inter Schedenegi cū.h. similiter est differenria inter Buthormarien scriptum cum litera t, & inter Buchormarien scriptum cum litera.c. nam ibi Rasis habet Buchormarien scriptū cum litera.c. & hæc est arbor Marię, siue Rosmarinus: si uero reperias Buthormarien, est uera Arthanita, de quo uide Serap. in cap. de Ciclamine, qui inquit. Buthormarien.i. Ciclamen: in cap. uero de arbore Mariæ dicit, quod est Libanotis: ergo est Rosmarinus: & sic si bene legeris, uidebis quod Buchormarien est arbor Marię, & Buthormarien est Ciclamen, seu Arthanita. Francis. de pedemon. in cap. primo de dolore intestinorum & medicinis eius, ait: Buchormarien est radix Piretri, uel Maliterræ. Quod est falsum. nam Buchormarien non est Piretrum, uerum si diceret, Buthormarien est Malum terræ, sed non Piretrum.

De FILICE.

Filix secundum Isidorum a singularitate folij dicta, denique ex una uirgula altitudine cubitali unum scissum folium gignitur, res applicata uelut penna. Dioscor. autem de ipsa duo facit cap. unum de Dipteris, aliud de Seliteron. Secundum uero Matthæum syl. Dipteris est Polypodiū. Sed non recte. nam si legis cap. de Dipteri apud Dioscor. cum cap. de Filice apud Serap. uidebis, quod idem sunt. Ipse uero Serap. in uno cap. loquitur de masculo, & fœmina. Auicen. in secundo can. duo cap. facit, unum de Childaru, & aliud de Sarace. Hæc apud Dioscor. nascitur sine semine, sine flore, & sine hasta. Sed quidam modernorum dixerunt, quod in nocte sancti Ioanis aliqui uadunt ad locum ubi Filix nascitur, & ibi stant per horas tres: & dicunt, quod cito in illa hora Filix gerit florem, post semen. Deus melius scit.

De Herba S. MARIAE.

Herba sanctę Mariæ secundum Comp. est Persicaria, seu sanguis Christi: secundum uero Matthæum syl. est herba ad albedinem tendens, cum folijs rugosis: sicut herba quæ dicitur Flosmos.i. tapsus barbatus. Sed non recte dicit: quia si Compositor dicit, quod est Persicaria, eius forma non est: ut dicit Matthæus. Præterea Leonardus ait. Herba sanctæ Mariæ, siue Persicaria: & sic est secundum ueritatem. Et eius forma est: quod habet folia similia folijs Persici, intra quæ sunt puncta nigra: apud nos iuxta hortos nascitur. Inuenitur alia species quæ caret maculis: sed hæc non est tantę uirtutis. Quidam uocant ipsam Zinziber caninum, alij Persicariam cum sigillo. Secundum Petrū de crescentijs, herba sanctæ Mariæ est Menta romana, uel sarracenica. quod falsum est: nam in isto unguento utrumque ingreditur.

De Herba CRASSVLA.

Herba Grassula secundum Compositorem est Faba grossa. Cuius species sunt tres.s. Crassula maior.i. faba grossa. Minor uero est Vermicularis. Media est Cardus benedictus. Sed Lumē, uerius tenebra apothecariorum, exponit, quod est Vermicularis. Sed faisum est, nam uera Crassula est herba habens folia uiridia, & pinguia, ut Semperuiua, cum flore tendente ad albedinem: nascitur autem apud nos iuxta fossas: & est illa, quam nostri Rustici uulgo Fabam græcam dicunt. Sed non recte: quia aliud est: sed debent dicere, Fabam grossam. Infra apparebit oleum frigidissimum, uiride: & ibi melius certificabo, quod Crassula non est Vermicularis: ut dicit Lumen male lucens.

De CENTVMNERVIA.

Centumneruia secundum Compositorem, ac Giliber. est Arnoglossa, siue Plantago maior. Hæc apud Auic. uocatur Lingua arietis, & est herba quam nostri rustici Bletam syluestrem uocant. Illud uero Lumen fuscum, loco Centumneruiæ, habet Centauream. Quod non recte actū est. nam in isto unguento ingreditur & Centumneruia & Centaurea.

De QVINQVEFOLIO.

Quinquefolium.i. Pentaphyllon. Auic. in secundo cañ. duo capitula facit: unū de Pentaphyllon: aliud de Quinquefolio: quod idem est. Dicitur autem Pentaphyllon a numero foliorū: quia per singulas anodationes habet quinque folia. Auic. in cap. de Lacticinio ponit Pentaphyllonem inter species eorum.

De TETRAIT.

Tetrait, seu herba Terrait, ut dicit Leonar. secundum Giliber. est herba Iudaica. Idem ait Cōpositor: sed multi hodierni apothecarij credunt, quod dicat Torathit. Sed non recte: quia Torathit est fungus nascens in radice Rosæ caninæ, siue Barbæ hircinæ, ex quo fit Hippoquistidos: & hoc multi ponunt. qui errant. nā aliud est Tetrait, aliud est Torathit. Si uero Compositor uult, quod Tetrait sit herba Iudaica: ergo est Herbum. nam Auicen. in secundo can. inquit. Herba Iudaica.i. Herbum: & Herbum apud Diosco. est Orobum: cuius aliud est pallidum, aliud subruf-

C fum,& aliud album. Circa inftans dicit. Tetrait eft herba Iudaica: & fic eft fecundum ueritatem, quod Tetrait eft herba Iudaica, fiue Herbũ, fiue Orobum: ergo eft Herbilia, aut illa herba quã ruftici el Mocho uulgo dicunt.

De MENTA SARRACENICA.

Menta farracenica. i. Menta romana, feu nigra. Nam eius planta eft nigra, ad fimilitudinem Sarracenorum: cuius folia maiora funt quam Mentę hortulanæ. Hæc apud nos iuxta aquas inuenitur. Petrus de crefcentijs in cap de Menta ait. Mentæ tres funt fpecies. Eft enim quędam domeftica: quæ proprie hortulana dicitur. Et eft alia fylueftris, quæ Mentaftrum nuncupatur. Et eft alia quoque Menta quæ longiora, latiora, & acutiora habet folia: & hæc eft Menta romana, uel farracenica: & uulgariter herba fanctę Marię uocatur. Quod falfum eft. nam fupra in ifto unguento pofita fuit herba fancte Marię: ergo non eft Menta farracenica: ut inquit ipfe. Hic Nicolaus dicit. Et alię Mentæ. Idẽ dicunt alij, ut Giliber, & Leonard. & fignificat alias fpecies Mentæ quas ipfe non nominauit. Nam fpecies Mentæ funt quinq;, de quibus tres nominauit fupra, & alias duas non nominauit: & illas quas intelligere debemus per alias Mentas, eft Menta communis, feu hortulana, & Mentaftrũ. Et fic meo tempore uidi in hoc ponere quinq; fpecies Mentæ: quæ funt Menta hortulana, fiue communis, uel odorifera: & fyluatica, & eft Mentaftrum: & eft alia quæ dicitur Sarracenica, fiue Romana: & eft alia quæ dicitur aquatica, fiue balfamita: & eft alia quæ dicitur Menta nõ odorifera, & hoc eft Calamentum: & fic omnes iftæ quinq; debent poni in ifto unguento. Sed Lumen de quo fupra, inquit, quod per alias Mentas nõ intelligitur, nifi Menta domeftica: fed non recte, ut eft notum apud omnes fapientes.

De POLYTRICO.

Polytricum herba eft minuta, cuius ftipes uergit ad nigredinem. In puteis hanc uidi, in muris, ac locis humidis: & hoc eft fatis notum.

De LAPATIOLO.

Lapatiolũ, fiue Lapatioli fecundum Compofitorem ac Giliber. eft Lapatium acutum: ergo eft Acetofa qua generaliter utimur, & fic eft quod illa Acetofa qua utimur, eft acutior omnibus Lapatiorum fpeciebus. Macer ait. Herba folet Lapati uuglo Paritella nocari. Illius fpecies dicuntur quatuor effe. Idem ait Diofcor. in cap. de Lapatio. Circa inftans inquit. Lapatiorum triplex eft maneries. f. Lapatium rotundum, acutum, & domefticum. Lapatium folia habens acuta, efficacius eft Lapatio rotundo: minus efficax eft Lapatium domefticum; quod folia habet aliquã D tulum lata, & magna: ufui medicinæ competunt.

De CARDVNCELLO.

Carduncellus fecundum Gilibertum, eft Cardus benedictus. Idem dicit Compofitor. ergo eft quem Plin. Erigerion, fiue Senection uocat. De qua Ifidorus Erigerion a græcis dicitur: q̃d uere primo fenefcat, unde & eam latini herbam Senectionem uocant. Non intelligitur de Senactione quod dicitur Creffonum, fed de alia herba de qua Macer ait. Erigerion græci Senection nofq; uocamus, Quod canis fimilis uideatur flore capillis. Nafcitur in muris, & in hortis, & tegulatis. Hęc apud Diofco. uocatur Sedum, & apud Gal. in libro ad Paternianum uocatur Suecdo, quam alij Senetion uocant. Hęc uero eft herba quæ in numero Cardonum eft. Apud nos in hortis ac in muris inuenitur: & eft quam Lombardi herbam Turcham uulgariter dicunt.

De MATRISYLVA.

Matrifylua fecundum Compofitorem eft Oculus lucidus, feu Caprifolium: & de hac apud quofdam fit licium: fed illud licium eft debile. Hæc herba apud nos iuxta hortos inuenitur: cuius folia funt ab nno latere fubalbida, & ab altero uiridia, fe adhærentes & inuoluentes fæpius fuper alias plantas: ut eft notũ. Et eft quam Diofcor. Periclimenon uocãt: & noftri Cefoli uulgariter dicunt.

De MATVRELLA.

Maturella fecundum Compofitorem eft Potentilla, feu Amantilla: ergo eft Valeriana, feu Fu. Matthæus fyl. dicit. Martorella. i. Valeriana, uel Fu, uel herba gattæ. Sed herba gattæ, apud nos etiam habet aliam fignificationem. nam fignificat Nepitam, feu Calamentum montanum. Valeriana apud teutonicos dicitur Thamara. Hęc herba omnibus nota eft. Circa inftans ait. Fu intelligitur radix in medicina. Lumen malelucens, non pofuit in fua defcriptione Maturellam: forfan ignorauit quid effet.

De HERBA MVSCATA.

Herba mufcata. f. herba mufcata maior. Leonardus loco eius habet herbam Garyophyllatam; fed non recte. Gilibertus habet herbam mufcatam. Secundũ Compofitorem eft maior, &

minor. Maior autem facit actus, & non redolet: minor non facit actus, & redolet: quid autẽ sit, communiter ignoratur. nõ eñ est herb amuscata: ut quidam dicunt: nec eius forma est, ut dicit Lumen male lucens. Veritas autem est, quod herba Muscata maior, est herba dicta Secabrion, quæ folia habet minuta similia Petroselino, aliqualiter pilosa: florem habet paruum, tendentem ad rubedinem: & quando flos decidit, facit quandam rem ad similitudinem acus acutam, uel ad similitudinẽ rostri ciconię. Hæc suo tempore dum est recens comeditur, in uijs ac pratis inuenitur, hanc uulgares Rostrũ ciconiæ uocant. Et hanc meo tempore uidi ponere in unguenta. A

De ALELVIA.

Aleluia idem dicit Leonar. Giliber. dicit Aleluia est species Trifolij: & est herba acetosi saporis: ergo est Panis cuculi. Vnde meo tempore uidi multos in hac errare. Reperitur autem super arborem Vlmi quædam res similis uesicę, & hæc apud malignos herbaticos Panis cuculi uocatur. Sed non recte: quia Panis cuculi est Aleluia: & est herba quæ saporem habet acetosum, habens tria folia sicut Trifolium, sed sunt parua, & tripliciter diuisa, & in cacumine cuiuslibet partis est incisa: semina ipsius sunt in uaginis similibus cornibus: quæ cum tanguntur tempore maturationis, euolant ab eis semina, sicut handachoche. i. Trifolij, tendentia ad rubedinem. Hęc raro in pratis inuenitur.

De CRISPVLA.

Crispula, idẽ habet Leonar. Gilib. dicit. Crispula. i. Oculus bouis. Secundũ aũt Compositorem est herba Cancri. quid autẽ sit generaliter ignoratur: sed quia Gilibertus dicit, quod Crispula est Oculus bouis, ergo est quædam herba quæ apud Dioscor. uocatur Buphthalmos, cuius folia sunt similia folijs Maratri. i. Fœniculi. Flores habet nigros. Hic textus Dioscor. est corruptus, debet enim dicere, quod habet flores citrinos plus flore Camomillæ: ut dicit Serap. ex uerbo Dioscor. in cap. de Cotula, quę idem est. Auicen. in secundo can. ait, Bichar, & est illa quę uocatẽ Chusem. s. Oculus uaccæ. Rosa eius est citrini coloris, rubea in medio, grossior rosa Camomillæ. & sic est. Vide ergo, quod Crispula est Oculus bouis, seu Buphthalmos, siue Cotula: & hæc apud nos in ciuitatibus, & in uijs nascitur. Rasis in libro aphorismorũ in libro quarto de dietis medicis & cibarijs inquit. Ladion. i. Oculus bouis, seu Oculus uaccæ, quod idem est, hanc nostri rustici Cotulam dicunt.

De CAMPHORATA.

Camphorata secundum Compositorem est Abrotanum syluestre. Sed Lumen male lucens loco eius posuit Camphoram. Sed non recte factum est. nam Giliber, ac Leonardus posuerunt Camphoratam. i. Abrotanum syluestre, cuius folia sunt similia folijs Camomillæ. Loco eius uidi ponere Abrotanum usuale. B

De PVLICARIA MINORE.

Pulicaria minor secundum intentionem Dioscor. est sicut maior in folijs, sed est odoris grauioris. Et sic est, quod Pulicaria minor, id est, Satureia, seu Timbra habet maiorem odorem quã maior. In folijs idem sunt, & in uirtute sunt quasi idem. In partibus Comæ unus græcus dixit mihi, quod Pulicaria minor apud ipsos uocatur Coniza, seu Timbra: & fecit uersiculos sic dicens. Timbra solet græce, Satureia dicta latine, Timbra solet græce Pulicaria dicta minor. Thymum enim dictum, nos Pulicariam maiorẽ nominamus: & sic meo tempore pro Pulicaria maiore, Thymum uidi ponere: & pro Pulicaria minore, Satureiam.

De LAVREOLA.

Laureola apud Dioscor. uocatur Dypnoides. Serap. uero inter species Lauri Laureolã describit: & est quam dicit esse Gar. Est species alia quæ dicitur Daphnides: & est arbor parua, cuius altitudo est unius brachij: habet uirgas multas, subtiles a medietate: supra quibus superius sunt folia, & uirgæ eius non facile frangibiles, & super eadem cortex fortiter adhærens ligno: & folia eius sunt similia folijs Lauri: nisi quia sunt meliora, & tenaciora, & ad frangendum difficiliora, mordicantia & pungentia linguam, & gulam exasperantia: & habet flores albos: & grana quando sunt matura, fiunt nigra: & habet radicem nullius ualoris in medicina: nascitur in locis montuosis. Ioannes Anglicus in cap. de Paralisi dicit. Semen Laureolę, & uocatur Coccognidium. Quod non est credendum.

De MANDRAGORA.

Mandragoræ folium apud nos raro inuenitur: sed moderni herbatici reperierunt speciẽ unam Mandragoræ in partibus Comæ, & illa utunẽ: & sit hanc habere non possunt, ponũt folia Prioniæ. Leonardus autem ibi inquit. Foliorum Mandragoræ, & loco eius Fabæ inuersæ. Faba uero inuersa apud Diosco. inter species Strigni describit: & est tertius Strignus, i. Solatrum.

C

De RVBO.

Rubus alius Batus, ferens mora: alius Rubus canis: qui apud Diosc. Cynosbatus uocatur. Sed hoc intelligitur de Rubo qui fert mora.

De BARDANA.

Bardana secundum Compositorem est Illapheos, seu Lappa. Quidam Lappagonem maiorem dicunt. Isid. ait. Lappa domestica: quod habeat caulem ingentem per terrā dispositam: hæc a græcis Philantropos uocatur. Supra de ipso dictum est in Philantropo antidotario.

De SCATVNCELLO.

Scatuncellus secundum Compositorem est Vmbilicus ueneris. Idem dicit Leonar. de præda palea ibdiē. Sed hodierni apothecarij, maxime ignorātes, loco eius ponunt illum Cardum, qui a Dioscor. uocatur Dipsacus: cuius frutex est spinosus, habens folia similia Lactucę: & hoc utuntur Fullones ad garzandum pannos & bireta: & sic meo tempore uidi multos ipsum ponere. Sed errant. nam ut dictum fuit, Nicolaus Compositor uult, quod Scatuncellus sit Vmbilicus ueneris. Idem dicit Leonar. & sic est secundum ueritatem. Hæc a Dioscor. uocatur Cotilidon. Apud nos nascitur in tectis domorum & ecclesiarum, ac alijs locis, & uocant ipsum uulgo Herbam rotundelam, uel Cibalariam.

De TRIBVLO MARINO.

Tribulus marinus. i. Cicer imperiale. Hic apud Auic. in secundo can. uocatur Hasech. Eius species duæ sunt. s. domesticus, & agrestis: sed ille qui hic intelligitur, est ille qui fert quendā fructum ad similitudinem Castaneę: & propter id multi uocant ipsum Castaneolum. Et isti fructus abundant in locis uicinis sanctę Marię de monte, & ibi uocantur Langani ab incolis, & sunt primo uiridis coloris: deinde nigrescunt, & habent angulos acutos. Apud nos idem inuenitur ultra Padum, maxime in aquis. Et hic fructus piscatoribus nocet, eo quod inuoluitur circa rete, & pisces fugiunt.

De VVA LVPINA.

Vua lupina. i. Solatrum secundum modernos non est Stafisagria: ut quidam crediderunt. Miror quod Mesue in cap. de alfescera dicat. Nascuntur supra ea botri sicut botri uuarum, & uocantur Vuę lupinę. Sed apud modernos non recte. nam Vua lupina apud Sera. in cap. de Solatro est idem. Auerrois in quinto Coll. inquit. Hupnephathalep. i. Vua uulpis, quæ in latino nominatur Vua canina, hæc herba. s. Vua uulpis, uel Morella. Pręterea Auic. in cap. de Chechengi ait. Virtus eius est proxima uirtuti Vuę lupinę, & proprie uirtus foliorum eius. nam sine dubio Chechengi est species Solatri, siue Vuæ lupinæ: quod idem est. Itē Circa instans. Strignum, Vua lupina, Solatrum, Morella idem est. Et sic ex meo iudicio dico, quod Vua Lupina est Solatrum, quæ apud Dioscor. Strignus uocatur: a uulgo dicitur herba Mora. Papias ait, Vua lupina dicta, quod semen eius Vuæ simile est: hæc Strignos græce dicitur.

D

De CAVDA CABALLINA.

Cauda caballina est Cauda equina, & est quam Dioscor. Hippurim uocat. Nicholus loco eius habet Caudam equinam, quę idem est. Serap. in cap. de Cauda equina inquit. Aliquando uero egreditur a muris in quibus nascitur, & declinat inferius, propter similitudinem foliorum quæ sunt sicut coma: ut uideatur uelut cauda pendens in muro: & propter hoc sic nominatur. Moderni autem duas ponūt species. Vna est maior & asperior, qua tornitores cyphos poliunt. Et alia Tornatila, aliquando Asprella dicitur, aliquando Troxia. Guil. Lombardus ait. Cauda equi est Asprella. Hæc apud nos in fossis ac iuxta aquas inuenitur.

DE GENESTA.

Genesta autem frutex est omnibus nota, hęc apud Dioscoridem uocatur Spartus. Plin. Genistæ uinculi usum pręstāt. Flores apibus gratissimi. Dubito, an hæc sit quam gręci autores Sarton uocanr. Quidam myricam uocant: sed non recte Mesue inquit. Albrachin est capistrum arboris: & est arbor montana, super quam stipitum eleuatur densitas, fustium multæ rectitudinis, & duplicantur: non patiuntur fracturas, unde ligantur ex eis arbores. Et producunt flores figuræ lunaris, citrinitatis multę: & profert folliculos scd'm semitā Orobi, habētes semina distincta: sed in lingua latina Genesta, secd'm quosdā Myrica appellatur. Electio ultromarina est melior, & omnes quę in partibus orientalibus oriuntur. Galen. in octauo simpliciū ait, Spargamū, id est, Genesta.

DE EBVLO.

Ebulus est species Sambuci. Vnde uersus. Sambucus est Actis, sed Ebulus est Chamęactis. de quo Serap. in cap. de Ebulo de utraq; loquitur; & ibi describit de forma ipsorū, dicens: quod

illa species quæ dicitur Chameactis, est minor prima, & habet ramos magis herbæ pertinentes quadratos, in quibus sunt multi nodi: & folia inuicē distantia in singulis nodis, similia folijs Amigdalæ in summitatibus suis: nisi quia habet uenas, & sunt longiores eis: habentia grauem odorem: & in summitatibus ramorum sunt capitella, seu coronæ similes coronæ supradictæ speciei: & flos similiter: & habet radicem longā in grossitudine digiti: & apud nos in uijs, ac in multis locis nascitur: & uocant ipsi rustici Lorex.

A

DE ELLEBORO.

Elleborus secundum Mesue est Barba alsugi. Secundum Auerroim in quinto Coll. Elleborus est Condisi. Quod non creditur, uerum multi moderni computant Condisi inter species Ellebori: eo quod sternutationem commouet. Tamen nostri doctores non ponunt species Ellebori nisi duas. s. album, & nigrum: quæ satis notæ sunt. Infra in oleo de Euphorbio, ostendam melius, quod Condisi non est Elleborus. Secundum intentionem Mesue, quando niger nascitur apud radices arboris fructuosæ, sunt fructus eius solutiui. Papias inqt. Anticyra est insula ubi abundat Elleborus, ad capitis purgationem necessarius: & ponitur pro Elleboro antiqua partē templi, quæ ortum respicit. Hic ab aliquibus dicitur Velax: & ab aliquibus dicitur Stranudella: eo quod puluis ipsius in naribus positus sternutationem commouet.

DE SEMPERVIVA.

Semperuiua. s. maior secundum Circa instans dicitur, quia semper uiridis reperitur. Auic. in secundo inquit. Semperuiuū est Sucutum. In cap. uero de Sucuto inquit. Sucutum dicit̄ q̄d est Semperuiua: & dicitur, quod est species seminis Mandragoræ. Sed non recte. quia illud cap. de Sucuto est corruptum. nā apud Arabes est Symphytum: ergo est Consolida maior. & sic si legis illud ca. de Sucuto apud Auicen. cum cap. de Symphyto apud Dioscoridem, uidebis quod idem sunt. Semperuiua apud Dioscor. uocatur Aizon maius. Dicitur, quod omni tempore folia uiridia habet. Dicitur & Buphthalmon. Quod nō est. nam Buphthalmon est Oculus bouis, aut Zoralmon, aut Ambrosia. quod nō est. Aliud facit cap. de Aizon minori: & hæc est Vermicularis, & ambę notę sunt. Aizon uero est proprium nomen suum: quia componitur ab ἀεὶ, q̄d est semper: & ζωὴ, quod est uita, unde Semperuiua dicit̄, quia semper folia uiridia habet: nascitur super tegulas plurimum, & in locis quibus stercora proiecta fuere, & alibi.

DE CICVTA.

B

